
A. – Proste note.

a). Punctum quadratum
b). Punctum inclinatum
c). Virga
d). Apostropha
e). Oriscus
f). Quilisma


Vrijednost ovih nota je ♪

B. – Neume dvaju nota.

Pes ili Podatus




Clivis




C. Neume triju nota.


Porrectus




Torculus




Scandicus



Climacus




Salicus




D. Neume od četiri i više nota


Porrectus flexus




Torculus resupinus




Pes subbipunctis.




Climacus resupinus



Octo Toni Psalmorum.





Imprimé par la Société S. Jean l'Évangéliste, Desclée et Cie, Tournai (Belgique).

LIBER USUALIS
MISSAE ET OFFICII

Nº 780

LIBER USUALIS

MISSAE ET OFFICII

PRO DOMINICIS ET FESTIS I. VEL II. CLASSIS

CUM CANTU GREGORIANO

EX EDITIONE VATICANA ADAMUSSIM EXCERPTO

ET RHYTHMICIS SIGNIS IN SUBSIDIUM CANTORUM

A SOLESMENSIBUS MONACHIS

DILIGENTER ORNATO

FIAT PAX IN VIRTUTE TUA.

TYPIS SOCIETATIS S. JOANNIS EVANG.

DESCLÉE & SOCII

S. Sedis Apostolicae et S. Rituum Congregationis Typographi

PARISIIS, TORNACI, ROMAE.

IMPRIMATUR.

Tornaci, die 31 Julii 1932.

J. LECOUVET, Vic. Gen.

DESCLÉE ET SOCII, Tornaci (Belg.)

MONITUM EDITORUM.

Nova haec editio Libri Usualis Missae et Officii ad Dominici Officii celebrationem qualis in majoribus Ecclesiis agitur, praecipue spectat. Continet igitur, tum Missam, Vesperas, Completoriumque cujuslibet Dominicae per annum Festorumque omnium quae Dominica die celebrare licet; tum, Minorum Horarum Officia Laudesque Festorum primae classis pro dioecesibus quae Minores Horas in Dominicis diebus, Laudesque in majoribus Festis laudabiliter adhuc cantare solent; tum denique integra Natalis Domini Matutina, Officium pro Feria quarta Cinerum, pro tribus ultimis Majoris Hebdomadae diebus et Dominica Resurrectionis Domini, Litanias Missamque Rogationum, Missam Vigiliae Pentecostes votivasque Missas quae aliis praestare videntur, et Officium tandem pro Commemoratione omnium fidelium defunctorum et Exsequiis.

Priorem hic habuit locum, ut par erat, Officium Temporis; in Proprio autem Sanctorum non invenies Officia quae Dominica die jam non occurrere possunt; rursus vero invenies, sive in proprio loco, sive in Communi Sanctorum, Antiphonam, Versum, Collectam, Secretam et Postcommunionem Festorum ritus inferioris, quorum commemoratio in Dominicae Missa et Vesperis haberi potest, Festis quibusdam minoribus exceptis, quorum integrum dedimus Officium, utpote quae, jure singulari, sub ritu superiore, in multis Ecclesiis celebrentur. Quod quidem quia permultis nondum satis erat, collationem quamdam haud mediocrem Missarum Propriorumque Officiorum edidimus seorsum in qua singulae dioeceses religiosaque Instituta, ut cuique opus erit, quidquid desiderant facile invenient.

Rem novam affert hic libellus noster, quae multis, ut speramus, jucunda erit; etenim post Tonos communes accurate disposuimus, juxta gregorianos octo tonos, omnes Vesperarum Psalmos, verborum litteris ita distinctis ut inchoationi, flexae, clausulisque mediationis et terminationis vocabula facile accommodari possent, ad quod saepius in libro cantorem rejecimus quo res ei utilior fieret. Brevitatis causa, Vesperarum tantum, non autem Laudum Minorumque Horarum Psalmos ita disposuimus, qui plerumque a Choris optime instructis cantantur quibus talia subsidia minime sunt necessaria.

Perpauca tantum carmina et haec vulgatissima pro Ss. Sacramenti Benedictione dedimus ne a proposito nostro declinaremus, nec ceterum facile erat alia religere quae omnibus placerent. Eos autem qui ampliore delectantur varietate, ad specialia rejicimus opera quae jam de hac re edita fuerunt.

Diligentissime tandem in Libro Usuali dedimus Tonos communes Missae et Officii et cantus in peculiaribus quibusdam caerimoniis usitatos, Sacri Olei benedictione in Feria quinta Majoris Hebdomadae, Ordinationibus... nil ut credimus, omisso quod sive majoribus Ecclesiis sive seminariis sit necessarium.

In hac Libri Usualis editione, typicas Missalis, Ritualis, Gradualis romanique Antiphonarii editiones potissimum secuti sumus, seduloque quod attinet ad cantum et rubricas, cujuslibet proximi decreti vel indicationis S. Rituum Congregationis rationem duximus. Nam quae Vaticana Editio notis non praebuit, sive quia nondum pervulgavit sive quia non pervulgabit, ex libris Solesmensibus excerpta sunt qui, ut declaratum fuit, cum *Motu proprio* Sanctissimi Domini nostri Pii Papae X die 25 Aprilis anno 1904 edito plane congruunt.

INDEX GENERALIS.

PROOEMIUM.


Gregoriani cantus duae jam sunt in usu notationes : 1° altera antiquior, quae quadrata dicitur : 2° altera recentior. Vides utramque infra.

Necesse est autem musica quaelibet notatio melos rhythmumque significet. Neumae igitur, quam gravi aut acuta voce sonus proferri debeat; rhythmica vero signa, quanto tempore notulae teneantur, et quonam rhythmico cursu incedat melos, significant.

I. — Quibus nominibus et figuris notulae praecipuaeque neumae significentur et quanti valeant.

A. — Notae simplices

sive nudae sive rhythmicis ornatae signis



Animadverte. — 1ª linea recta, nudam unamquamque notulam, quae idem valet ac ♪, tribus rhythmicis signis ornari posse. Hinc :

2ª linea, *rectum episema* tibi subdivisionem quamdam vel rhythmicum ictum significat;


3ª linea, *transversum episema* quod et neumam afficere potest, aliquantulum vocem esse producendam indicat;

4ª linea, *duplex episema* quod eamdem notulam afficit, eam signat esse subdividendam atque producendam, quae brevissima est *mora vocis*.


5ª linea, *punctum mora* notulam suam ferme duplicat, quae *mora vocis* longior est superiori.

B. Neumae duarum notarum.

Pes seu Podatus




Clivis




C. — Neumae trium notarum.


Porrectus




Torculus




Scandicus



Climacus




Salicus




D. — Neumae quatuor notarum et amplius.


Porrectus flexus




Torculus resupinus




Scandicus flexus




Climacus resupinus



Salicus flexus




Pes subbipunctis




E. — Neumae semivocales seu liquescentes.


Epiphonus seu podatus liquescens




Torculus liquescens




Cephalicus seu Clivis liquescens



Ancus ou Climacus liquescens




His omnibus addi potest alterutrum *episema* aut *punctum-mora.*




II. — De quibusdam praecedentibus signis notatione digna.

1° *Virga*, cum geminatur, quod saepius accidit, *bivirga* vocatur, et in recentiore notatione notula ♩ significatur, aut duabus notulis sic inter se agglutinatis :




2° *Apostropha* nunquam sola adhibetur ; geminata, *distropha* dicitur ; trigemina, *tristropha* ; et amplius iterari potest :

Distropha :




Tristropha :




Singula hujus figurae elementa olim nonnulla vocis reparatione discernebantur ; in choro autem canentibus, nostro quidem judicio, satis erit, si nondum sunt exercitatissimi, uno tenore proferre : sed nihil obstat quin eis addatur, prout res postulaverit, leve *crescendo* aut *decrescendo*. Optimum quidem esset apostropham leniter molliterque repercutere et hic est finis ad quem tendere debent.


Semper vero vocis quadam *repercussione* canenda erit prima quaeque nota tum cujusvis *strophici*, v. g. *a*, *b*, *c*, *d*, tum inferioris neumae, si stat in eodem gradu v. g. *e*, *f*.



3° *Oriscus* genus est *apostrophae*, quod neumas claudit, et duobus plerumque torculis interponitur.




4° *Quilisma*. Notula haec denticulata nonnisi media inter alias adhibetur, nec a ceteris spatio differt, sed semper praecedentem notam aut neumam modice protrahendam esse indicat ; cum autem neumam sequitur, longior et acrior erit prima hujus neumae notula ; imo prior *podati* aut *clivis* notula pro geminata tunc haberi potest. Cf. infra. *Sub throno.*



5° *Podatus* ex duabus constat notulis, quarum inferior prior proferenda est.

6° *Porrectus* ex tribus constat, quarum duae priores capita tenent lineae crassae in obliquum ductae.

7° *Scandicus* et *climacus* ambo, non mutato nomine, ex tribus notulis et amplius constare possunt. V. g.



8° *Salicus*. Quem noli, quaeso, cum *scandico* commiscere : illius primam notulam levissimum intervallum a secunda disjungit, et in ea rhythmicam indicat subdivisionem, quam saepius, quo res clarior fiat, *recto episemate* significamus.

9° *Flexus*. Flexae dicantur neumae, quae dum in acutum videntur desinere tonum (*porrectus, scandicus*), alia subjuncta notula, ad graviorem flectuntur.


Resupinus. Resupinae dicuntur neumae, quae dum in gravem videntur desinere tonum (*torculus, climacus*), alia subjuncta notula, ad acutiorem resurgunt.

Subpunctis dicuntur neumae, quae in virgam desinentes, inclinatis punctis perficiuntur. Si duo adsunt puncta, neuma dicitur *subbipunctis* ; si tria, *subtripunctis*, etc.

10° *Notae semivocales*, tenuioribus figuratae notis, reperiuntur, cum duae vocales aut quaedam consonantes concurrunt, ut in unum coalescant, v. g. A*U*tem, E*j*us, O*MN*is, sa*NCT*us.


II° *Pressus* est duarum in eodem gradu notularum concursus, quod fit

a) *Puncto* ante *clivem* posito :




b) Duarum concursu neumarum, dum prioris ultima nota stat in eodem gradu cum prima posterioris :


Podatus et Clivis :




Climacus et Clivis :



Clivis et Clivis :



Scandicus et Climacus :



Duae notulae in quadrata notatione appositae, in duplam unam coalescunt, quae acriter percutienda est : quod ut facias, te monet in musica translatione signum ∧ supra notam positum.

III. — Pausae. Morae vocis. Respirationes.

Quod ad vim et diuturnitatem attinet, simplex nota idem omnino valet ac syllaba cui incumbit, et haec notulae aequiparari potest.


Gregorianum carmen, ut ipsa dictio, in periodos, membra, incisa dividitur, quae, ultimae aut duarum ultimarum notarum productione (*mora vocis* apud veteres), aut pausa quadam rite accommodata, distinguuntur.

a) Simplices *mora vocis*, aut *brevia minorisque discriminis incisa*, quibus absolutis respirare non licet aut vix conceditur, tibi satis significabit duplex episema quod notulam afficit vel rarius, punctum juxta notulam positum sive solum, sive cum minima linea.

b) *Incisa* vero *majoris momenti*, quae jam pro periodi membris haberi possunt, eodem modo signantur. Ea vero semper minima linea, i. e. quarta pars lineae, subsequitur.


Quod signum frequenter, in brevibus praesertim antiphonis, meram indicat rhythmicam divisionem, quin ullum respirationi locum concedat.

c) Quae autem proprie *periodi membra* dicuntur, et ex pluribus incisis constant, linea *minor*, i. e. dimidiata, tibi commonstrabit :




Hic plerumque respirationi indulgendum est, quod fit superiorem notulam paulo leviter minuendo.

d) *Periodus* denique aut linea *majore* clauditur, ubi



necesse est respirare, aut *geminata* linea, cum desinit carmen. Hic vox diutius moratur : quod in recentiore notatione signo 𝄾 indicatur, ante aut post lineam posito, prout res postulat.

e) *Virgula* respirationi e superiore notula sumptae breve tempus concedit :



f) *Stellula* verbis inserta locos notavimus, ubi inceptum a cantore carmen prosequitur chorus. Nam pro geminata linea utimur nunc communibus signis, cum opus est; aliquando enim nullam omnino moram poscit melodia.

IV. — In episemata vel rhythmicos ictus animadvertenda.

Rhythmus vocis quidam *motus* est vel *incessus*, seu certa *sublationis* et *depositionis*, vel *impulsus* et *ictus* vicissitudo. Ex hac enim *rite composita* vicissitudine maxime constat ille, cujus initium quidem est impulsus vel *arsis*, clausula vero *thesis* seu depositio.

Rhythmicus autem ictus, in carminis cursu, secundo aut tertio quoque simplici tempore recurrit, nunquam singulo; ictus enim ictum continuo sectari nequit.[1]


Jam vero rhythmicos ictus, quos valde interest sedulo discernere, si vis gregorianum quodlibet carmen rite cantare, habes in hac notatione nostra unde discernere possis.

Depositione seu rhythmico ictu afficiuntur :

1\. — **Omnes notulae quae recto episemate ornantur** (sive simplices, sive in media neuma).


2\. — **Prima quaeque cujusvis neumae notula,**

a) sive singulae neumae ad unam referuntur syllabam, v. g.




Aspér-ges me — A- spér- ges me

b) sive neumae complures, quarum unaquaeque ex duabus aut tribus notulis constat, ad eamdem referuntur syllabam, et sibi invicem ita arcte junguntur, ut unam, sed longiorem neumam constituant :



Alle- lú- ia. — Al-le- lú- ia.


Attamen excipiuntur : — *a*) *Pressus*. Prior enim podati clivisque nota ictu caret, quoties utriusque neumae posterior notula cum prima inferioris neumae ita conjungitur, ut *pressus* efficiatur :




Ký- ri- e — Ký- ri- e

[1] Si de his omnibus plura comperire volueris cf. *Le Nombre musical grégorien* ou *Rythmique grégorienne, théorie et pratique*, par le R. P. D. André Mocquereau.

b) Salicus. In salico ( ) ictum accipere debet *secunda* notula. Hoc parvo intervallo significatur, quod primam a secunda disjungit. Prima enim in superiore annumeratur tempore. Cujus regulae duplex habes specimen in Introitu *Requiem aeternam* : syllabam *ae* scilicet in vocabulo *aeternam*, syllabamque *do* in *dona.*




c) Rectum autem episema, si in contentionem venit cum prima neumae cujusvis notula, semper illi praestat.




3. — Virga quae neumas supereminet (nisi forte adest superius aut inferius notula episemate ornata),

a) sive in media neuma :



b) sive in fine :



4. — Prior uniuscujusque pressus notula. Quod ex iis apparet, quae de hac figura supra diximus, p. xj. V. g. *Kyrie* in quo posterior podati notula *do* (syll. *c*) ictu ferienda est.

5. — Omnes antiquioris notationis notulae quae puncto insigniuntur et duplicantur, et recentioris omnes ♩.

DILIGENTER ADVERTE haudquaquam inesse eamdem vim in illis ictibus ; major enim est in aliis, in aliis minor, in aliis minima, *utpote quae posita sit et in syllaba ad quam referantur ictus, et in loco quem in neumis obtineant.* Vehementer igitur erres eamdem vim eis tribuendo, quae in recentiore musica ictui tribuitur, sed multo vehementius eos aequiparando firmioribus in recentiore musica notulis aut acutae voci in dictione. Ictus enim ille non ad vim spectat, sed ad merum rhythmum seu motum, qui ex ipso carminis cursu notularumque *sublatione* et *depositione* proprie constat.

V. — De primis psalmodiae elementis.

Nostri *Vespertini Psalmi* ita typographice disponuntur ut quilibet cantor, paucis tantum praemissis, intelligenter et facile parvo hoc psalterio uti possit.

Tria sunt in omni integra psalmi modulatione : *a) inchoatio; b) tenor; c) clausulae* quarum prior seu *mediatio* in medio versiculo et in primae distinctionis fine, altera seu *terminatio* in fine secundae distinctionis habetur.

Si longior est prior pars versiculi, semiclausula dividitur quam *flexam* vocant quia ad ducendum spiritum vox paululum *flectit* atque quiescit.

Psalmodiae modulationes simplices vel sollemnes in octo tonis et *Peregrino* integre notantur initio psalmi vel cantici.

Inchoatio est melodiae incisio quae, initio psalmi, finem antiphonae cum tenore conjungit. Ex duabus vel tribus notis seu neumis constat quibus respondent totidem syllabae, duae scilicet vel tres primae, singulae singulis, nec ullam patitur exceptionem haec regula.

In psalmodia communi *inchoatio* non afficit nisi primum versiculum, reliqui enim confestim in chorda tenoris canuntur. Quod si in singulis versiculis repetenda est, ut in cantico *Magnificat* (p. 212. et sq.), semper tibi significatur.


Si plures — cum *Gloria* — canuntur psalmi sub eadem antiphona, primus uniuscujusque psalmi versiculus, quem ideo integre notavimus, denuo a cantore usque ad mediationem inchoandus est. (Vide *Ad Completorium* p. 270.)

Tenor et Flexa. — *Tenor* ex omnibus notis constat quae tum post inchoationem usque ad *mediationem*, tum a mediatione usque ad clausulam, et quidem uno spiritu, nisi occurrit *flexa*, concinuntur; quod rite perficiet chorus si legit, ut decet, diligenter acuendo in verbis quod acuendum est.

Flexa autem in psalmo occurrente, *flexae* intervallum tibi post primum psalmi versiculum indicatur.


Clausulae. — Omnis melodiae clausula — mediationes et terminationes — notatur initio psalmi juxta proprium tonum vel modum : quod si plures haberi possunt terminationes, antiphona quae psalmo antecedit determinat quaenam sit eligenda.

Porro duplex est in psalmis clausularum — mediationum scilicet vel terminationum — genus.



A. Clausulae unius accentûs { spondaicae (♪.) Dómi-no mé- o
{ dactylicae (♪..) púeri Dómi-num

B. Clausulae duplicis accentûs



a) dispondaicae (♪. ♪.) in to-to cór- de mé- o
b) didactylicae (♪.. ♪..) pú- e- ri Dó-mi- num
c) dactylo-spondaicae (♪.. ♪.) có-ram te fé- ci
d) spondaico-dactylicae (♪. ♪..) co- gno- ví-sti me


Nec te fallit quod ubicumque *dactylica* utimur specie, interponitur in melodia nota quaedam superveniens — nota excavata □ — quae penultimae nota lenis nuncupatur.

Multae praeterea clausulae — mediationes vel terminationes — primam ante accentûs notam vel neuma, *unam habent syllabam ad praeparandum accentum*, vel *duas* vel *tres*. Istae autem clausulae in eo commode dignoscuntur quod de tenore *descendunt*, excepta tantum quinti toni mediatione quae sollemnis dicitur. Ex.

A tenore in accentum transitus fit sub una nota praeparante.

Sub duabus notis;

Sub tribus notis.



Ex his autem expositis oriuntur in usu nonnullae quaestiones quas tibi sequentia facile solvent.

1° — Uniuscujusque psalmi initio brevis quaedam rubrica tibi indicat cujus sint generis variae cantus clausulae — mediationes vel terminationes — verbis aptandae.

2° — *Litteris crassis scribuntur* omnes syllabae quae in unaquaque clausula respondere debent notis accentûs, primarii vel secundarii aut syllabae cujusvis quae pro accentu habenda est.


3° — *Italicis semper scripsimus litteris* syllabam vel syllabas ad melodiae accentum praeparantes.

4° — Omnis penultimae superveniens nota vel syllaba — nota excavata ▫ — locum in clausula tenet qui assignatur in primo psalmi versiculo integre notato.

Nonnullae tamen clausulae — mediationes vel terminationes — difficultatem praebent quae sic solvitur; cum in melodia ultimus spondaicae clausulae accentus *clivis* erit (A) *dactylicae* clausulae tractandae erunt ut tibi significatur lineâ B.


A

Spondaica forma :



B

Dactylica forma :




Quo casu, orationis accentus non jam *clivi* respondet ut in spondaica clausula, sed, quo suavior fluat melodiae clausula, anticipatae supervenienti notae quae

idcirco accentûs notula dicitur. Hujusmodi autem clausulae et tonus quem sortitur superveniens notula facile dignoscuntur : clausulas enim indicat tum rubrica initio uniuscujusque psalmi posita in quo inveniuntur; tum etiam in musica signum ⏜ quod supervenientem clivemque superat et jungit; nam ipsius supervenientis locus initio psalmi significatur. In oratione crassis scribuntur litteris et anticipata accentûs syllaba et penultima quae clivem afficit. Vide supra lineâ B.

Psalmodia solemnis. — Melodiae solemnes clausulae notantur initio cantici *Magnificat* 218, quae omnes reducuntur ad simplicis psalmodiae distributiones. A Româ licentiam accepimus habendi *ad libitum* pro clausula quae ex unico constet accentu tribusque notis antecedentibus, solemnem primi sextique clausulam quae vaticana editio inter duplicis accentûs clausulas posuit. Jam igitur omnes ejusdem modulationis clausulas eodem modo tractare licet. [1]

Conceditur etiam addere *ad libitum*, toni *Peregrini* mediationi notulam *g* ante *b molle*, quo fit ut clausula haec nil ab ordinaria clausula differat quae ex unico constet accentu tribusque notis antecedentibus.



DECRETUM

CIRCA SYLLABAS HYPERMETRICAS IN CANTU HYMNORUM.

Dubium de syllabis hypermetricis quoad cantum. A sacra Rituum Congregatione pluries expostulatum fuit : « An regula descripta in Antiphonario Vaticano circa syllabas hypermetricas, quæ frequenter occurrunt in cantu hymnorum, scilicet quod ipsæ non elidantur, sed distinctæ pronuncientur propriaque nota cantentur, stricte et rigorose interpretanda sit, vel e contra liceat etiam ipsas syllabas elidere, præsertim si in praxi id facilius et convenientius censeatur? »

Et sacra eadem Congregatio, audita specialis Commissionis pro cantu liturgico gregoriano sententia, propositæ quæstioni, re sedulo perpensa ita rescribendum censuit : « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam ». Atque ita rescripsit et declaravit die 14 Maii 1915.

A. Card. Vico, *Pro-Præfectus.*

† Petrus La Fontaine, Patriarcha electus Venetiarum, *Secretarius.*

(Acta Apost. Sedis, 1915, fasc. 9, p. 237.)

[1] Dum nobis haec licentia conceditur, qua alius quilibet uti nobiscum potest, ab eadem auctoritate competenti monemur rationem illam congruere, et cum *Motu proprio* die 25 aprilis anno 1904, et cum Decreto die 8 julii anno 1912 edito, de modo quo tractanda sint unius tantum syllabae verba, vel hebraica vocabula, cum Lectiones Versus Psalmique canuntur.

TABELLA FESTORUM MOBILIUM

Anno Domini	Litteræ Dominicales	Aureus num.	Septuagesima	Dies Cinerum	Pascha	Ascensio	Pentecostes	Corpus Christi	Dominicæ post Pentec.	Dominica I Adventus
1932	c b	14	24 Jan.	10 Febr.	27 Mart.	5 Maii	15 Maii	26 Maii	27	27 Nov.
1933	A	15	12 Febr.	1 Mart.	16 Apr.	25 Maii	4 Junii	15 Junii	25	3 Dec.
1934	g	16	28 Jan.	14 Febr.	1 Apr.	10 Maii	20 Maii	31 Maii	27	2 Dec.
1935	f	17	17 Febr.	6 Mart.	21 Apr.	30 Maii	9 Junii	20 Junii	24	1 Dec.
1936	e d	18	9 Febr.	26 Febr.	12 Apr.	21 Maii	31 Maii	11 Junii	25	29 Nov.
1937	c	19	24 Jan.	10 Febr.	28 Mart.	6 Maii	16 Maii	27 Maii	27	28 Nov.
1938	b	1	13 Febr.	2 Mart.	17 Apr.	26 Maii	5 Junii	16 Junii	24	27 Nov.
1939	A	2	5 Febr.	22 Febr.	9 Apr.	18 Maii	28 Maii	8 Junii	26	3 Dec.
1940	g f	3	21 Jan.	7 Febr.	24 Mart.	2 Maii	12 Maii	23 Maii	28	1 Dec.
1941	e	4	9 Febr.	26 Febr.	13 Apr.	22 Maii	1 Junii	12 Junii	25	30 Nov.
1942	d	5	1 Febr.	18 Febr.	5 Apr.	14 Maii	24 Maii	4 Junii	26	29 Nov.
1943	c	6	21 Febr.	10 Mart.	25 Apr.	3 Junii	13 Junii	24 Junii	23	28 Nov.
1944	b A	7	6 Febr.	23 Febr.	9 Apr.	18 Maii	28 Maii	8 Junii	26	3 Dec.
1945	g	8	28 Jan.	14 Febr.	1 Apr.	10 Maii	20 Maii	31 Maii	27	2 Dec.
1946	f	9	17 Febr.	6 Mart.	21 Apr.	30 Maii	9 Junii	20 Junii	24	1 Dec.
1947	e	10	2 Febr.	19 Febr.	6 Apr.	15 Maii	25 Maii	5 Junii	26	30 Nov.
1948	d c	11	25 Jan.	11 Febr.	28 Mart.	6 Maii	16 Maii	27 Maii	27	28 Nov.
1949	b	12	13 Febr.	2 Mart.	17 Apr.	26 Maii	5 Junii	16 Junii	24	27 Nov.
1950	A	13	5 Febr.	22 Febr.	9 Apr.	18 Maii	28 Maii	8 Junii	26	3 Dec.
1951	g	14	21 Jan.	7 Febr.	25 Mart.	3 Maii	13 Maii	24 Maii	28	2 Dec.
1952	f e	15	10 Febr.	27 Febr.	13 Apr.	22 Maii	1 Junii	12 Junii	25	30 Nov.
1953	d	16	1 Febr.	18 Febr.	5 Apr.	14 Maii	24 Maii	4 Junii	26	29 Nov.
1954	c	17	14 Febr.	3 Mart.	18 Apr.	27 Maii	6 Junii	17 Junii	24	28 Nov.
1955	b	18	6 Febr.	23 Febr.	10 Apr.	19 Maii	29 Maii	9 Junii	25	27 Nov.
1956	A g	19	29 Jan.	15 Febr.	1 Apr.	10 Maii	20 Maii	31 Maii	27	2 Dec.
1957	f	1	17 Febr.	6 Mart.	21 Apr.	30 Maii	9 Junii	20 Junii	24	1 Dec.
1958	e	2	2 Febr.	19 Febr.	6 Apr.	15 Maii	25 Maii	5 Junii	26	30 Nov.
1959	d	3	25 Jan.	11 Febr.	29 Mart.	7 Maii	17 Maii	28 Maii	27	29 Nov.
1960	c b	4	14 Febr.	2 Mart.	17 Apr.	26 Maii	5 Junii	16 Junii	24	27 Nov.
1961	A	5	29 Jan.	15 Febr.	2 Apr.	11 Maii	21 Maii	1 Junii	27	3 Dec.
1962	g	6	18 Febr.	7 Mart.	22 Apr.	31 Maii	10 Junii	21 Junii	24	2 Dec.
1963	f	7	10 Febr.	27 Febr.	14 Apr.	23 Maii	2 Junii	13 Junii	25	1 Dec.
1964	e d	8	26 Jan.	12 Febr.	29 Mart.	7 Maii	17 Maii	28 Maii	27	29 Nov.
1965	c	9	14 Febr.	3 Mart.	18 Apr.	27 Maii	6 Junii	17 Junii	24	28 Nov.
1966	b	10	6 Febr.	23 Febr.	10 Apr.	19 Maii	29 Maii	9 Junii	25	27 Nov.
1967	A	11	22 Jan.	8 Febr.	26 Mart.	4 Maii	14 Maii	25 Maii	28	3 Dec.

KALENDARIUM ROMANUM.

JANUARIUS.

A	1	CIRCUMCISIO DOMINI et Octava Nativitatis, *dupl. II. class.*	404
		Dom. inter Circumcisionem et Epiphaniam. — SANCTISSIMI NOMINIS JESU, *dupl. II. class.*	409
b	2	Octava S. Stephani Protomart., *simplex.*	
c	3	Octava S. Joannis Ap. et Ev., *simplex*	
d	4	Octava SS. Innocentium MM., *simplex*	
e	5	Vigilia Epiphaniae, *semidupl.*	418
		Commemoratio S. Telesphori Papae et Mart.	
f	6	EPIPHANIA DOMINI, *d. I. cl.* cum Octava privilegiata II. Ordinis.	419
		Dom. infra Oct. Epiphaniae. SANCTAE FAMILIAE JESU, MARIAE, JOSEPH, *dupl. maj.*	429
g	7	De Octava Epiphaniae, *semidupl.*	
A	8	De Octava, *semidupl.*	
b	9	De Octava, *semidupl.*	
c	10	De Octava, *semidupl.*	
d	11	De Octava, *semidupl.*	1226
		Commemoratio S. Hygini Papae et Mart.	1226
e	12	De Octava, *semidupl.*	
f	13	Octava Epiphaniae, *dupl. maj.*	
g	14	S. Hilarii Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.*	1227
		Commemoratio S. Felicis Presb. et Mart.	1227
A	15	S. Pauli primi Eremitae, Conf., *dupl.*	1227
		Commemoratio S. Mauri, Abb.	1227
b	16	S. Marcelli I. Papae et Mart., *semidupl.*	1227
c	17	S. Antonii Abb., *dupl.*	1228
d	18	Cathedra S. Petri Romae, *dupl. maj.*	1228
		Commemorationes S. Pauli Ap. ac S. Priscae Virg. et Mart.	1229
e	19	SS. Marii, Marthae, Audifacis et Abachum MM., *simplex*	1229
		Commemoratio S. Canuti Regis, Mart.	1230
f	20	SS. Fabiani Papae et Sebastiani MM., *dupl.*	1230
g	21	S. Agnetis Virg. et Mart., *dupl.*	1230
A	22	SS. Vincentii et Anastasii MM., *semid.*	1232
b	23	S. Raymundi de Peñafort Conf., *semid.*	1232
		Commemoratio S. Emerentianae Virg. et Mart.	1232
c	24	S. Timothei Ep. et Mart., *dupl.*	1232
d	25	Conversio S. Pauli Ap., *dupl. maj.*	1233
		Commemoratio S. Petri Ap.	
e	26	S. Polycarpi Ep. et Mart., *dupl.*	1240
f	27	S. Joannis Chrysostomi Ep., Conf. et Eccl. Doct.	1240
g	28	S. Agnetis secundo, *simplex*	1241
A	29	S. Francisci Salesii Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.*	1241
b	30	S. Martinae Virg. et Mart., *semidupl.*	1242
c	31	S. Petri Nolasci Conf., *dupl.*	1242

FEBRUARIUS.

d	1	S. Ignatii Ep. et Mart., *dupl.*	1242
e	2	PURIFICATIO B. M. V., *dupl. II. class.*	1242
	3	S. Blasii Ep. et Mart., *simplex*	1254

g 4 S. Andreae Corsini Ep. et Conf., *dupl.* . . . 1254
A 5 S. Agathae Virg. et Mart., *dupl.* . . . 1254
b 6 S. Titi Ep. et Conf., *dupl.* . . . 1255
Commemoratio S. Dorotheae Virg. et Mart. . . . 1255
c 7 S. Romualdi Abb., *dupl.* . . . 1256
d 8 S. Joannis de Matha Conf., *dupl.* . . . 1256
e 9 S. Cyrilli Ep. Alexandrini, Conf. et Eccl. Doct. *dupl.* . . . 1256
Commemoratio S. Apolloniae Virg. et Mart. . . . 1256
f 10 S. Scholasticae Virg., *dupl.* . . . 1256
g 11 Apparitio B. M. V. Immaculatae, *dupl. maj.* . . . 1257
A 12 SS. Septem Fundatorum Ordinis Servorum B. M. V. Conf., *dupl.* . 1266
b 13
c 14 S. Valentini Presb. et Mart., *simplex* . . . 1267
d 15 SS. Faustini et Jovitae MM., *simplex* . . . 1268
e 16
f 17
g 18 S. Simeonis Ep. et Mart., *simplex* . . . 1268
A 19
b 20
c 21
d 22 Cathedra S. Petri Antiochiae, *dupl. maj.* . . . 1268
Commemoratio S. Pauli Apostoli.
e 23 S. Petri Damiani Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* . . . 1268
Commemoratio Vigiliae.
f 24 S. MATTHIAE APOSTOLI, *dupl. II. class.* . . . 1268
g 25
A 26
b 27
c 28

MARTIUS.

d 1
e 2
f 3
g 4 S. Casimiri Conf., *semidupl.* . . . 1270
Commemoratio S. Lucii I. Papae et Mart. . . . 1270
A 5
b 6 SS. Perpetuae et Felicitatis MM., *dupl.* . . . 1270
c 7 S. Thomae de Aquino Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* . . . 1270
d 8 S. Joannis de Deo Conf., *dupl.* . . . 1271
e 9 S. Franciscae Romanae Vid., *dupl.* . . . 1271
f 10 SS. Quadraginta MM., *semidupl.* . . . 1271
g 11
A 12 S. Gregorii I. Papae, Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* . . . 1271
b 13
c 14
d 15
e 16
f 17 S. Patricii Ep. et Conf., *dupl.* . . . 1272
g 18 S. Cyrilli Ep. Hierosolymitani, Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* . . . 1272
A 19 S. JOSEPH, SPONSI B. M. V. Conf., *dupl. I. class.* . . . 1372
b 20
c 21 S. Benedicti Abb., *dupl. maj.* . . . 1277v
d 22
e 23
f 24 S. Gabrielis Archangeli, *dupl. maj.* . . . 1278

g 25 ANNUNTIATIO B. MARIAE V., *dupl. I. class.* . . . 1278v
A 26
b 27 S. Joannis Damasceni Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* . . . 1282
c 28 S. Joannis a Capistrano Conf., *semidupl.* . . . 1282
d 29
e 30
f 31

Feria VI. post Dom. Passionis.— Septem Dolorum B. M. V., *dupl. maj.* 1282

APRILIS.

g 1
A 2 S. Francisci de Paula Conf., *dupl.* . . . 1283
b 3
c 4 S. Isidori Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* . . . 1284
d 5 S. Vincentii Ferrerii Conf., *dupl.* . . . 1284
e 6
f 7
g 8
A 9
b 10
c 11 S. Leonis I. Papae, Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* . . . 1284
d 12
e 13 S. Hermenegildi Regis, Mart., *semid.* . . . 1284
f 14 S. Justini Mart., *dupl.* . . . 1284
Commemoratio SS. Tiburtii, Valeriani et Maximi MM. . . . 1285
g 15
A 16
b 17 S. Aniceti Papae et Mart., *simplex* . . . 1285
c 18
d 19
e 20
f 21 S. Anselmi Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* . . . 1285
g 22 SS. Soteris et Caii PP. et MM., *semid.* . . . 1286
A 23 S. Georgii Mart., *semid.* . . . 1286
b 24 S. Fidelis a Sigmaringa Mart., *dupl.* . . . 1286
c 25 S. MARCI EVANG., *dupl. II. class.* . . . 1286
d 26 SS. Cleti et Marcellini PP. et MM., *semid.* . . . 1288
e 27 S. Petri Canisii, Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* . . . 1287
f 28 S. Pauli a Cruce Conf., *dupl.* . . . 1288
Commemoratio S. Vitalis Mart. . . . 1288
g 29 S. Petri Mart., *dupl.* . . . 1288
A 30 S. Catharinae Senensis Virg., *dupl.* . . . 1289
Feria IV. infra Hebdom. II. post Oct. Paschae. — SOLEMNITAS S. JOSEPH, Sponsi B. M. V., Conf. et Eccl. Univers. Patroni, *dupl. I. class.* cum Octava communi . . . 1289
Feria IV. infra Hebd. III. post Oct. Paschae.— Octava S. Joseph, *d. m.*

MAIUS.

b 1 SS. PHILIPPI ET JACOBI APP., *dupl. II. class.* . . . 1299
c 2 S. Athanasii Ep., Conf. et Eccl. Doct. *dupl.* . . . 1304
d 3 INVENTIO CRUCIS, *dupl. II. class.* . . . 1304
Commemoratio SS. Alexandri I. Papae, Eventii et Theoduli MM. ac S. Juvenalis Ep. et Conf.
e 4 S. Monicae Viduae, *dupl.* . . . 1311
f 5 S. Pii V. Papae et Conf., *dupl.* . . . 1311

g	6	S. Joannis ante Portam Latinam, *dupl. maj.*	1311
A	7	S. Stanislai Ep. et Mart., *dupl.*	1312
b	8	Apparitio S. Michaelis Archang., *dupl. maj.*	1312
c	9	S. Gregorii Nazianzeni Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.*	1312
d	10	S. Antonini Ep. et Conf., *dupl.*	1312
		Commemoratio SS. Gordiani et Epimachi MM.	1312
e	11		
f	12	SS. Nerei, Achillei et Domitillae Virg. atque Pancratii MM., *semid.*	1313
g	13	S. Roberti Bellarmino Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.*	1313
A	14	S. Bonifatii Mart., *simplex.*	1313
b	15	S. Joannis Baptistae de la Salle Conf., *dupl.*	1313
c	16	S. Ubaldi Ep. et Conf., *semidupl.*	1314
d	17	S. Paschalis Baylon Conf., *dupl.*	1314
e	18	S. Venantii Mart., *dupl.*	1314
f	19	S. Petri Caelestini Papae et Conf., *dupl.*	1314
		Commemoratio S. Pudentianae Virg.	1314
g	20	S. Bernardini Senensis Conf., *semidupl.*	1315
A	21		
b	22		
c	23		
d	24		
e	25	S. Gregorii VII. Papae et Conf., *dupl.*	1315
		Commemoratio S. Urbani I. Papae et Mart.	1315
f	26	S. Philippi Nerii Conf., *dupl.*	1315
		Commemoratio S. Eleutherii Papae et Mart.	1316
g	27	S. Bedae Venerabilis Conf. et Eccl. Doct., *dupl.*	1316
		Commemoratio S. Joannis I. Papae et Mart.	1316
A	28	S. Augustini Ep. et Conf., *dupl.*	1316
b	29	S. Mariae Magdalenae de Pazzis Virg., *semidupl.*	1316
c	30	S. Felicis Papae et Mart., *simplex.*	1317
d	31	S. Angelae Mericiae Virg., *dupl.*	1317
		Commemoratio S. Petronillae Virg.	1317

JUNIUS.

e	1		
f	2	SS. Marcellini, Petri atque Erasmi MM., *simplex*	1327
g	3		
A	4	S. Francisci Caracciolo Conf., *dupl.*	1328
b	5	S. Bonifatii Ep. et Mart., *dupl.*	1328
c	6	S. Norberti Ep. et Conf., *dupl.*	1328
d	7		
e	8		
f	9	SS. Primi et Feliciani MM., *simplex*	1329
g	10	S. Margaritae Reginae Vid., *semid.*	1329
A	11	S. Barnabae Apostoli, *dupl. maj.*	1329
b	12	S. Joannis a S. Facundo Conf., *dupl.*	1329
		Commemoratio SS. Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii MM.	1330
c	13	S. Antonii de Padua Conf., *dupl.*	1330
d	14	S. Basilii Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.*	1330
e	15	SS. Viti, Modesti atque Crescentiae, MM., *simplex*	1330
f	16		
g	17		
A	18	S. Ephraem Syri, Diaconi, Conf. et Eccl. Doct., *dupl.*	1331
		Commemoratio SS. Marci et Marcelliani MM.	1331

b	19	S. Julianae de Falconeriis Virg., *dupl.*	1331
		Commemoratio SS. Gervasii et Protasii MM.	1331
c	20	S. Silverii Papae et Mart., *simplex.*	1331
d	21	S. Aloysii Gonzagae Conf., *dupl.*	1332
e	22	S. Paulini Ep. et Conf., *dupl.*	1332
f	23	Vigilia.	
g	24	NATIVITAS S. JOANNIS BAPTISTÆ, *dupl. I. class.* cum Octava communi	1332
A	25	S. Gulielmi Abb., *dupl.*	1343
		Commemoratio Octavae.	
b	26	SS. Joannis et Pauli MM., *dupl.*	1343
		Commemoratio Octavae.	
c	27	De Octava S. Joannis, *semidupl.*	
d	28	S. Irenaei, Ep. et Mart., *dupl.*	1345
		Commemoratio Octavae et Vigiliae.	
e	29	SS. PETRI ET PAULI APP., *dupl. I. class.* cum Octava communi.	1345
f	30	Commemoratio S. Pauli Ap., *dupl. maj.*	1355
		Commemoratio S. Petri Ap. et Oct. S. Joannis.	

JULIUS.

g	1	PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. J. C., *dupl. II. class.*	1357
		Commemoratio diei Octavae S. Joannis.	
A	2	VISITATIO B. M. V., *dupl. II. class.*	1367
		Commemoratio SS. Processi et Martiniani MM.	
b	3	S. Leonis II. Papae et Conf., *semidupl.*	1371
c	4	De Octava SS. Petri et Pauli App., *semidupl.*	
d	5	S. Antonii Mariae Zaccaria Conf., *dupl.*	1371
		Commemoratio Octavae SS. Apostolorum.	
e	6	Octava SS. Petri et Pauli App., *dupl. maj.*	1372
f	7	SS. Cyrilli et Methodii Epp. et Conff., *dupl.*	1372
g	8	S. Elisabeth Reginae, Viduae, *semidupl.*	1373
A	9		
b	10	SS. Septem Fratrum MM. ac SS. Rufinae et Secundae Vv. et MM. *semidupl.*	1374
c	11	S. Pii I. Papae et Mart., *simplex*	1374
d	12	S. Joannis Gualberti Abbatis, *dupl.*	1375
		Commemoratio SS. Naboris et Felicis MM.	1375
e	13	S. Anacleti Papae et Mart., *semidupl.*	1375
f	14	S. Bonaventurae Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.*	1375
g	15	S. Henrici Imperatoris, Conf., *semidupl.*	1375
A	16	Commemoratio B. M. V. de Monte Carmelo, *dupl. maj.*	1376
b	17	S. Alexii Conf., *semidupl.*	1376
c	18	S. Camilli de Lellis Conf., *dupl.*	1376
		Commemoratio SS. Symphorosae et septem Filiorum ejus MM.	1377
d	19	S. Vincentii a Paulo Conf., *dupl.*	1377
e	20	S. Hieronymi Aemiliani Conf., *dupl.*	1377
		Commemoratio S. Margaritae Virg. et Mart.	1378
f	21	S. Praxedis Virg., *simplex*	1378
g	22	S. Mariae Magdalenae Poenit., *dupl.*	1378
A	23	S. Apollinaris Ep. et Mart., *dupl.*	1382
		Commemoratio S. Liborii Ep. et Conf.	1382
b	24	Vigilia.	
		Commemoratio S. Christinae Virg. et Mart.	1382
c	25	S. JACOBI AP., *dupl. II. class.*	1382
		Commemoratio S. Christophori Mart.	
d	26	S. ANNAE, MATRIS B. M. V., *dupl. II. class.*	1384

e	27	S. Pantaleonis Mart., *simplex*	1386
f	28	SS. Nazarii et Celsi MM., Victoris I. Papae et Mart. ac Innocentii Papae et Conf., *semidupl.*	1386
g	29	S. Marthae Virg., *semidupl.*	1386
		Commem. SS. Felicis II. Papae, Simplicii, Faustini et Beatricis MM.	1386
A	30	SS. Abdon et Sennen MM., *simplex*	1387
b	31	S. Ignatii Conf., *dupl. maj.*	1387

AUGUSTUS.

c	1	S. Petri ad Vincula, *dupl. maj.*	1387
		Commemoratio S. Pauli Ap. ac SS. Machabaeorum MM.	
d	2	S. Alfonsi Mariae de Ligorio Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.*	1392
		Commemoratio S. Stephani I. Papae et Mart..	1392
e	3	Inventio S. Stephani Protomart., *semidupl.*	1392
f	4	S. Dominici Conf., *dupl. maj.*	1392
g	5	Dedicatio S. Mariae ad Nives, *dupl. maj.*	1393
A	6	TRANSFIGURATIO D. N. J. C., *dupl. II. class.*	1393
		Commemoratio SS. Xysti II. Papae, Felicissimi et Agapiti MM.	
b	7	S. Cajetani Conf., *dupl.*	1400
		Commemoratio S. Donati Ep. et Mart.	1400
c	8	SS. Cyriaci, Largi et Smaragdi MM., *semidupl.*	1400
d	9	S. Joannis Mariae Vianney Conf. *dupl.*	1401
		Commemoratio Vigiliae et S. Romani Mart.	
e	10	S. LAURENTII Mart., *dupl. II. class.* cum Octava simplici	1401
f	11	SS. Tiburtii et Susannae Virg. et MM., *simplex*	1406
g	12	S. Clarae Virg., *dupl.*	1407
A	13	SS. Hippolyti et Cassiani MM., *simplex*	1407
b	14	Vigilia.	
		Commemoratio S. Eusebii Conf.	1407
c	15	ASSUMPTIO B. M. V., *dupl. I. class.* cum Octava communi	1407
d	16	S. JOACHIM, PATRIS B. M. V., Conf., *dupl. II. class.*	1415
e	17	S. Hyacinthi Conf., *dupl.*	1417
		Commemoratio Octavae Assumptionis ac diei Octavae S. Laurentii	1417
f	18	De Octava Assumptionis, *semidupl.*	
		Commemoratio S. Agapiti Mart.	1418
g	19	S. Joannis Eudes Conf. *dupl.*	1418
		Commemoratio Octavae Assumptionis.	
A	20	S. Bernardi Abb., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.*	1418
		Commemoratio Octavae Assumptionis.	
b	21	S. Joannae Franciscae Fremiot de Chantal Vid., *dupl.*	1418
		Commemoratio Octavae Assumptionis.	
c	22	Octava Assumptionis B. M. V., *dupl. maj.*	1419
		Commemoratio SS. Timothei et soc. MM.	1419
d	23	S. Philippi Benitii Conf., *dupl.*	1419
		Commemoratio Vigiliae.	
e	24	S. BARTHOLOMAEI APOSTOLI, *dupl. II. class.*	1419
f	25	S. Ludovici Regis, Conf., *semidupl.*	1421
g	26	S. Zephyrini Papae et Mart., *simplex*	1421
A	27	S. Josephi Calasanctii Conf., *dupl.*	1421
b	28	S. Augustini Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.*	1422
		Commemoratio S. Hermetis Mart.	1422
c	29	Decollatio S. Joannis Baptistae, *dupl. maj.*	1422
		Commemoratio S. Sabinae Mart.	1423
d	30	S. Rosae Limanae Virg., *dupl.*	1426
		Commemoratio SS. Felicis et Adaucti MM.	1426
e	31	S. Raymundi Nonnati Conf., *dupl.*	1426

SEPTEMBER.

f	1	S. Aegidii Abb., *simplex*	1427
		Commemoratio SS. Duodecim Fratrum MM.	1427
g	2	S. Stephani Regis, Conf., *semidupl.*	1427
A	3		
b	4		
c	5	S. Laurentii Justiniani Ep. et Conf., *semidupl.*	1427
d	6		
e	7		
f	8	NATIVITAS B. M. V., *dupl. II. class.* cum Octava simplici	1428
		Commemoratio S. Hadriani Mart.	
g	9	S. Gorgonii Mart., *simplex*	1432
A	10	S. Nicolai de Tolentino Conf., *dupl.*	1432
b	11	SS. Proti et Hyacinthi MM., *simplex*	1432
c	12	Sanctissimi Nominis Mariae, *dupl. maj.*	1432
d	13		
e	14	Exaltatio S. Crucis, *dupl. maj.*	1433
f	15	SEPTEM DOLORUM B. M. V., *dupl. II. class.*	1434
		Commemoratio S. Nicomedis Mart.	
g	16	SS. Cornelii Papae et Cypriani Ep. et MM. *semidupl.*	1447
		Commemoratio SS. Euphemiae, Luciae et Geminiani MM.	1447
A	17	Impressio Sacror. Stigmatum S. Francisci Conf., *dupl.*	1447
b	18	S. Josephi a Cupertino Conf., *dupl.*	1448
c	19	SS. Januarii Ep. et Socior. MM., *dupl.*	1448
d	20	SS. Eustachii et Socior. MM., *dupl.*	1449
		Commemoratio Vigiliae.	
e	21	S. MATTHAEI APOSTOLI ET EVANGELISTAE, *dupl. II. class.*	1449
f	22	S. Thomae de Villanova Ep. et Conf., *dupl.*	1450
		Commemoratio SS. Mauritii et Socior., MM.	1450
g	23	S. Lini Papae et Mart., *semidupl.*	1451
		Commemoratio S. Theclae Virg. et Mart.	1451
A	24	B. M. V. de Mercede, *dupl. maj.*	1451
b	25		
c	26	SS. Cypriani et Justinae Virg. MM., *simplex*	1451
d	27	SS. Cosmae et Damiani MM., *semidupl.*	1451
e	28	S. Wenceslai Ducis, Mart., *semidupl.*	1452
f	29	DEDICATIO S. MICHAELIS ARCHANGELI, *dupl. I. class.*	1452
g	30	S. Hieronymi Presb., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.*	1461

OCTOBER.

A	1	S. Remigii Ep. Conf., *simplex*	1461
b	2	SS. Angelorum Custodum, *dupl. maj.*	1462
c	3	S. Teresiæ a Jesu Infante Virg., *dupl.*	1462
d	4	S. Francisci Conf., *dupl. maj.*	1463
e	5	SS. Placidi et Socior. MM., *simplex*	1463
f	6	S. Brunonis Conf., *dupl.*	1463
g	7	SANCTISSIMI ROSARII B. M. V., *dupl. II. class.*	1463
		Commemoratio S. Marci I. Papae et Conf., ac SS. Sergii et Soc. MM.	
A	8	S. Birgittae Viduae, *dupl.*	1473
b	9	SS. Dionysii Ep., Rustici et Eleutherii MM., *semidupl.*	1473
c	10	S. Francisci Borgiae Conf. *semidupl.*	1473
d	11	MATERNITATIS B. M. V., *dupl. II. class.*	1473
e	12		

f	13	S. Eduardi Regis, Conf., *semidupl.*	1473
g	14	S. Callisti I. Papae et Mart., *dupl.*	1473
A	15	S. Teresiae Virg., *dupl.*	1474
b	16	S. Hedwigis Viduae, *semidupl.*	1474
c	17	S. Margaritae Mariae Alacoque Virg., *dupl.*	1474
d	18	S. Lucae Evangelistae, *dupl. II. class.*	1474
e	19	S. Petri de Alcantara Conf., *dupl.*	1474
f	20	S. Joannis Cantii Conf., *dupl.*	1476
g	21	S. Hilarionis Abb., *simplex*	1476
		Commemoratio SS. Ursulae et Sociarum VV. et MM.	1476[1]
A	22		
b	23		
c	24	S. Raphaelis Archangeli, *dupl. maj.*	1476[1]
d	25	SS. Chrysanthi et Dariae MM., *simplex*	1477
		Dom. ultima Oct. D. N. JESU CHRISTI REGIS, *dupl. I. cl.*	1476[2]
e	26	S. Evaristi Papae et Mart., *simplex*	1477
f	27	Vigilia.	
g	28	SS. Simonis et Judae App., *dupl. II. class.*	1477
A	29		
b	30		
c	31	Vigilia.	

NOVEMBER.

d	1	OMNIUM SANCTORUM, *dupl. I. class.* cum Octava communi	1479
e	2	Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum, *dupl.*	1489
f	3	De Octava Omnium Sanctorum, *semidupl.*	
g	4	S. Caroli Ep. et Conf., *dupl.*	1502
		Commemoratio Octavae ac SS. Vitalis et Agricolae MM.	1502
A	5	De Octava Omnium Sanctorum, *semidupl.*	
b	6	De Octava Omnium Sanctorum, *semidupl.*	
c	7	De Octava Omnium Sanctorum, *semidupl.*	
d	8	Octava Omnium Sanctorum, *dupl. maj.*	1502
		Commemoratio SS. Quatuor Coronatorum MM.	1502
e	9	Dedicatio Archibasilicae SS. Salvatoris, *dupl. II. class.*	1502
		Commemoratio S. Theodori Mart.	
f	10	S. Andreae Avellini Conf., *dupl.*	1502
		Commemoratio SS. Tryphonis, Respicii et Nymphae MM.	1503
g	11	S. Martini Ep. et Conf., *dupl.*	1503
		Commemoratio S. Mennae Mart.	1507
A	12	S. Martini I. Papae et Mart., *semidupl.*	1507
b	13	S. Didaci Conf., *semidupl.*	1507
c	14	S. Josaphat Ep. et Mart., *dupl.*	1508
d	15	S. Alberti Magni Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.*	1508
e	16	S. Gertrudis Virg., *dupl.*	1508
f	17	S. Gregorii Thaumaturgi Ep. et Conf., *semidupl.*	1508
g	18	Dedicatio Basilicarum SS. Petri et Pauli App., *dupl. maj.*	1508
A	19	S. Elisabeth Viduae, *dupl.*	1508
		Commemoratio S. Pontiani Papae et Mart.	1509
b	20	S. Felicis de Valois Conf., *dupl.*	1509
c	21	Praesentatio B. M. V., *dupl. maj.*	1509
d	22	S. Caeciliae Virg. et Mart., *dupl.*	1510
e	23	S. Clementis I. Papae et Mart., *dupl.*	1514
		Commemoratio S. Felicitatis Mart.	1515
f	24	S. Joannis a Cruce Conf., et Eccl. Doct., *dupl.*	1515
		Commemoratio S. Chysogoni Mart.	1515
g	25	S. Catharinae Virg. et Mart., *dupl.*	1516

A		S. Silvestri Abb., *dupl.*	1516
		Commemoratio S. Petri Alexandrini Ep. et Mart.	1516
b	27		
c	28		
d	29	Vigilia.	
		Commemoratio S. Saturnini Mart.	1205
e	30	S. Andreae Apostoli, *dupl. II. class.*	1205

DECEMBER.

f	1		
g	2	S. Bibianae Virg. et Mart., *semidupl.*	1211
A	3	S. Francisci Xaverii Conf., *dupl. maj.*	1211
b	4	S. Petri Chrysologi Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.*	1211
		Commemoratio S. Barbarae Virg. et Mart.	1212
c	5	Commemoratio S. Sabbae Abb.	1212
d	6	S. Nicolai Ep. et Conf., *dupl.*	1212
e	7	S. Ambrosii Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.*	1212
f	8	CONCEPTIO IMMACULATA B. MARIAE V., *dupl. I. class.* cum Octava communi	1213
g	9	De Octava Conceptionis Immacul., *semidupl.*	
A	10	De Octava Conceptionis Immacul., *semidupl.*	
		Commemoratio S. Melchiadis Papae et Mart.	1222
b	11	S. Damasi I. Papae et Conf. *semidupl.*	1222
		Commemoratio Octavae.	
c	12	De Octava Conceptionis Immacul., *semidupl.*	
d	13	S. Luciae Virg. et Mart., *dupl.*	1223
		Commemoratio Octavae.	
e	14	De Octava Conceptionis Immacul., *semidupl.*	
f	15	Octava Conceptionis Immaculatae B. M. V., *dupl. maj.*	1224
g	16	S. Eusebii Ep. et Mart., *semidupl.*	1224
A	17		
b	18		
c	19		
d	20	Vigilia.	
e	21	S. Thomae Apostoli, *dupl. II. class.*	1224
f	22		
g	23		
A	24	Vigilia.	325
b	25	NATIVITAS D. N. J. C., *dupl. I. class.* cum Octava privilegiata III. Ordinis.	331
c	26	S. Stephani Protomartyris, *dupl. II. class.* cum Octava simplici.	380
		Commemoratio Octavae Nativitatis.	
d	27	S. Joannis Apost. et Evang., *dupl. II. class.* cum Octava simplici.	387
		Commemoratio Octavae Nativitatis.	
e	28	SS. Innocentium Martyrum, *dupl. II. class.* cum Octava simplici.	393
		Commemoratio Octavae Nativitatis.	
f	29	S. Thomae Cantuariens. Ep. et Mart., *dupl.*	403
		Commemoratio Octavae Nativitatis.	
g	30	De Octava Nativitatis, *semidupl.*	
A	31	S. Silvestri I. Papae et Conf., *dupl.*	404
		Commemoratio Octavae Nativitatis.	

DE RITIBUS SERVANDIS IN CANTU MISSAE.

(Ex Prooemio Vaticanae Editionis.)

I. Accedente Sacerdote ad altare, incipiunt Cantores Antiphonam ad Introitum. Quae in Feriis et Festis simplicibus intonatur ab uno cantore, usque ad signum appositum *; in aliis Festis et in Dominicis a duobus; sed in solemnitatibus a quatuor, ubi Cantores suppetunt. Chorus prosequitur usque ad Psalmum. Primam partem versus Psalmi, usque ad asteriscum, et ℣. *Gloria Patri* ipsi Cantores proferunt, versum absolvente universo Choro. Postea repetitur, item ab omnibus, Introitus usque ad Psalmum.

II. Chorus, finita Antiphona, ter *Kyrie eleison*, ter *Christe eleison*, et iterum ter *Kyrie eleison*, alternatim cum Cantoribus aut altero Choro persolvit. Ultimum autem *Kyrie eleison* dividitur in duas vel etiam in tres partes ab asterisco simplici aut duplici distinctas. Si duae tantum sunt partes, ac proinde unus asteriscus, prima pars ab ipsis Cantoribus aut a primo Choro cantatur, altera vero ab omnibus. Si tres occurrunt partes et ideo asteriscus simplex ad primam divisionem et duplex ad alteram, tunc prima pars ad eosdem pertinet quos supra; secunda vero, quae primae partis melodiam repetit, cantatur ab altero Choro; tertia demum conjunctis omnium vocibus absolvitur. Aliquando etiam quinque partes contingunt : tunc modus dividendi alternas cantandi vices similiter notatur per signum divisionis tum simplex tum duplex pluries interpositum, et satis intelligitur ex dictis.

III. Incipit solus Sacerdos clara voce *Gloria in excelsis Deo :* deinde Chorus prosequitur *Et in terra pax hominibus*, etc., divisus quidem in duas partes invicem sibi respondentes, aut cantat alternatim cum Cantoribus. Sequitur responsio Chori ad *Dominus vobiscum.*

IV. Finita Epistola aut Lectione, ab uno vel a duobus inchoatur Responsorium, quod dicitur Graduale, usque ad signum *, et cuncti, aut saltem Cantores designati, prosequuntur debita cum attentione. Duo dicunt Versum Gradualis, quem ab asterisco circa finem totus Chorus absolvit; aut juxta ritum responsorialem, quando magis id videtur opportunum, post versum a solis Cantoribus aut a Cantore expletum, cuncti repetunt primam partem Responsorii usque ad Versum.

Si *Alleluia, alleluia* cum versu sunt dicenda, primum *Alleluia* cantatur ab uno vel a duobus usque ad signum *; Chorus autem repetit *Alleluia* et subjungit neuma, seu jubilum, protrahens syllabam *a.* Cantores versum concinunt, qui, ut supra occurrente asterisco a toto Choro terminatur. Finito versu, Cantor vel Cantores repetunt *Alleluia* et Chorus addit solum neuma.

Post Septuagesimam, omissis *Alleluia* et ℣. sequenti, dicitur Tractus, cujus versiculi alternatim cantantur a duabus sibi invicem respondentibus Chori partibus, aut a Cantoribus et universo Choro.

Tempore Paschali, omittitur *Graduale* et ejus loco dicitur *Alleluia, alleluia* cum versu, ut supra. Sequitur statim unum *Alleluia* quod ab uno vel duobus inchoatum usque ad neuma absque repetitione absolvitur,

ab omnibus. Versus et unum *Alleluia*, in fine cantantur modo supra descripto.

Sequentiae cantantur alternatim, aut a Cantoribus et Choro, aut a duabus Chori partibus.

V. Finito Evangelio, Sacerdos intonat, si dicendum est, *Credo in unum Deum*, prosequente Choro *Patrem omnipotentem*, et reliqua, conjunctim aut alternatim pro loci consuetudine.

VI. Offertorium ab uno, duobus aut quatuor Cantoribus intonatur, uti ad Introitum, et finitur ab omnibus.

VII. Finita Praefatione Chorus prosequitur *Sanctus* etc. Dum autem elevatur Sacramentum, silet Chorus et cum aliis adorat. [1]

VIII. Post responsionem ad *Pax Domini*, cantatur ter *Agnus Dei*, aut ab universo Choro, inchoantibus uno vel duobus aut quatuor Cantoribus unaquaque vice; vel alternatim, ita ut in fine ab omnibus decantetur : *Dona nobis pacem*, in Missa vero pro defunctis ultima tantum dictio : *sempiternam.*

IX. Sumpto sanctissimo Sacramento, cantatur a Choro Antiphona quae dicitur *Communio*, intonata ab uno, duobus aut quatuor Cantoribus, ut ad Introitum dictum est.

Sacerdos aut Diaconus dicit *Ite Missa est*, vel *Benedicamus Domino*, et Chorus eodem tono respondet *Deo gratias.*

Ad *Requiescant in pace* in Missa Defunctorum respondetur *Amen.*

[1] *Benedictus* in Missa solemni cani nequit ante elevationem, sed canendum est peracta elevatione. S. R. C. nº 4243 ad 6.

ORATIO ANTE DIVINUM OFFICIUM.

Aperi, Dómine, os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum : munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, pervérsis et aliénis cogitatiónibus; intelléctum illúmina, afféctum inflámma, ut digne, atténte ac devóte hoc Officium recitáre váleam, et exaudíri mérear ante conspéctum divínae Majestátis tuae. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dómine, in unióne illíus divínae intentiónis, qua ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas (*vel* hanc tibi Horam) persólvo.

ORATIO POST DIVINUM OFFICIUM.

Sacrosánctae et indivíduae Trinitáti, crucifíxi Dómini nostri Jesu Christi humanitáti, beatíssimae et gloriosíssimae sempérque Vírginis Maríae foecúndae integritáti, et ómnium Sanctórum universitáti sit sempitérna laus, honor, virtus et glória ab omni creatúra, nobísque remíssio ómnium peccatórum, per infiníta saécula saeculórum.

℟. Amen.

℣. Beáta víscera Maríae Vírginis, quae portavérunt aetérni Patris Fílium. ℟. Et beáta úbera, quae lactavérunt Christum Dóminum.

Pater noster. Ave María.

Ante Matutinum ad omnes Horas, praeterquam ad Completorium, dicitur secreto Pater noster. Ave María. *In principio Matutini ac Primae, et in fine Completorii dicitur etiam* Credo in Deum.

Pater noster qui es in caelis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in caelo et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem : sed líbera nos a malo. Amen.

Ave, María, grátia plena; Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui Jesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem caeli et terrae. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum : qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus : descéndit ad ínferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad caelos; sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis : inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, vitam aetérnam.

Amen.

ORDO MISSAE

Sacerdos : In nómine Pátris, et Fílii, et Spíritus Sáncti. Amen.

Ant. Introíbo ad altáre Déi.

JAM lú-cis órto sí-dere, Dé-um precémur súppli-



ces, Ut in di-úrnis ácti-bus, Nos sérvet a no-cén- ti-bus.

Línguam refraénans témperet,
Ne lítis hórror ínsonet :
Vísum fovéndo cóntegat,
Ne vanitátis háuriat.

Sint púra córdis íntima,
Absístat et vecórdia :
Cárnis térat supérbiam
Pótus cibíque párcitas.


Ut cum díes abscésserit,
Noctémque sors redúxerit,
Múndi per abstinéntiam
Ipsi canámus glóriam.

Déo Pátri sit glória,
Ejúsque sóli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc et per ómne saéculum. Amen.

Alii toni pro variis Temporibus et Festis habentur propriis locis.

Dominicis per Annum. Antiphona.

7. a




ALle-lú- ia. E u o u a e.

Dominicis Temporis Paschalis. Antiphona.

8. b

A



In aliis Dominicis et in Festis, Antiphona in Proprio.

I.

Psalmus 117.

Confitémini Dómino quóniam bónus : * quóniam in saéculum misericórdia éjus.

Dícat nunc Israel quóniam bónus : * quóniam in saéculum misericórdia éjus.

Dícat nunc dómus Aaron : * quóniam in saéculum misericórdia éjus.

Dícant nunc qui tíment Dóminum : * quóniam in saéculum misericórdia éjus.

De tribulatióne invocávi Dóminum : * et exaudívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus míhi adjútor : * non timébo quid fáciat míhi hómo.

Dóminus míhi adjútor : * et égo despíciam inimícos méos.

Bónum est confídere in Dómino, * quam confídere in hómine.

Bónum est speráre in Dómino, * quam speráre in princípibus.

Omnes géntes circuiérunt me : * et in nómine Dómini quia últus súm in éos.

Circumdántes circumdedérunt me : * et in nómine Dómini quia últus súm in éos.

Circumdedérunt me sicut ápes, † et exarsérunt sicut ígnis in spínis : * et in nómine Dómini quia últus súm in éos.

Impúlsus evérsus súm ut cáderem : * et Dóminus suscépit me.

Fortitúdo méa et laus méa Dóminus : * et fáctus est míhi in salútem.

Vox exsultatiónis et salútis * in tabernáculis justórum.

Déxtera Dómini fécit virtútem : † déxtera Dómini exaltávit me, * déxtera Dómini fécit virtútem.

Non móriar, sed vívam : * et narrábo ópera Dómini.

Castígans castigávit me Dóminus : * et mórti non trádidit me.

Aperíte míhi pórtas justítiae, † ingréssus in éas confitébor Dómino : * haec pórta Dómini, jústi intrábunt in éam.

Confitébor tíbi quóniam exaudísti me : * et fáctus es míhi in salútem.

Lápidem quem reprobavérunt aedificántes : * hic fáctus est in cáput ánguli.

A Dómino fáctum est ístud : * et est mirábile in óculis nóstris.

Haec est díes quam fécit Dóminus : * exsultémus et laetémur in éa.

O Dómine sálvum me fac, † o Dómine bene prosperáre : * benedíctus qui vénit in nómine Dómini.

Benedíximus vóbis de dómo Dómini : * Déus Dóminus, et illúxit nóbis.

Constitúite díem solémnem in condénsis, * usque ad córnu altáris.

Déus méus es tu, et confitébor tíbi : * Déus méus es tu, et exaltábo te.

Confitébor tíbi quóniam exaudísti me : * et fáctus es míhi in salútem.

Confitémini Dómino quóniam bónus : * quóniam in saéculum misericórdia éjus.

Glória Pátri, et Fílio, * et Spirítui Sáncto.

Sicut érat in princípio, et núnc, et sémper, * et in saécula saeculórum. Amen.

Hic ℣. Glória Pátri *semper dicitur in fine omnium Psalmorum et Canticorum, nisi aliter notetur.*

Ps. 118. Beáti immaculáti. 135. (*Qui Ps. rursus inchoari debet a Cantore*).

II.

¶ *A Septuagesima usque ad Dom. Palmarum inclusive, loco Psalmi 117.* Confitémini, *dicuntur duo Psalmi sequentes.*

Psalmus 92.

Dominus regnávit, decórem indútus est : * indútus est Dóminus fortitúdinem, et praecínxit se.

Etenim firmávit órbem térrae, * qui non commovébitur.

Paráta sédes túa ex tunc : * a saéculo tú es.

Elevavérunt flúmina, Dómine, * elevavérunt flúmina vócem súam.

Elevavérunt flúmina flúctus súos, * a vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes máris : * mirábilis in áltis Dóminus.

Testimónia túa credibília fácta sunt nímis : * dómum túam décet sanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérum.

Psalmus 99.

Jubiláte Déo ómnis térra : * servíte Dómino in laetítia.

Introíte in conspéctu éjus, * in exsultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ípse est Déus : * ípse fécit nos, et non ípsi nos.

Pópulus éjus, et óves páscuae éjus : † introíte pórtas éjus in confessióne, * átria éjus in hýmnis : confitémini ílli.

Laudáte nómen éjus : quóniam suávis est Dóminus, † in aetérnum misericórdia éjus, * et usque in generatiónem et generatiónem véritas éjus.

Ps. 118. Beáti immaculáti, *ut infra.*

III.

¶ *Quando in Dominica fit de aliqua Vigilia vel de Festo, et in Hebdomada quando sumendi sunt Psalmi Dominicae, loco Ps. 117. dicitur Ps. 53.* Déus in nómine túo, *ut infra; deinde Psalmus 118.* Beáti immaculáti.

Psalmus 53.

Deus in nómine túo sálvum me fac : * et in virtúte túa júdica me.

Déus exáudi oratiónem méam : * áuribus pércipe vérba óris méi.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsum me, † et fórtes quaesiérunt ánimam méam : * et non proposuérunt Déum ante conspéctum súum.

Ecce enim Déus ádjuvat me : * et Dóminus suscéptor est ánimae méae.

Avérte mála inimícis méis : * et in veritáte túa dispérde íllos.

Voluntárie sacrificábo tíbi, * et confitébor nómini túo Dómine : quóniam bónum est :

Quóniam ex ómni tribulatióne eripuísti me : * et super inimícos méos despéxit óculus méus.

Psalmus 118. I.

Beáti immaculáti in vía : * qui ámbulant in lége Dómini.

Beáti qui scrutántur testimónia éjus : * in tóto córde exquírunt éum.

Non enim qui operántur iniquitátem, * in víis éjus ambulavérunt.

Tú mandásti * mandáta túa custodíri nímis.

Utinam dirigántur víae méae, * ad custodiéndas justificatiónes túas!

Tunc non confúndar, * cum perspéxero in ómnibus mandátis túis.

Confitébor tíbi in directióne córdis : * in éo quod dídici judícia justítiae túae.

Justificatiónes túas custódiam : * non me derelínquas usquequáque.

In quo córrigit adolescéntior víam súam? * in custodiéndo sermónes túos.

In tóto córde méo exquisívi te : * ne repéllas me a mandátis túis.

In córde méo abscóndi elóquia túa : * ut non péccem tíbi.

Benedíctus es Dómine : * dóce me justificatiónes túas.

In lábiis méis, * pronuntiávi ómnia judícia óris túi.

In vía testimoniórum tuórum delectátus sum, * sicut in ómnibus divítiis.

In mandátis túis exercébor : * et considerábo vías túas.

In justificatiónibus túis meditábor : * non oblivíscar sermónes túos.

Psalmus 118. II.

Retríbue sérvo túo, vivífica me: * et custódiam sermónes túos.

Revéla óculos méos : * et considerábo mirabília de lége túa.

Incola égo sum in térra : * non abscóndas a me mandáta túa.

Concupívit ánima méa desideráre justificatiónes túas, * in ómni témpore.

Increpásti supérbos : * maledícti qui declínant a mandátis túis.

Aufer a me oppróbrium et contémptum : * quia testimónia túa exquisívi.

Etenim sedérunt príncipes, et advérsum me loquebántur : * sérvus autem túus exercebátur in justificatiónibus túis.

Nam et testimónia túa meditátio méa est : * et consílium méum justificatiónes túae.

Adhaésit paviménto ánima méa : * vivífica me secúndum vérbum túum.

Vías méas enuntiávi, et exaudísti me : * dóce me justificatiónes túas.

Víam justificatiónum tuárum ínstrue me : * et exercébor in mirabílibus túis.

Dormitávit ánima méa prae taédio : * confírma me in vérbis túis.

Víam iniquitátis ámove a me : * et de lége túa miserére méi.

Víam veritátis elégi : * judícia túa non súm oblítus.

Adhaési testimóniis túis Dómine : * noli mé confúndere.

Víam mandatórum tuórum cucúrri, * cum dilatásti cor méum.

Sequens Symbolum dicitur in Dominicis tantum minoribus post Epiphaniam et Pentecosten, quando fit Officium de Dominica ut in Psalterio, neque ulla commemoratio Officii Duplicis vel Octavae recurrit, — et in Festo Sanctissimae Trinitatis.

Symbolum Athanasianum.

Quicúmque vult sálvus ésse, * ante ómnia ópus est ut téneat cathólicam fídem :

Quam nisi quísque íntegram inviolatámque serváverit, * absque dúbio in aetérnum períbit.

Fídes autem cathólica haec est : † ut únum Déum in Trinitáte, * et Trinitátem in unitáte venerémur :

Neque confundéntes persónas, * neque substántiam separántes.

Alia est enim persóna Pátris, ália Fílii, * ália Spíritus Sáncti.

Sed Pátris, et Fílii, et Spíritus Sáncti úna ést divínitas, * aequális glória, coaetérna majéstas.

Quális Páter, tális Fílius, * tális Spíritus Sánctus.

Increátus Páter, increátus Fílius, * increátus Spíritus Sánctus.

Imménsus Páter, imménsus Fílius, * imménsus Spíritus Sánctus.

Aetérnus Páter, aetérnus Fílius, * aetérnus Spíritus Sánctus.

Et tamen non trés aetérni, * sed únus aetérnus.

Sicut non tres increáti, nec trés imménsi, * sed únus increátus, et únus imménsus.

Símiliter omnípotens Páter, omnípotens Fílius, * omnípotens Spíritus Sánctus.

Et tamen non tres omnipoténtes, * sed únus omnípotens.

Ita Déus Páter, Déus Fílius, * Déus Spíritus Sánctus.

Et tamen non tres Díi, * sed únus est Déus.

Ita Dóminus Páter, Dóminus Fílius, * Dóminus Spíritus Sánctus.

Et tamen non tres Dómini, * sed únus est Dóminus.

Quia sicut singillátim unamquámque persónam Déum ac Dóminum confitéri christiána veritáte compéllimur : * ita tres Déos aut Dóminos dícere cathólica religióne prohibémur.

Páter a núllo est fáctus : * nec creátus, nec génitus.

Fílius a Pátre sólo est : * non fáctus, nec creátus, sed génitus.

Spíritus Sánctus a Pátre et Fílio : * non fáctus, nec creátus, nec génitus, sed procédens.

Unus ergo Páter, non tres Pátres : † únus Fílius, non tres Fílii : * únus Spíritus Sánctus, non tres Spíritus Sáncti.

Et in hac Trinitáte nihil príus aut postérius, † nihil május aut mínus : * sed tótae tres persónae coaetérnae síbi sunt et coaequáles.

Ita ut per ómnia, sicut jam supra díctum est, † et únitas in Trinitáte, * et Trínitas in unitáte veneránda sit.

Qui vult ergo sálvus ésse, * ita de Trinitáte séntiat.

Sed necessárium est ad aetérnam salútem, * ut Incarnatiónem quoque Dómini nóstri Jésu Christi fidéliter credat.

Est ergo fídes récta, ut credámus et confiteámur, † quia Dóminus nóster Jésus Christus Déi Fílius, * Déus et hómo est.

Déus est ex substántia Pátris ante saécula génitus : * et hómo est ex substántia mátris in saéculo nátus.

Perféctus Déus, perféctus hómo : * ex ánima rationáli et humána cárne subsístens.

Aequális Pátri secúndum divinitátem : * mínor Pátre secúndum humanitátem.

Qui licet Déus sit et hómo, * non dúo tamen, sed únus est Chrístus :

Unus autem non conversióne divinitátis in cárnem, * sed assumptióne humanitátis in Déum :

Unus omníno non confusióne substántiae, * sed unitáte persónae.

Nam sicut ánima rationális et cáro únus est hómo : * ita Déus et hómo únus est Chrístus.

Qui pássus est pro salúte nóstra, descéndit ad ínferos : * tértia díe resurréxit a mórtuis.

Ascéndit ad caélos, sédet ad déxteram Déi Pátris omnipoténtis : * inde ventúrus est judicáre vívos et mórtuos.

Ad cújus advéntum ómnes hómines resúrgere hábent cum corpóribus súis : * et redditúri sunt de fáctis própriis ratiónem.


Et qui bóna egérunt, íbunt in vítam aetérnam : * qui vero mála, in ígnem aetérnum.

Haec est fídes cathólica, † quam nisi quísque fidéliter firmitérque credíderit, * sálvus ésse non póterit.


Glória Pátri.

Dominicis per Annum.

Antiphona.




Alle-lú- ia, confi-témi- ni Dómi-no, quóni- am in



saécu-lum mi-se-ri-córdi- a é-jus, alle-lú-ia, alle-lú- ia.

Dominicis Temporis Paschalis.

Antiphona.



A Lle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú- ia.


Sequens Capitulum dicitur in omnibus Dominicis et Festis totius anni.

Capitulum. *I. Tim. I. 17.*


Regi saeculórum immortáli et invisíbili, † soli Deo honor et glória * in saécula saeculórum. Amen. ℟. Deo grátias.

Resp. breve per Annum.


6.




C Hríste Fí-li Dé- i ví-vi, * Mi-se-ré- re nó-bis.




Repetitur : Chríste. ¶ ℣. Qui sédes ad déxteram Pátris.



* Mi-se-ré- re nó-bis. ℣. Gló-ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-




rí-tu-i Sáncto. Chríste.



℣. Exsúrge Chríste, ádjuva nos. (*Tonus recentior*, 122).
℟. Et líbera nos propter nómen tú-um.


Sic dicuntur ℟℟. brevia per totum annum, nisi aliter notetur.

¶ *A Nativitate Domini usque ad Epiphaniam, in Festo Corporis Christi et per Octavam, in Festis B. M. V. per annum (etiam simplificatis)*, et infra eorum Octavas, loco ℣. Qui sédes. dicitur :*



℣. Qui ná-tus es de Ma-rí- a Vírgi-ne.

¶ *In Epiphania et per Octavam, et in Transfiguratione Domini :*




℣. Qui apparu-ísti hódi- e.


In quibusdam aliis Festis, ℣. aliter mutandus est, ut propriis locis notatur.

Resp. breve Tempore Adventus.


4.




C Hríste Fí-li Dé- i ví-vi, * Mi-se-ré-re nóbis. Chríste.



¶ ℣. Qui ventúrus es in múndum. * Mi-se-ré-re nóbis.




℣. Gló-ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sáncto.



Chríste.

℣. Exsúrge Chríste, ádjuva nos.
℟. Et líbera nos propter nómen túum.


¶ *In Festo Immaculatae Conceptionis B. M. V. et per ejus Octavam (non vero in Dominica infra Octavam vel die Octava occurrente) dicitur :*




℣. Qui ná-tus es de Ma-rí- a Vírgine.

Resp. breve Tempore Paschali.


6.




C Hríste Fí-li Dé- i ví-vi, mi-se-ré-re nóbis : * Alle-lú-ia,



alle-lú-ia. Chríste. ¶ ℣. Qui surrexísti a mórtu- is. * Alle-




lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Gló-ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-



tu-i Sáncto. Chríste.


℣. Exsúrge Chríste, ádjuva nos, allelúia.
℟. Et líbera nos propter nómen túum, allelúia.

¶ *Ab Ascensione usque ad Pentecosten, dicitur :*




℣. Qui scándis super sídera.

¶ *In Festo Pentecostes et per Octavam, dicitur :*



℣. Qui sédes ad déxteram Pátris.


¶ *In Festis B. M. V. infra Tempus Paschale occurrentibus, dicitur :*




℣. Qui ná-tus es de Ma-rí- a Vírgine.

Quando fit Officium de Dominica ut in Psalterio, nisi occurrat commemoratio Duplicis aut Octavae, dicuntur sequentes Preces.


Preces.



K Yri- e e-lé- i-son. Chríste e-lé- i-son. Ký-ri- e



e-lé- i-son. Pá-ter nóster. *secreto usque ad*



℣. Et ne nos indúcas in tenta- ti- ónem.

℟. Sed líbera nos a málo.
Crédo in Déum. *secreto usque ad*
℣. Cárnis resurrectiónem.
℟. Vítam aetérnam. Amen.
℣. Et égo ad te Dómine clamávi.
℟. Et máne orátio méa praevéniet te.
℣. Repleátur os méum láude.
℟. Ut cántem glóriam túam, tóta díe magnitúdinem túam.
℣. Dómine avérte fáciem túam a peccátis méis.
℟. Et ómnes iniquitátes méas déle.
℣. Cor múndum créa in me Déus.
℟. Et spíritum réctum ínnova in viscéribus méis.

℣. Ne projícias me a fácie túa.
℟. Et spíritum sánctum túum ne áuferas a me.
℣. Rédde míhi laetítiam salutáris túi.
℟. Et spíritu principáli confírma me.
℣. Adjutórium nóstrum in nómine Dómini.
℟. Qui fécit caélum et térram.

Deinde Hebdomadarius facit Confessionem, quae tota dicitur cum ℣℣. sequentibus voce recta et paulisper depressa.

Chorus respondet :

Misereátur túi omnípotens Déus, et dimíssis peccátis túis, perdúcat te ad vítam aetérnam. ℟. Amen.

Deinde repetit Confessionem :

Confíteor Déo omnipoténti, beátae Maríae semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístae, sánctis Apóstolis Pétro et Páulo, ómnibus Sánctis et tíbi páter, quia peccávi nimis, cogitatióne, vérbo et ópere : méa cúlpa, méa cúlpa, méa máxima cúlpa. Ideo précor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sánctos Apóstolos Pétrum et Páulum, ómnes Sánctos et te páter, oráre pro me ad Dóminum Déum nóstrum.

Facta Confessione a Choro, Hebdomadarius dicit :

Misereátur véstri omnípotens Déus, et dimíssis peccátis véstris, perdúcat vos ad vítam aetérnam. ℟. Amen.

Indulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum tríbuat nóbis omnípotens et miséricors Dóminus. ℟. Amen.

¶ *In choro Monialium semel tantum ac simul ab omnibus dicitur :*

Confíteor Déo... Pétro et Páulo, et ómnibus Sánctis, quia... Pétrum et Páulum, et ómnes Sánctos, oráre pro me... *Deinde :* Misereátur nóstri omnípotens Déus, et dimíssis peccátis nóstris, perdúcat nos ad vítam aetérnam. *Postea :* Indulgéntiam, absolutiónem, etc., *ut supra.*

℣. Dignáre Dómine díe ísto.
℟. Sine peccáto nos custodíre.
℣. Miserére nóstri Dómine.
℟. Miserére nóstri.
℣. Fíat misericórdia túa Dómine super nos.
℟. Quemádmodum sperávimus in te.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam.
℟. Et clámor méus ad te véniat.


℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus. *Oratio.*

Domine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos perveníre fecísti : † tua nos hódie salva virtúte; ut in hac die ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciéndam nostra procédant elóquia, * dirigántur cogitatiónes et ópera. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia saécula saeculórum.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.



℣. Benedi-cámus Dómino. ℟. Dé-o grá-ti-as.

Deinde legitur Martyrologium et in fine respondetur : Déo grátias.

Postea Hebdomadarius dicit :

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini.
℟. Mors Sanctórum éjus.

Et absolute sine Orémus. *Oratio.*

SAncta María et omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum, † ut nos mereámur ab eo adjuvári et salvári, * qui vivit et regnat in saécula saeculórum. ℟. Amen.

℣. Déus in adjutórium méum inténde.
℟. Dómine ad adjuvándum me festína.

Et dicitur ter, ultimo additur :

Glória Pátri, et Fílio, * et Spirítui Sáncto. Sicut érat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculórum. Amen.

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Páter nóster. *secreto.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a málo.
℣. Réspice in sérvos túos Dómine, et in ópera túa, et dírige filios eórum.
℟. Et sit spléndor Dómini Déi nóstri super nos, † et ópera mánuum nostrárum dírige super nos, * et ópus mánuum nostrárum dírige.
℣. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirítui Sáncto.
℟. Sicut érat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculórum. Amen.

Orémus. *Oratio.*

DIrígere et sanctificáre, régere et gubernáre dignáre, Dómine Deus, Rex caeli et terrae, hódie corda et córpora nostra, † sensus, sermónes et actus nostros in lege tua, et in opéribus mandatórum tuórum : * ut hic, et in aetérnum, te auxiliánte, salvi et líberi esse mereámur, Salvátor mundi. Qui vivis et regnas in saécula saeculórum. ℟. Amen.

℣. Júbe dómne benedícere.

Benedictio. Díes et áctus nóstros * in súa páce dispónat Dóminus omnípotens. ℟. Amen.

Ad absolutionem Capituli, a die 14. Januarii usque ad Sabbatum ante Dom. I. Quadrag., et a Feria VI. post Octavam Ss. Corporis Christi usque ad Sabbatum ante Adventum inclusive :

Lectio brevis. *2. Thess. 3. 5.*

DOminus autem dírigat corda et córpora nostra in caritáte Dei, * et patiéntia Christi. Tu autem Dómine miserére nobis. ℟. Déo grátias.

A Dominica I. Adventus usque ad Vigil. Nativitatis Domini exclusive :

Lectio brevis. *Isaiae 33. 2.*

DOmine, miserére nostri : te enim exspectávimus : † esto bráchium nostrum in mane, * et salus nostra in témpore tribulatiónis. Tu autem Dómine miserére nobis.

A Dominica I. Quadragesimae usque ad Dominicam Passionis exclusive :

Lectio brevis. *Isaiae 55. 6.*

QUaérite Dóminum, dum inveníri potest : * invocáte eum, dum prope est. Tu autem Dómine miserére nóbis.

A Dominica Passionis usque ad Feriam V. in Coena Domini exclusive :

Lectio brevis. *Isaiae 50. 6-7.*


FAciem meam non avérti ab increpántibus, et conspuéntibus in me. † Dóminus Deus auxiliátor meus, * et ídeo non sum confúsus. Tu autem Dómine miserére nobis.

A Dominica Resurrectionis usque ad Ascensionem exclusive :


Lectio brevis. *Coloss. 3. 1-2.*

SI consurrexístis cum Christo, † quae sursum sunt quaérite, ubi Christus est in déxtera Dei sedens : * quae sursum sunt sápite, non quae super terram. Tu autem Dómine miserére nobis.


In Festis pro Lectione brevi dicitur Capitulum Nonae.
Post Lectionem brevem dicitur :




℣. Adju-tó-ri-um nóstrum in nómine Dómi-ni. ℟. Qui fé-




cit caélum et térram. ℣. Benedí-ci-te. ℟. Dé-us.



Bened. Dóminus nos benedí-cat, et ab ómni má-lo deféndat :



et ad ví-tam perdúcat aetérnam. Et fidé-li-um ánimae



per mi-se-ri-córdi-am Dé-i requi-éscant in páce. Amen.

DOMINICA AD TERTIAM.


Páter nóster. Ave María.

℣. Déus in adjutórium, 268.


(Ante Missam Pontificalem adhibetur Tonus festivus, 255.)

Hymnus.

1. In Dominicis per Annum et minoribus Festis.


2.


N Unc Sáncte nóbis Spí-ri-tus, Unum Pátri cum Fí-




li- o, Dignáre prómptus ínge-ri Nóstro re-fúsus pectóri.


2. In majoribus Festis.

8.


N Unc Sáncte nóbis Spí-ri-tus, Unum Pátri cum



Fí- li- o, Dignáre prómptus ínge-ri Nóstro re-fú-sus




pé- ctó- ri.

Os, língua, mens, sénsus, vígor,
Confessiónem pérsonent :
Flamméscat ígne cáritas,
Accéndat árdor próximos.


Praésta, Páter piíssime,
Patríque cómpar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Régnans per ómne saéculum.
Amen.

Dominicis per Annum. Antiphona.

2. D


A Lle-lú-ia. E u o u a e.

Dominicis Temporis Paschalis. Antiphona.

8. G


A Lle-lú-ia. E u o u a e.

In aliis Dominicis et in Festis, Antiphona in proprio.

Psalmus 118. III.

Legem póne míhi Dómine víam justificatiónum tuárum : * et exquíram éam sémper.

Da míhi intelléctum, et scrutábor légem túam : * et custódiam íllam in tóto córde méo.

Déduc me in sémitam mandatórum tuórum : * quia ípsam vólui.

Inclína cor méum in testimónia túa : * et non in avarítiam.

Avérte óculos méos ne vídeant vanitátem : * in vía túa vivífica me.

Státue sérvo túo elóquium túum, * in timóre túo.

Amputa oppróbrium méum quod suspicátus sum : * quia judícia túa jucúnda.

Ecce concupívi mandáta túa : * in aequitáte túa vivífica me.

Et véniat super me misericórdia túa Dómine : * salutáre túum secúndum elóquium túum.

Et respondébo exprobrántibus míhi vérbum : * quia sperávi in sermónibus túis.

Et ne áuferas de óre méo vérbum veritátis usquequáque : * quia in judíciis túis supersperávi.

Et custódiam légem túam sémper : * in saéculum et in saéculum saéculi.

Et ambulábam in latitúdine : * quia mandáta túa exquisívi.

Et loquébar in testimóniis túis in conspéctu régum : * et non confundébar.

Et meditábar in mandátis túis, * quaé diléxi.

Et levávi mánus méas ad mandáta túa, quaé diléxi : * et exercébar in justificatiónibus túis.

Psalmus 118. IV.

Hic intonatio rursus fieri debet a Cantore. Item in initio seq. Ps.

Memor ésto vérbi túi sérvo túo, * in quo míhi spém dedísti.

Haec me consoláta est in humilitáte méa : * quia elóquium túum vivificávit me.

Supérbi iníque agébant usquequáque : * a lége autem túa non declinávi.

Mémor fúi judiciórum tuórum a saéculo Dómine : * et consolátus sum.

Deféctio ténuit me, * pro peccatóribus derelinquéntibus légem túam.

Cantábiles míhi érant justificatiónes túae, * in lóco peregrinatiónis méae.

Mémor fúi nócte nóminis túi Dómine : * et custodívi légem túam.

Haec fácta est míhi : * quia justificatiónes túas exquisívi.

Pórtio méa Dómine, * díxi custodíre légem túam.

Deprecátus sum fáciem túam in tóto córde méo : * miserére méi secúndum elóquium túum.

Cogitávi vías méas : * et convérti pédes méos in testimónia túa.

Parátus sum, et non súm turbátus : * ut custódiam mandáta túa.

Fúnes peccatórum circumpléxi súnt me : * et légem túam non súm oblítus.

Média nócte surgébam ad confiténdum tíbi, * super judícia justificatiónis túae.

Párticeps égo sum ómnium timéntium te : * et custodiéntium mandáta túa.

Misericórdia túa Dómine pléna est térra : * justificatiónes túas dóce me.

Psalmus 118. V.

BOnitátem fecísti cum sérvo túo Dómine, * secúndum vérbum túum.

Bonitátem, et disciplínam, et sciéntiam dóce me:* quia mandátis túis crédidi.

Priúsquam humiliárer égo delíqui : * proptérea elóquium túum custodívi.

Bónus és tu : * et in bonitáte túa dóce me justificatiónes túas.

Multiplicáta est super me iníquitas superbórum : * égo autem in tóto córde méo scrutábor mandáta túa.

Coagulátum est sicut lac cór eórum : * égo vero légem túam meditátus sum.

Bónum míhi quia humiliásti me : * ut díscam justificatiónes túas.

Bónum míhi lex óris túi, * super míllia áuri et argénti.

Mánus túae fecérunt me, et plasmavérunt me : * da míhi intelléctum, et díscam mandáta túa.

Qui tíment te vidébunt me, et laetabúntur : * quia in vérba túa supersperávi.

Cognóvi Dómine quia aéquitas judícia túa : * et in veritáte túa humiliásti me.

Fíat misericórdia túa ut consolétur me, * secúndum elóquium túum sérvo túo.

Véniant míhi miseratiónes túae, et vívam : * quia lex túa meditátio méa est.


Confundántur supérbi, quia injúste iniquitátem fecérunt in me : * égo autem exercébor in mandátis túis.

Convertántur míhi timéntes te : * et qui novérunt testimónia túa.


Fíat cor méum immaculátum in justificatiónibus túis, * ut non confúndar.

Dominicis per Annum.

Antiphona.



ALle-lú-ia, déduc me Dómine in sémi-tam man-




da-tórum tu-órum, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Capitulum. *1. Joan. 4. 16.*


DEus cáritas est : † et qui manet in caritáte, in Deo manet, * et Deus in eo.

℟. Deo grátias.


℟. br.




INclína cor mé-um, Dé- us, * In testimó-ni- a tú-a.




Repetitur Inclína. ℣. Avérte óculos mé- os, ne víde- ant va-




ni-tá-tem : in ví- a tú-a viví- fi-ca me. * In testimó-ni- a



tú-a. ℣. Gló-ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sán-




cto. Inclína.




℣. Ego díxi : Dómine mi-serére mé- i. (*Tonus recentior*, 122).
℟. Sána ánimam méam, quia peccávi tíbi.

Dominicis Adventus. *Antiphona et Capitulum in Proprio.*


℟. br.



VEni ad libe-rándum nos, * Dómine Dé- us virtú-



tum. ℣. Osténde fáci- em tú-am, et sálvi é-rimus. Gló-




ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sáncto.


℣. Timébunt géntes nómen túum Dómine.
℟. Et ómnes réges térrae glóriam túam.

Dominicis Quadragesimae. *Antiphona et Capitulum in Proprio.*


℟. br.



I-pse liberávit me * De láque-o venánti- um. ℣. Et



a vérbo áspero. Gló-ri-a Pátri, et Fí-li-o, et Spi-rí-




tu-i Sáncto.


℣. Scápulis súis obumbrábit tíbi.
℟. Et sub pénnis éjus sperábis.

Dominicis Passionis et Palmarum. *Antiphona et Capitulum in Proprio.*

℟. br.



E-ru-e a fráme-a * Dé-us ánimam mé- am. ℣. Et




de mánu cánis únicam mé- am. * Déus. ℟. Erue.

Non dicitur ℣. Glória Pátri, *sed statim repetitur* ℟. Erue a frámea, *etc.*
Et ita in omnibus ℟℟. *brevibus in Officio de Tempore Passionis.*

℣. De óre leónis líbera me Dómine.
℟. Et a córnibus unicórnium humilitátem méam.

Dominicis Temporis Paschalis.


Anti-phona.




A-lle-lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia.

Capitulum in Proprio.

℟. br.



S-urréxit Dóminus de sepúlcro : * Alle- lú-ia, alle-




lú-ia. ℣. Qui pro nóbis pependit in lígno. Gló-ri-a Pátri,




et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sáncto.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúia.
℟. Et appáruit Simóni, allelúia.


Post ℟. *breve dicitur* ℣. Dóminus vobíscum *et Oratio conveniens, et repetito* ℣. Dóminus vobíscum, *dicitur :*



℣. Benedi-cámus Dómino. ℟. Dé-o grá-ti- as.



℣. Fidé-li-um ánimae per mi-se-ri-córdi-am Dé-i requi-



éscant in páce. ℟. Amen.

(Ante Missam Pontificalem, ℣. Benedicámus Dómino *a Cantoribus cantatur in uno ex tonis supra positis,* 129; *nec additur* ℣. Fidélium).

¶ *Eodem modo terminantur Sexta et Nona; et si discedendum sit a Choro, post* ℣. Fidélium *et* Páter nóster *totum secreto dicuntur* ℣. Dóminus det nóbis súam pácem, *et una ex Antiphonis B. M. V., ut infra notatur,* 278 *vel* 282.

DOMINICA AD SEXTAM.


Páter nóster. Ave María.

℣. Déus in adjutórium. 268.


Hymnus.

1. In Dominicis per Annum et minoribus Festis.

8.




R-ector pót-ens, vérax Dé-us, Qui témperas ré-rum




ví-ces, Splendóre mane illúminas, Et ígnibus me-rí-di-em :

2. In majoribus Festis.


8.



R Ector pót-ens, vé-rax Dé-us, Qui témperas ré- rum



ví-ces, Splendóre mane illúmi-nas, Et ígni-bus me-rí-




dí- em :

Exstíngue flámmas lítium,
Aufer calórem nóxium,
Cónfer salútem córporum,
Verámque pácem córdium.

Praésta, Páter piíssime,
Patríque cómpar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Régnans per ómne saéculum.
Amen.

Dominicis per Annum. Antiphona.


8. G



A Lle-lú-ia. E u o u a e.

Dominicis Temporis Paschalis. Antiphona.

8. c



A Lle-lú-ia. E u o u a e.

In aliis Dominicis et in Festis, Antiphona in Proprio.

Psalmus 118. VI.

DEfécit in salutáre túum ánima méa : * et in vérbum túum supersperávi.

Defecérunt óculi méi in elóquium túum, * dicéntes : Quando consoláberis me?

Quia fáctus sum sicut úter in pruína : * justificatiónes túas non súm oblítus.

Quot sunt díes sérvi túi? * quando fácies de persequéntibus mé judícium?

Narravérunt míhi iníqui fabulatiónes : * sed non ut lex túa.

Omnia mandáta túa véritas : * iníque persecuti sunt me, ádjuva me.

Paulo minus consummavérunt me in térra : * égo autem non derelíqui mandáta túa.

Secúndum misericórdiam túam vivífica me : * et custódiam testimónia óris túi.

In aetérnum, Dómine, * vérbum túum pérmanet in caélo.

In generatiónem et generatiónem véritas túa : * fundásti térram, et pérmanet.

Ordinatióne túa persevérat díes : * quóniam ómnia sérviunt tíbi.

Nisi quod lex túa meditátio méa est : * tunc forte períissem in humilitáte méa.

In aetérnum non oblivíscar justificatiónes túas : * quia in ípsis vivificásti me.

Túus sum égo, sálvum mé fac : * quóniam justificatiónes túas exquisívi.

Me exspectavérunt peccatóres ut pérderent me : * testimónia túa intelléxi.

Omnis consummatiónis vídi fínem : * látum mandátum túum nímis.

Psalmus 118. VII.

QUómodo diléxi légem túam Dómine ! * tóta díe meditátio méa est.

Super inimícos méos prudéntem me fecísti mandáto túo : * quia in aetérnum míhi est.

Super ómnes docéntes me intelléxi : * quia testimónia túa meditátio méa est.

Super sénes intelléxi : * quia mandáta túa quaesívi.

Ab ómni vía mála prohíbui pédes méos : * ut custódiam vérba túa.

A judíciis túis non declinávi : * quia tu légem posuísti míhi.

Quam dúlcia fáucibus méis elóquia túa! * super mel óri méo.

A mandátis túis intelléxi : * proptérea odívi ómnem víam iniquitátis.

Lucérna pédibus méis vérbum túum, * et lúmen sémitis méis.

Jurávi, et státui * custodíre judícia justítiae túae.

Humiliátus sum usquequáque Dómine : * vivífica me secúndum vérbum túum.

Voluntária óris méi beneplácita fac Dómine : * et judícia túa dóce me.

Anima méa in mánibus méis sémper : * et légem túam non súm oblítus.

Posuérunt peccatóres láqueum míhi : * et de mandátis túis non errávi.

Haereditáte acquisívi testimónia túa in aetérnum : * quia exsultátio córdis méi sunt.

Inclinávi cor méum ad faciéndas justificatiónes túas in aetérnum, * propter retributiónem.

Psalmus 118. VIII.

INíquos ódio hábui : * et légem túam diléxi.

Adjútor et suscéptor méus és tu : * et in vérbum túum supersperávi.

Declináte a mé malígni : * et scrutábor mandáta Déi méi.

Súscipe me secúndum elóquium túum, et vívam : * et non confúndas me ab exspectatióne méa.

Adjuva me, et sálvus éro : * et meditábor in justificatiónibus túis sémper.

Sprevísti ómnes discedéntes a judíciis túis : * quia injústa cogitátio eórum.

Praevaricántes reputávi ómnes peccatóres térrae : * ídeo diléxi testimónia túa.

Confíge timóre túo cárnes méas : * a judíciis enim túis tímui.

Féci judícium et justítiam : * non trádas me calumniántibus me.

Súscipe sérvum túum in bónum : * non calumniéntur mé supérbi.

Oculi méi defecérunt in salutáre túum : * et in elóquium justítiae túae.

Fac cum sérvo túo secúndum misericórdiam túam : * et justificatiónes túas dóce me.

Sérvus túus sum égo : * da míhi intelléctum, ut sciam testimónia túa.


Témpus faciéndi, Dómine : * dissipavérunt légem túam.

Ideo diléxi mandáta túa, * super áurum et topázion.


Proptérea ad ómnia mandáta túa dirigébar : ómnem víam iníquam ódio hábui.

Dominicis per Annum.

Anti-phona.



ALle-lú-ia, tú-us sum égo, sálvum me fac Dómi-




ne, alle-lú-ia, alle-lú- ia.

Capitulum. *Galat. 6. 2.*


ALter altérius ónera portáte, * et sic adimplébitis legem Christi.

℟. Deo grátias.


℟. br.



IN aetérnum, Dómine, * Pérmanet vér-bum tú- um.



℣. In saécu-lum saécu-li vé-ri-tas tú-a. Gló-ri- a Pátri,




et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sáncto.


℣. Dóminus régit me, et nihil míhi déerit.
℟. In loco páscuae ibi me collocávit.

Dominicis Adventus. *Antiphona et Capitulum in Proprio*


℟. br.



O-sténde nóbis Dómine * Mi-se-ri-córdi-am tú-am.



℣. Et sa-lu-tá-re tú-um da nóbis. Gló-ri- a Pátri, et Fí-




li- o, et Spi-rí-tu- i Sáncto.


℣. Meménto nóstri Dómine in beneplácito pópuli túi.
℟. Vísita nos in salutári túo.

Dominicis Quadragesimae. *Antiphona et Capitulum in Proprio.*


℟. br.



SCápu-lis sú- is * Obumbrá- bit tí-bi. ℣. Et sub pén-



nis é-jus spe-rábis. Gló-ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-




tu-i Sáncto.


℣. Scúto circúmdabit te véritas éjus. ℟. Non timébis a timóre noctúrno.

Dominicis Passionis et Palmarum. *Antiphona et Capitulum in Proprio.*

℟. br.



DE óre le-ónis * Lí-be-ra me Dómine. ℣. Et a cór-




nibus uni-córni-um humi-li-tá-tem mé- am.* Líbera. ℟. De óre.

℣. Ne pérdas cum ímpiis Déus ánimam méam.
℟. Et cum víris sánguinum vítam méam.

Dominicis Temporis Paschalis.


Anti-phona.




ALle-lú- ia, alle- lú-ia, alle-lú- ia.

Capitulum in Proprio.


℟. br.



SUrréxit Dóminus vere : * Alle- lú-ia, alle-lú-ia.



℣. Et appáru- it Simóni. Gló-ri- a Pátri, et Fí- li- o, et



Spi-rí-tu- i Sáncto.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia. ℟. Víso Dómino, allelúia.

DOMINICA AD NONAM.


Páter nóster. Ave María.

℣. Déus in adjutórium. 268.


Hymnus.

1. In Dominicis per Annum et minoribus Festis.

8.




Rerum Dé-us ténax vígor, Immótus in te pérma-




nens, Lú-cis di- úrnae témpo-ra Successíbus de-términans :

2. In majoribus Festis.


8.



Rerum Dé-us ténax vígor, Immótus in te pér-



manens, Lú-cis di- úrnae témpo-ra Succéssibus de-tér-




mi-nans :

Largíre lúmen véspere,
Quo vita nusquam décidat,
Sed praémium mórtis sácrae
Perénnis ínstet glória.

Praésta, Páter piíssime,
Patríque cómpar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Régnans per ómne saéculum.
Amen.

Dominicis per Annum. Antiphona.


5. a



Alle-lú-ia. E u o u a e.

Dominicis Temporis Paschalis. Antiphona.

2. D



Alle-lú- ia. E u o u a e.

In aliis Dominicis et in Festis, Antiphona in Proprio.

Psalmus 118. IX.

Mirabília testimónia túa : * ídeo scrutáta est éa ánima méa.

Declarátio sermónum tuórum illúminat : * et intelléctum dat párvulis.

Os méum apérui, et attráxi spíritum : * quia mandáta túa desiderábam.

Aspice in me, et miserére méi, * secúndum judícium diligéntium nómen túum.

Gréssus méos dírige secúndum elóquium túum : * et non dominétur méi ómnis injustítia.

Rédime me a calúmniis hóminum : * ut custódiam mandáta túa.

Fáciem túam illúmina super sérvum túum : * et dóce me justificatiónes túas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi méi : * quia non custodiérunt légem túam.

Jústus es Dómine : * et réctum judícium túum.

Mandásti justítiam testimónia túa : * et veritátem túam nímis.

Tabéscere me fécit zélus méus : * quia oblíti sunt vérba túa inimíci méi.

Ignítum elóquium túum veheménter : * et sérvus túus diléxit íllud.

Adolescéntulus sum égo et contémptus : * justificatiónes túas non súm oblítus.

Justítia túa, justítia in aetérnum : * et lex túa véritas.

Tribulátio et angústia invenérunt me : * mandáta túa meditátio méa est.

Aéquitas testimónia túa in aetérnum : * intelléctum da míhi, et vívam.

Psalmus 118. X.

Clamávi in tóto córde méo, exáudi me Dómine : * justificatiónes túas requíram.

Clamávi ad te, sálvum mé fac : * ut custódiam mandáta túa.

Praevéni in maturitáte, et clamávi : * quia in vérba túa supersperávi.

Praevenérunt óculi méi ad té dilúculo : * ut meditárer elóquia túa.

Vócem méam áudi secúndum misericórdiam túam Dómine : * et secúndum judícium túum vivífica me.

Appropinquavérunt persequéntes me iniquitáti : * a lége autem túa lónge fácti sunt.

Prope és tu Dómine : * et ómnes víae túae véritas.

Inítio cognóvi de testimóniis túis : * quia in aetérnum fundásti éa.

Víde humilitátem méam, et éripe me : * quia légem túam non súm oblítus.

Júdica judícium méum, et rédime me : * propter elóquium túum vivífica me.

Longe a peccatóribus sálus : * quia justificatiónes túas non exquisiérunt.

Misericórdiae túae múltae, Dómine : * secúndum judícium túum vivífica me.

Múlti qui persequúntur me et tríbulant me : * a testimóniis túis non declinávi.

Vídi praevaricántes, et tabescébam : * quia elóquia túa non custodiérunt.

Víde quóniam mandáta túa diléxi, Dómine : * in misericórdia túa vivífica me.

Principium verbórum tuórum, véritas : * in aetérnum ómnia judícia justítiae túae.

Psalmus 118. XI.

PRíncipes persecúti súnt me grátis : * et a vérbis túis formidávit cor méum.

Laetábor égo super elóquia túa : * sicut qui invénit spólia múlta.

Iniquitátem ódio hábui, et abominátus sum : * légem autem túam diléxi.

Sépties in díe láudem díxi tíbi, * super judícia justítiae túae.

Pax múlta diligéntibus légem túam : * et non est íllis scándalum.

Expectábam salutáre túum Dómine : * et mandáta túa diléxi.

Custódivit ánima méa testimónia túa : * et diléxit éa veheménter.

Servávi mandáta túa et testimónia túa : * quia ómnes víae méae in conspéctu túo.

Appropínquet deprecátio méa in conspéctu túo Dómine : * juxta elóquium túum da míhi intelléctum.

Intret postulátio méa in conspéctu túo : * secúndum elóquium túum éripe me.

Eructábunt lábia méa hýmnum, * cum docúeris me justificatiónes túas.

Pronuntiábit língua méa elóquium túum : * quia ómnia mandáta túa aéquitas.

Fíat mánus túa ut sálvet me : * quóniam mandáta túa elégi.


Concupívi salutáre túum Dómine : * et lex túa meditátio méa est.

Vívet ánima méa, et laudábit te : * et judícia túa adjuvábunt me.

Errávi sicut óvis quae périit : * quaére sérvum túum, quia mandáta túa non súm oblítus.

Dominicis per Annum.

Antiphona.




Capitulum. *1. Cor. 6. 20.*

EMpti enim estis prétio magno. * Glorificáte et portáte Deum in córpore vestro.

℟. Deo grátias.


℟. br.



℣. Ab occúltis méis múnda me Dómine.
℟. Et ab aliénis párce sérvo túo.

Dominicis Adventus. *Antiphona et Capitulum in Proprio.*


℟. br.



℣. Véni, Dómine, et nóli tardáre.
℟. Reláxa facínora plébi túae.

Dominicis Quadragesimae. *Antiphona et Capitulum in Proprio.*


℟. br.



℣. Angelis súis Déus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus víis túis.

Dominicis Passionis et Palmarum. *Antiphona et Capitulum in Proprio.*


℟. br.



℣. Eripe me Dómine ab hómine málo.
℟. A víro iníquo éripe me.

Dominicis Temporis Paschalis.


Antiphona.




A Lle-lú- ia, alle-lú-ia, alle-lú- ia.

Capitulum in Proprio.


℟. br.



G Aví-si sunt discípu-li : * Alle-lú- ia, alle-lú-ia.



℣. Ví-so Dómino. Gló-ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-



tu-i Sáncto.


℣. Máne nobíscum Dómine, allelúia.
℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

DOMINICA AD VESPERAS.


Páter nóster. Ave María.

Tonus festivus.


℣.




D E-us in adjutó-ri- um mé-um inténde. ℟. Dómine



ad adju-vándum me festína. Gló-ri- a Pátri, et Fí-li- o,




et Spi-rí-tu-i Sáncto. Sicut é-rat in princípi- o, et nunc, et



semper, et in saécu-la saecu-lórum. Amen. Alle-lú-ia.

A Septuagesima usque ad Pascha, loco Allelúia, *dicitur :*




Laus tíbi Dómine Rex aetérnae gló-ri-ae.


Adhiberi potest ad libitum in Vesperis Festorum quae cum majori solemnitate celebrantur tonus sequens :

Tonus solemnior.


℣.




D E-us in adjutó-ri-um mé- um inténde. ℟. Dómi-




ne ad adjuvándum me festí-na. Gló-ri-a Pátri, et Fí-



li- o, et Spi-rí-tu- i Sáncto. Sicut é-rat in princípi- o,



et nunc, et semper, et in saécu-la saecu-ló-rum. Amen.




Alle-lú-ia. *Vel :* Laus tíbi Dómine Rex aetérnae gló-ri-ae.


Per Annum, 1. Antiphona.

Celebrans *Cantor* *Chorus*

7. c 2




D Ixit Dóminus Dómino mé- o : * Séde a déxtris



mé- is.

Tempore Paschali. Antiphona. *(Sub qua sola Antiphona dicuntur omnes Psalmi; et in initio cujusque Psalmi, intonatio rursus fieri debet a Cantore).*


7. c 2



A Lle-lú-ia.

Psalmus 109.

Cantor *Chorus*



1. Dí-xit Dóminus Dómino mé- o:* Séde a déxtris mé- is.

2. Donec pónam inimícos túos, * scabéllum pédum tuórum.

3. Vírgam virtútis túae emíttet Dóminus ex Sion : * domináre in médio inimicórum tuórum.

4. Técum princípium in díe virtútis túae in splendóribus sanctórum : * ex útero ante lucíferum génui te.

5. Jurávit Dóminus, et non paenitébit éum : * Tu es sacérdos in aetérnum secúndum órdinem Melchísedech.

6. Dóminus a déxtris túis, * confrégit in díe írae súae réges.

7. Judicábit in natiónibus, implébit ruínas : * conquassábit cápita in térra multórum.

8. De torrénte in via bibet : * proptérea exaltábit cáput.


9. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirítui Sáncto.

10. Sicut érat in princípio, et núnc, et sémper, * et in saécula saeculórum. Amen.

Hic versus Glória Pátri, *semper dicitur in fine omnium Psalmorum, nisi aliter notetur.*


T. P. Ps. Confítebor. 7. c². 144.

Anti-phona.




Díxit Dóminus Dómino mé- o : Séde a déxtris mé- is.

2 Ant. 3. b




M Agna ópera Dómi-ni.

Psalmus 110.



1. Confitébor tíbi Dómine in tóto cór-de mé- o : * in consí-li-o justórum, et congrega-*ti*- ó-ne. *Flexa :* su-órum : †



2. Mágna ópera Dómini : * exquisíta in ómnes voluntá*tes* éjus.

3. Conféssio et magnificéntia ópus éjus : * et justítia éjus mánet in saécu*lum* saéculi.

4. Memóriam fécit mirabílium suórum, † miséricors et miserátor Dóminus : * éscam dédit timén*ti*bus se.

5. Mémor érit in saéculum testaménti súi : * virtútem óperum suórum annuntiábit pópu*lo* súo :

6. Ut det íllis haereditátem géntium : * ópera mánuum éjus véritas et *ju*dícium.

7. Fidélia ómnia mandáta éjus : † confirmáta in saéculum saéculi : * fácta in veritáte et ae*qui*táte.

8. Redemptiónem mísit pópulo súo:* mandávit in aetérnum testamén*tum* súum.

9. Sánctum et terríbile nómen éjus : * inítium sapiéntiae tí*mor* Dómini.


10. Intelléctus bónus ómnibus faciéntibus éum : * laudátio éjus mánet in saécu*lum* saéculi.

11. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirítui Sáncto.


12. Sicut érat in princípio, et núnc, et sémper, * et in saécula saecu-ló*rum*. Amen.

T. P. Ps. Beátus vir. 7. c². 151.

Anti-phona.




Mágna ópera Dómi-ni, exquisí- ta in ómnes




vo-luntátes é-jus.

3. Ant. 4. g




QUI tímet Dóminum.

Psalmus 111.



1. Be-átus vir qui *tímet* Dóminum : * in mandátis é-jus vó-



let ní- mis. *Flexa :* cómmodat : †

2. Pótens in térra érit *sémen* éjus : * generátio rectórum benedicétur.

3. Glória et divítiae in *dómo* éjus : * et justítia éjus mánet in saéculum saéculi.

4. Exórtum est in ténebris *lúmen* réctis : * misséricors, et miserátor, et jústus.

5. Jucúndus hómo qui miserétur et cómmodat, † dispónet sermónes súos *in judício* : * quia in aetérnum non commovébitur.

6. In memória aetérna *érit* jústus : * ab auditióne mála non timébit.

7. Parátum cor éjus speráre in Dómino, † confirmátum *est cor* éjus : * non commovébitur donec despíciat inimícos súos.

8. Dispérsit, dédit paupéribus : † justítia éjus mánet in saé*culum* saéculi : * córnu éjus exaltábitur in glória.


9. Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus súis frémet *et ta*béscet : * desidérium peccatórum períbit.

10. Glória Pá*tri, et* Fílio, * et Spirítui Sáncto.

11. Sicut érat in princípio, et *nunc, et* sémper, * et in saécula saeculórum. Amen.


T. P. Ps. Laudáte púeri. 7. c². 156.

Anti-phona.




Qui tímet Dóminum, in mandá-tis é-jus cúpit ni-mis.

4. Ant. 7. c



SIT nómen Dómi-ni.

Psalmus 112.



1. Laudá-te pú-e-ri Dóminum : * laudáte nó- men Dómini.

2. Sit nómen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et úsque in saéculum.

3. A sólis órtu usque ad occásum, * laudábile nómen Dómini.

4. Excélsus super ómnes géntes Dóminus, * et super caélos glória éjus.

5. Quis sicut Dóminus Déus nóster, qui in áltis hábitat, * et humília réspicit in caélo et in térra?

6. Súscitans a térra ínopem, * et de stércore érigens páuperem :

7. Ut cóllocet éum cum princípibus, * cum princípibus pópuli súi.


8. Qui habitáre fácit stérilem in dómo, * mátrem filiórum laetántem.

9. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirítui Sáncto.

10. Sicut érat in princípio, et núnc, et sémper, * et in saécula saeculórum. Amen.


T. P. Ps. In éxitu. 7. c². 162.

Anti-phona.




Sit nómen Dómi-ni benedíctum in saécu-la.

5. Ant. T. pereg.




DE-us autem nóster.


Psalmus 113.



1. In éxi-tu Isra-*el de Aegý*- pto, * dómus Jácob de pópu-



lo bárbaro. 2. Fácta est Judaé-a sancti- fi*cá- ti- o* é- jus,*




Isra- el poté*stas* é- jus. *Flexa :* palpábunt : †


3. Máre *vidit, et* fúgit : * Jordánis convérsus est *re*trórsum.
4. Móntes exsultavé*runt ut a*ríetes : * et cólles sicut á*gni* óvium.
5. Quid est tíbi má*re quod fu*gísti? * et tu Jordánis, quia convérsus es *re*trórsum?
6. Móntes exsultástis *sicut a*ríetes, * et cólles sicut á*gni* óvium?
7. A fácie Dómini *móta est* térra, * a fácie Dé*i* Jácob :
8. Qui convértit pétram in *stágna a*quárum, * et rúpem in fóntes *a*quárum.
9. Non nóbis Dó*mine, non* nóbis, * sed nómini túo *da* glóriam :
10. Super misericórdia túa et *veritáte* túa : * nequándo dícant géntes : Ubi est Déus *e*órum?
11. Déus autem *nóster in* caélo : * ómnia quaecúmque vólu*it*, fécit.
12. Simulácra géntium ar*géntum et* áurum, * ópera mánu*um* hóminum.
13. Os hábent, *et non lo*quéntur : * óculos hábent, et non *vi*débunt.
14. Aures há*bent, et non* áudient : * náres hábent, et non *o*dorábunt.
15. Mánus hábent, et non palpábunt : † pédes hábent, et *non ambu*lábunt : * non clamábunt in gúttu*re* súo.
16. Símiles íllis fíant qui *fáciunt* éa : * et ómnes qui confídunt *in* éis.
17. Dómus Israel spe*rávit in* Dómino : * adjútor eórum et protéctor *e*órum est.
18. Dómus Aaron spe*rávit in* Dómino : * adjútor eórum et protéctor *e*órum est.
19. Qui tíment Dóminum spera*vérunt in* Dómino : * adjútor eórum et protéctor *e*órum est.
20. Dóminus mé*mor fúit* nóstri : * et benedí*xit* nóbis.
21. Benedíxit *dómui* Israel : * benedíxit dómu*i* Aaron.
22. Benedíxit ómnibus *qui timent* Dóminum, * pusíllis cum *ma*jóribus.
23. Adjíciat *Dóminus* súper vos : * super vos, et super fíli*os* véstros.
24. Benedícti *vos a* Dómino, * qui fécit caélum *et* térram.
25. Caé*lum caéli* Dómino : * térram autem dédit fíli*is* hóminum.
26. Non mórtui lau*dábunt te* Dómine : * neque ómnes qui descéndunt *in in*férnum.

27. Sed nos qui vívimus, bene*dícimus* Dómino, * ex hoc nunc et usque *in* saéculum.
28. Glória *Pátri et* Fílio, * et Spirítu*i* Sáncto.
29. Sicut érat in princípio, *et nunc, et* sémper, * et in saécula saecu*ló*rum. Amen.

Antiphona.




Dé- us autem nóster in caélo : ómni- a quaecúm-



que vó-lu- it, fé- cit.

T. Pasch. Ant.



Alle-lú-ia, alle-lú- ia, alle- lú- ia.


Capitulum. *2. Cor. 1. 3-4.*

Benedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, † Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.


℟. Deo grátias.

Hymnus.


8.




LUcis Cre- á-tor óptime, Lúcem di- é- rum pró-




ferens, Primórdi- is lú-cis nóvae Múndi pá-rans o-rí-gi-



nem : 2. Qui mane júnctum véspe-ri dí- em vocá- ri



praé-ci-pis : Illábi-tur tétrum chá-os, Audi préces cum



flé-tibus. 3. Ne mens gravá-ta crímine, Vítae sit éx-sul

múnere, Dum nil per-énne cógi-tat, Se-séque cúlpis íl-

ligat. 4. Caeléste púlset ósti-um : Vi-tá-le tól-lat praé-

mi-um : Vi-témus ómne nóxi-um, Purgémus ómne péssi-

mum. 5. Praésta, Pá-ter pi-íssime, Patríque cómpar Uni-

ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Régnans per ómne saé-

cu-lum. Amen.

2. Alius Tonus ad libitum.

8. LUcis Cre-á-tor óptime, Lúcem di-érum pró-ferens,

Primórdi-is lú-cis nóvae Múndi párans o-rí-ginem :

2. Qui mane júnctum véspe-ri Dí-em vocá-ri praéci-pis :

Illá-bi-tur tétrum chá-os, Audi préces cum flé-tibus.

3. Ne mens gravá-ta crímine, Vítae sit éxsul múnere,

Dum nil per-énne cógi-tat, Se-séque cúlpis íl-ligat.

4. Cae-léste púlset ósti-um, Vi-tá-le tóllat praémi-um :

Vi-témus ómne nóxi-um, Purgémus ómne péssimum.

5. Praésta, Pá-ter pi-íssime, Patríque cómpar Uni-ce,

Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Régnans per ómne saécu-lum.


Amen.

3. Alius Tonus.


1. LU-cis Cre-á-tor óptime, Lúcem di-é-rum pró-fe-

rens, Primórdi-is lúcis nóvae Múndi pá-rans orí-


ginem : 2. Qui ma-ne júnctum véspe-ri Dí-em vocá-ri




praéci-pis : Illá-bi-tur tétrum chá-os, Audi pré- ces




cum flé-tibus. 3. Ne mens gravá- ta crími-ne, Ví-tae sit




éxsul múne-re, Dum nil perén-ne có- gi-tat, Sesé-que




cúl- pis ílligat. 4. Cae-léste púl- set ósti- um, Ví-tá- le tól-




lat praémi- um : Vi-témus ómne nó- xi- um, Purgé-mus




ómne péssimum. 5. Praésta, Pá-ter pi- íssi-me, Patríque



cómpar Unice, Cum Spí- ri-tu Pará- cli-to, Régnans




per ómne saécu-lum. A-men.



℣. Di-rigá-tur Dómine orá-ti-o mé- a.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tú- o.

Vel juxta recentiorem usum :



℣. Di-rigá-tur Dómine orá-ti- o mé- a.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tú- o.

Ad Magnificat *Antiphona propria.*

Canticum B. Mariae Virginis. *Luc. 1. 46-55.*

MAgníficat * ánima méa Dóminum.

Et exsultávit spíritus méus * in Déo salutári méo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ súae : * ecce enim ex hoc beátam me dícent ómnes generatiónes.

Quia fécit míhi mágna qui pótens est : * et sánctum nómen éjus.

Et misericórdia éjus a progénie in progénies : * timéntibus éum.

Fécit poténtiam in bráchio súo : * dispérsit supérbos ménte córdis súi.

Depósuit poténtes de séde, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bónis : * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel púerum súum, * recordátus misericórdiae súae :

Sicut locútus est ad pátres nóstros : * Abraham et sémini éjus in saécula.


Glória Pátri.

Post Antiphonam dicitur Oratio propria, deinde commemorationes, si quae faciendae occurrunt; postremo, si dicendum est, Suffragium de Omnibus Sanctis, vel de Cruce, ut infra.


Suffragium de Omnibus Sanctis fit, extra Tempus Paschale, in omnibus Dominicis ritus semiduplicis, excepto tamen Tempore Adventus ac Passionis. Non fit infra Octavas neque in Dominica in qua occurrit Duplex simplificatum

De Omnibus Sanctis.

Ant. 2.



B E-á-ta Dé- i Génitrix, * Vírgo Marí- a, Sanctíque



ómnes intercédant pro nó-bis ad Dóminum.

℣. Mirificávit Dóminus Sánctos súos.
℟. Et exaudívit éos clamántes ad se.

Orémus. *Oratio.*

A cunctis nos, quæsumus Dómine, mentis et córporis defénde perículis : * et intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genitríce María, cum beáto Joseph, beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque beáto *N.* et ómnibus Sanctis, salútem nobis tríbue benígnus et


Sequentes Antiphonae majores *ad Magnificat inchoantur die 17. Decembris, et singulae ante et post Magnificat integrae sicut in Duplicibus dicuntur per ordinem usque ad diem ante Vigiliam Nativitatis. Si vero Festum fuerit, dicuntur pro commemoratione Adventus.*


Antiphonae majores.

Die 17. Decembris.


Ant. 2. D




O Sa-pi-énti- a, * quae ex óre Altíssimi prodí-



sti, attíngens a fíne usque ad fínem, fórti-ter su-ávi-



ter disponénsque ómni- a : véni ad docéndum nos



ví- am prudénti-ae. E u o u a e.


Cant. Magníficat, *in tono solemni.* 2. D. 219.

Pro commemoratione.


℣. Roráte caéli désuper, et núbes plúant jústum.
℟. Aperiátur térra, et gérminet Salvatórem.

Die 18.


Ant. 2. D




O Ado-ná- i, * et Dux dómus Isra- el, qui Mó-y-



si in igne flámmae rúbi apparu- ísti, et é- i in




Sína légem dedí-sti : véni ad red-iméndum nos in




bráchi- o exténto. E u o u a e.


Die 19.




Die 20.




Die 21.



Die 22.



Die 23.



Sabbato ante Dominicam IV. Adventus.

AD VESPERAS.

Psalmi. 1. Benedíctus Dóminus. 1. g. 195. — 2. Déus cánticum. 1. f. 197. — 3. Exaltábo te. 1. g. 287. — 4. Miserátor. 1. f. 202. — 5. Fidélis Dóminus. 2. D. 204.

Antiphonae e Vesperis Dominicae sequentis. 324.

Capitulum. Fratres : Sic nos. *ut infra,* 325. *Hymnus.* Creátor álme síderum. 301. ℣. Roráte.

Ad Magnificat, Antiphona. O. — *Oratio.* Excita. 325.

Dominica quarta Adventus.


Ad Primam. *Ant.* Cánite túba. 324.

AD TERTIAM.


Ant. Ecce véniet. 324. *Capit.* Fratres : Sic nos. *e Vesperis.* 325. ℟. *br.* Véni ad liberándum nos. 243. ℣. Timébunt.

AD MISSAM.


Intr. 1.




R O-rá-te * caé- li dé-su- per, et nú-bes plú- ant




jú- stum : ape-ri- á-tur tér- ra, et gérminet Salva-



tó- rem. *Ps.* Caéli enárrant gló-ri- am Dé- i : * et ópera



mánu-um é-jus annúnti- at firmamén-tum. Gló-ri- a Pá-



tri. E u o u a e.

Oratio.


Excita, quaésumus Dómine, potentiam tuam, et veni, et magna nobis virtúte succúrre ; † ut per auxílium grátiae tuae, quod nostra peccáta praepédiunt, * indulgéntia tuae propitiatiónis accéleret : Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Aliae Orationes ut in Dominica I. Adventus, 296.


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *1. Cor. 4.*

Fratres : Sic nos exístimet homo ut minístros Christi, et dispensatóres mysteriórum Dei. Hic jam quaéritur inter dispensatóres, ut fidélis quis inveniátur. Mihi autem pro mínimo est, ut a vobis júdicer, aut ab humáno die : sed neque meípsum júdico. Nihil enim mihi cónscius sum : sed non in hoc justificátus sum : qui autem júdicat me, Dóminus est. Itaque nolíte ante tempus judicáre, quoadúsque véniat Dóminus : qui et illuminábit abscóndita tenebrárum, et manifestábit consília córdium : et tunc laus erit unicuíque a Deo.


Grad. 5.




P Rope est Dóminus * ómnibus




invocán-tibus é- um : ómni-bus qui ín-




vocant é- um in ve-ri-tá- te.




℣. Láudem Dómi-ni




loqué-tur os mé- um :



et bene-dí-cat ómnis cá-ro nómen sánctum





* é- jus.



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 3.*

Anno quintodécimo impérii Tibérii Caésaris, procuránte Póntio Piláto Judaéam, tetrárcha autem Galilaéae Heróde, Philíppo autem fratre ejus tetrárcha Ituraéae, et Trachonítidis regiónis, et Lysánia Abilínae tetrárcha, sub princípibus sacerdótum Anna et Cáipha : factum est verbum Dómini super Joánnem, Zacharíae fílium, in desérto. Et venit in omnem regiónem Jordánis, praédicans baptísmum paeniténtiae in remissiónem peccatórum, sicut scriptum est in libro sermónum Isaíae Prophétae : Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini : rectas fácite sémitas ejus : omnis vallis implébitur : et omnis mons et collis humiliábitur : et erunt prava in dirécta, et áspera in vias planas : et vidébit omnis caro salutáre Dei. Credo.






Secreta.

Sacrifíciis praeséntibus, quaésumus Dómine, placátus inténde; ut et devotióni nostrae profíciant, et salúti. Per Dóminum.

Aliae Secretae ut in Dominica I. Adventus, 299.



Postcommunio.

Sumptis munéribus, quaésumus Dómine, ut cum frequentatióne mystérii, crescat nostrae salútis efféctus. Per Dóminum.

Aliae Postcommuniones ut in Dominica I. Adventus, 299.

¶ *Si Vigilia Nativitatis Domini venerit in Dominica, totum Officium Missae fit de Vigilia, cum commemoratione Dominicae, sed non legitur ejus Evangelium in fine. Similiter et per Horas celebratur Officium de Vigilia.*

AD SEXTAM.

Ant. Erunt práva. 324.

Capitulum. *1. Cor. 4.*

Mihi autem pro mínimo est, ut a vobis júdicer, † aut ab humáno die : * sed neque meípsum júdico.

℟. *br.* Osténde nóbis Dómine. 248. ℣. Meménto.

AD NONAM.

Ant. Omnípotens. 325.

Capitulum. *1. Cor. 4.*

Itaque nolíte ante tempus judicáre, quoadúsque véniat Dóminus : † qui et illuminábit abscóndita tenebrárum, et manifestábit consília córdium : * et tunc laus erit unicuíque a Deo.

℟. *br.* Super te Jerúsalem. 253. ℣. Dómine Déus virtútum.

AD VESPERAS.

Psalmus. 1. Díxit Dóminus. 1. g. 133. — 2. Confitébor. 1. f. 138. — 3. Beátus vir. 1. g. 145. — 4. Laudáte púeri. 1. f. 153. — 5. In éxitu. 2. D. 158.

1. Ant. 1. g

CAni-te túba * in Síon, qui-a prope est dí-es Dó-mi-ni : ecce vé-ni-et ad salvándum nos, alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

2. Ant. 1. f

ECce vé-ni-et * de-side-rátus cúnctis géntibus : et replébi-tur gló-rí-a dómus Dómi-ni, alle-lú-ia. E u o u a e.

3. Ant. 1. g

E-runt práva * in di-récta, et áspera in ví-as plánas : véni Dómine, et nó-li tardá-re, alle-lú-ia. E u o u a e.

4. Ant. 1. f

DOminus véni-et, * occúrri-te ílli, dicéntes : Mágnum princí-pi-um, et régni é-jus non é-rit fínis : Dé-us, fórtis, dominá-tor, prínceps pácis, alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant. 2. D

O-mnípot-ens * sérmo tú-us Dómine a regá-libus sé-dibus vé-ni-et, alle-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum. *1. Cor. 4.*

FRatres ; Sic nos exístimet homo ut minístros Christi, † et dispensatóres mysteriórum Dei. * Hic jam quaéritur inter dispensatóres, ut fidélis quis inveniátur.

Hymnus. Creátor álme síderum. 301. ℣. Roráte.

Antiphona ad Magnificat, una ex majoribus O.

Oratio.

EXcita, quaésumus Dómine, poténtiam tuam, et veni, et magna nobis virtúte succúrre : † ut per auxílium grátiae tuae, quod nostra peccáta praepédiunt, * indulgéntia tuae propitiatiónis accéleret. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.


In Vigilia Nativitatis Domini.

Officium fit Duplex.


AD PRIMAM.

Ant. 8. G

JUdaé-a et Jerúsa-lem,* no-lí-te timé-re : cras



egredi- émini, et Dómi-nus é-rit vobíscum, alle-lú- ia.




E u o u a e.


Psalmi Dominicae sicut in Festis, 231. *Capitulum* Régi saeculórum. *Non dicuntur Preces. Ad Absolutionem Capituli dicitur Capitulum Nonae.*

AD TERTIAM.

Ant. 8. c



H Odi- e sci- é- tis * qui-a véni- et Dómi-nus : et ma-




ne vidébi-tis gló- ri- am é-jus. E u o u a e.

Psalmi de Dominica.


Capitulum. *Rom. 1.*

PAulus, servus Jesu Christi, vocátus Apóstolus, segregátus in Evangélium Dei, † quod ante promíserat per prophétas suos in Scriptúris sanctis de Fílio suo, * qui factus est ei ex sémine David secúndum carnem.


℞. br.



H Odi- e sci- é-tis * Qui-a véni- et Dóminus. Hódi- e.



℣. Et mane vidébi-tis gló-ri- am é-jus. * Qui-a. Gló-ri- a Pá-




tri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sáncto. Hódi- e.

℣. Constántes estóte.
℞. Vidébitis auxílium Dómini super vos.


¶ *Si fuerit Dominica, Missa dicitur post Tertiam; aliis vero diebus celebratur post Nonam.*

AD MISSAM.


Intr. 6.




H O- di- e sci- é- tis, * qui- a vé-ni- et Dóminus,




et salvá- bit nos : et ma- ne vidé- bi- tis gló- ri- am



é-jus. *Ps.* Dómi-ni est térra, et pleni- túdo é-jus : * órbis



terrárum, et univérsi qui hábi-tant in é- o. Gló-ri- a Pátri.



E u o u a e.

Oratio.


DEus, qui nos redemptiónis nostrae ánnua exspectatióne laetíficas : † praesta, ut Unigénitum tuum, quem Redemptórem laeti suscípimus, * veniéntem quoque júdicem secúri videámus, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Et dicitur haec Oratio tantum, nisi facienda sit commemoratio Dominicae. Oratio. Excita. 321


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Romanos.
Rom. 1.

PAulus, servus Jesu Christi, vocátus Apóstolus, segregátus in Evangélium Dei, quod ante promíserat per prophétas suos in Scriptúris sanctis de Fílio suo, qui factus est ei ex sémine David secúndum carnem : qui praedestinátus est Fílius Dei in virtúte secúndum spíritum sanctificatiónis ex resurrectióne mortuórum Jesu Christi Dómini nostri : per quem accépimus grátiam, et apostolátum ad obediéndum fídei in ómnibus géntibus pro nómine ejus, in quibus estis et vos vocáti Jesu Christi Dómini nostri.


Grad. 2.




H O-di- e * sci- é- tis, qui-a vé- ni- et




Dó- mi-nus, et salvá- bit nos : et ma-




ne vidé- bi- tis gló- ri- am é- jus.




℣. Qui régis Isra-el, intén-




de : qui dedú-cis




vel-ut óvem Jó- seph : qui sé-



des super Ché-rubim, appá- re co-




ram Ephra- im, Bénjamin, * et Ma-




násse.

Non dicitur Allelúia *cum sequenti Versu, nisi haec Vigilia venerit in Dominica.*


8.




A Lle-lú-ia.* *ij.* ℣. Crá-



stina dí- e de-lébi- tur iníqui-tas térrae :



et regnábit super nos * Sal- vá-tor múndi.




✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.


Matth. 1. c.

CUM esset desponsáta Mater Jesu María Joseph, ántequam convenírent, inventa est in útero habens de Spíritu Sancto. Joseph autem vir ejus, cum esset justus, et nollet eam tradúcere, vóluit occúlte dimíttere eam. Haec autem eo cogitánte, ecce Angelus Dómini appáruit in somnis ei, dicens : Joseph, fili David, noli timére accípere Maríam cónjugem tuam : quod enim in ea natum est, de Spíritu Sancto est. Páriet autem fílium, et vocábis nomen ejus Jesum : ipse enim salvum fáciet pópulum suum a peccátis eórum.


Offert. 2.



T Ol- li-te * pór- tas, prín- cipes, vé- stras :



et e-le- vá- mi-ni, pór- tae ae- terná- les, et




intro- í- bit Rex gló- ri- ae.

Secreta.

DA nobis, quaésumus omnípotens Deus : ut, sicut adoránda Fílii tui natalítia praevenímus, sic ejus múnera capiámus sempitérna gaudéntes : Qui tecum.

(Pro commem. Dominicae. Secreta. Sacrifíciis. 323.) — *Praefatio communis* 3 *: sed si venerit in Dominica, dicitur de Ss. Trinitate.* 8.

Comm. 1.



R E-ve-lá- bi-tur *gló-ri- a Dó- mi-ni : et vi-

dé- bit ómnis cá- ro sa-lu- tá- re Dé- i

nóstri.

Postcommunio.

DA nobis, quaésumus Dómine : unigéniti Fílii tui recensíta nativitáte respiráre ; cujus caeléstì mystério páscimur, et potámur. Per eúmdem Dóminum.

(Pro commem. Dominicae. Postcommunio. Sumptis. 323. *In fine Evangelium.* In princípio.)

AD SEXTAM.

Ant. 4. A

CRástina dí- e * de-lébi-tur in-íqui-tas térrae : et regnábit super nos Salvátor múndi. E u o u a e.

Capitulum. *Rom. 1.*

QUI praedestinátus est Fílius Dei in virtúte, † secúndum spíritum sanctificatiónis, * ex resurrectióne mortuórum Jesu Christi Dómini nostri.

℟. br. CRástina dí- e * De-lébi-tur in-íqui-tas térrae. ℣. Et regnábit super nos Salvá-tor múndi. Gló-ri- a Pátri.

℣. Crástina érit vóbis sálus. ℟. Dícit Dóminus Déus exercítuum.

AD NONAM.

Ant. 8. c

CRástina * é-rit vóbis sá-lus, dí-cit Dóminus Dé-us exercí-tu-um. E u o u a e.

Capitulum. *Rom. 1.*

PER quem accépimus grátiam et apostolátum, † ad obediéndum fídei in ómnibus géntibus pro nómine ejus, * in quibus estis et vos vocáti Jesu Christi Dómini nostri.

℟. br. CRástina * Erit vó- bis sá-lus. ℣. Dí-cit Dóminus Dé- us exercí-tu-um. Gló-ri- a Pátri.

℣. Crástina díe delébitur iníquitas térrae.
℟. Et regnábit super nos Salvátor múndi.

IN NATIVITATE DOMINI.

Duplex I. Classis.

IN I. VESPERIS.


Psalmus. 1. Dixit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Confitébor. 7. a. 144. — 3. Beátus vir. 8. G. 152. — 4. Laudáte púeri. 8. G. 157. — 5. Laudáte Dóminum. 1. g. 171.

1. Ant. 8. G

REX pa-cí-ficus * magni-ficátus est, cújus vúltum desíderat u-nivérsa térra. E u o u a e.


2. Ant. 7. a


MAgni-fi-cátus est * Rex pací-ficus super ómnes réges u-nivérsae



Capitulum. *Tit. 3. b.*

APpáruit benígnitas et humánitas Salvatóris nostri Dei : † non ex opéribus justítiae, quae fécimus nos, * sed secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit.





tre et álmo Spí-ri-tu, In sempi-térna saécula. Amen.

℣. Crástina dí- e de-lébi-tur in-íqui-tas térrae.

℟. Et regnábit super nos Salvátor múndi.

Ad Magnif. Ant. 8. G

CUM órtus fú- e-rit * sol de caélo, vidébi-tis Ré-gem ré- gum procedéntem a Pátre, tamquam spónsum de thá-lamo sú- o. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8 G. 217, *vel* 223.

Oratio.

Concéde, quaésumus omnípotens Deus : * ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet ; quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

Tonus Hymni ad Completorium.

8.

TE lúcis ante términum, Ré- rum Cre- átor, pósci-mus, Ut pro tú-a cleménti- a, Sis praésul et custó-di- a.

2. Procul recédant sómni- a, Et nócti- um phantásmata : Hostémque nóstrum cómprime, Ne pollu-án-tur córpora.

3. Jésu, tíbi sit gló- ri- a, Qui nátus es de Vírgine, Cum Pá-tre et álmo Spí-ri-tu, In sempi-tér-na saécula. Amen.

Hic tonus (vel ad libitum tonus Hymni Vesperarum) servandus est ad Horas et ad Completorium usque ad Epiphanium, etiam in Festis occurrentibus.

AD MATUTINUM.

Pater noster, Ave María *et* Credo.

℣. DOmine, lábi- a mé-a apé-ri- es. ℟. Et os mé-um annunti- ábit láudem tú-am.

℣. Déus, in adjutórium. *tonus festorum*, 255.

Invitatorium.

4. g

CHrí-stus ná- tus est nó- bis : * Ve-ní-te, ad-oré- mus.

Repetitur a Choro : Chrístus nátus est nóbis : * Veníte, adorémus.

Ps. 94.

V Ení-te, exsultémus Dómino, jubi-lémus Dé- o,

sa-lutá-ri nóstro: prae-occupémus fá-ci- em é-jus in con-

fessi- óne, et in psálmis jubi- lémus é- i.

Chorus : Chrístus.

Quóni- am Dé-us mágnus Dóminus, et Rex mágnus su-

per ómnes dé-os: quóni- am non repéllet Dóminus plébem

sú-am: qui-a in mánu é-jus sunt ómnes fínes térrae,

et alti-túdines mónti- um í- pse cónspi- cit.

Chorus : * Veníte.

In ℣. seq. ad verba veníte, adorémus, et procidámus ante Déum, *genuflectitur.*

Quóni- am ipsí- us est má-re, et ípse fé-cit íllud, et

á-ridam fundavé-runt mánus é-jus: vení-te, ado-rémus, et

pro-cidámus ante Dé- um: plo-rémus co-ram Dómino, qui

fé-cit nos, qui- a ípse est Dóminus Dé-us nó-ster; nos

autem pópulus é-jus, et óves pá-scu-ae é- jus.

Chorus : Chrístus.

Hó-di-e, si vócem é-jus audi-é-ri-tis, no-lí-te obdurá-re

córda véstra, sic-ut in exacerba-ti- óne secúndum dí- em

tenta-ti-ónis in desérto: ubi tentavérunt me pátres vé-

stri, pro-ba-vérunt et vidérunt ó- pe-ra mé- a.


Chorus : * Veníte.

Quadragínta ánnis próximus fú-i gene-ra-ti-óni hú- ic,


et díxi: Semper hi érrant córde; ípsi vero non cogno-

vérunt ví- as mé-as: quíbus jurávi in í-ra mé-a: Si in-


tro-íbunt in ré-qui-em mé- am. *Chorus :* Chrístus.



Glóri-a Pátri, et Fíli- o, et Spi-rí-tu- i Sáncto. Sic-ut



é-rat in princí-pi- o, et nunc, et semper, et in saécula




saecu- lórum. A- men.

Chorus : * Veníte. *Cantores :* Christus. *Chorus :* * Veníte.


Hymnus. Jésu, Redémptor ómnium. 332.

IN I. NOCTURNO.

1. Ant. 8. c




DOmi-nus * dí-xit ad me : Fí-li- us mé- us es tu,




é- go hó- di- e gé- nu- i te.

Psalmus 2.



1. Quare fremu-érunt gén- tes, * et pópu-li medi-tá-ti *sunt*



*in*áni- a.

2. Astitérunt réges térrae, et príncipes convenérunt in únum, * advérsus Dóminum, et advérsus *Christum* éjus.

3. Dirumpámus víncula eórum : * et projiciámus a nóbis jú*gum ip*sórum.

4. Qui hábitat in caélis, irridébit éos : * et Dóminus subsan*nábit* éos.

5. Tunc loquétur ad éos in íra súa, * et in furóre súo contur*bábit* éos.

6. Ego autem constitútus sum Rex ab éo super Síon móntem sánctum éjus, * praédicans praecé*ptum* éjus.

7. Dóminus díxit ad me : * Fílius méus es tu, égo hódie *génu*i te.

8. Póstula a me, et dábo tíbi Géntes haereditátem túam, * et possessiónem túam tér*minos* térrae.

9. Réges éos in vírga férrea, * et tamquam vas fíguli con*fringes* éos.

10. Et nunc, réges, intelligite ; * erudímini, qui judi*cátis* térram.

11. Servíte Dómino in timóre : * et exsultáte éi *cum tre*móre.

12. Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dóminus, * et pereátis de *via* jústa.


13. Cum exárserit in brévi íra éjus, * beáti ómnes qui confí*dunt in* éo.

14. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.


15. Sicut érat in princípio, et nunc, et sémper, * et in saécula saecu*lórum*. Amen.

Repetitur Antiphona et idem fit post singulos Psalmos.

2. Ant. 8. G




TAmquam spónsus * Dóminus procédens de thá-




lamo sú- o.

Psalmus 18.



1. Caéli enárrant glóri-am Dé- i, * et ópera mánu-um



é-jus annúnti- at *firma*mén- tum. *Flexa :* intélli-git? †

2. Díes diéi erúctat vérbum, * et nox nócti ín*dicat sci*éntiam.

3. Non sunt loquélae, neque sermónes, * quórum non audiántur vó*ces e*órum.

4. In ómnem térram exívit sónus eórum : * et in fínes órbis térrae vér*ba e*órum.

5. In sóle pósuit tabernáculum súum : * et ípse tamquam spónsus procédens de thá*lamo* súo :

6. Exsultávit ut gígas ad curréndam víam, * a súmmo caélo egrés*sio* éjus :

7. Et occúrsus éjus usque ad súmmum éjus : * nec est qui se abscóndat a ca*lóre* éjus.

8. Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas : * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam *praéstans* párvulis.

9. Justítiae Dómini réctae, laetificántes córda : * praecéptum Dómini lúcidum ; illú*minans* óculos.

10. Tímor Dómini sánctus, pérmanens in saéculum saéculi : * judícia Dómini véra, justificáta in *seme*tipsa.

11. Desiderabília super áurum et lápidem pretiósum múltum : * et dulcióra super *mel et* fávum.

12. Etenim sérvus túus custódit éa, * in custodiéndis íllis retribú*tio* múlta.

13. Delícta quis intélligit? † ab occúltis méis múnda me : * et ab aliénis párce *sérvo* túo.

14. Si méi non fúerint domináti, tunc immaculátus éro : * et emundábor a de*lícto* máximo.


15. Et érunt ut compláceant elóquia óris méi : * et meditátio córdis méi in conspéctu *túo* sémper.

16. Dómine adjútor méus, * et redé*mptor* méus.


17. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.

18. Sicut érat in princípio, et nunc, et sémper, * et in saécula saecu*lórum.* Amen.

3. Ant. 1. a²




DIffúsa est grá-ti- a * in lábi- is tú-is, proptére- a




benedí-xit te Dé- us in aetérnum.

Psalmus 44.



1. Eructávit cor mé-um vér-bum bó- num : * díco égo ópe-



ra *mé- a* Ré- gi. *Flexa :* hóminum, †

2. Língua méa cálamus scribae, * velóci*ter scri*béntis.

3. Speciósus fórma prae fíliis hóminum, † diffúsa est grátia in lábiis túis : * proptérea benedíxit te Déus *in ae*térnum.

4. Accíngere gládio túo super fémur túum, * *poten*tíssime.

5. Spécie túa et pulchritúdine túa * inténde, próspere procé*de, et* régna.

6. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam : * et dedúcet te mirabíliter déx*tera* túa.

7. Sagíttae túae acútae, pópuli súb te cádent, * in córda inimi*córum* régis.

8. Sédes túa, Déus, in saéculum saéculi : * vírga directiónis, vírga *régni* túi.

9. Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem : * proptérea únxit te Déus, Déus túus, óleo laetítiae prae consór*tibus* túis.

10. Mýrrha, et gútta, et cásia a vestiméntis túis, a dómibus ebúrneis, * ex quíbus delectavérunt te fíliae régum in ho*nóre* túo.

11. Astitit regína a déxtris túis in vestítu deauráto : * circúmdata va*rie*táte.

12. Audi, fília, et víde, et inclína áurem túam : * et oblivíscere pópulum túum, et dómum *pátris* túi.

13. Et concupíscet Rex decórem túum : * quóniam ípse est Dóminus Déus túus, et ado*rábunt* éum.

14. Et fíliae Týri in munéribus * vúltum túum deprecabúntur : ómnes dí*vites* plébis.

15. Omnis glória éjus fíliae Régis ab íntus : * in fímbriis áureis circumamícta va*rie*tátibus.

16. Adducéntur Régi vírgines post éam : * próximae éjus affe*réntur* tíbi.

17. Afferéntur in laetítia et exsultatióne : * adducéntur in *témplum* Régis.


18. Pro pátribus túis náti sunt tíbi fílii : * constítues éos príncipes super *ómnem* térram.

19. Mémores érunt nóminis túi : * in ómni generatióne et gene*ratió*nem.


20. Proptérea pópuli confitebúntur tíbi in aetérnum : * et in saé*culum* saéculi.

21. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.


22. Sicut érat in princípio, et núnc, et sémper, * et in saécula saecu*lórum.* Amen.



℣. Tamquam spónsus.



℟. Dóminus procédens de thálamo sú-o.



Páter nóster. *secreto.* ℣. Et ne nos indúcas in tentati- ónem.
℟. Sed líbera nos a má-lo.

Absolutio. Exáudi, Dómine Jesu Christe, preces servórum tuórum † et miserére nobis * qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in saécula saeculórum. ℟. Amen.

Lector : Jube, domne, benedícere.


Benedictio. Benedictióne perpétua * benedícat nos Pater aetérnus. ℟. Amen.


Tres sequentes Lectiones Isaiae leguntur sine titulo.

Lectio I. *Cap. 9.*

PRimo témpore alleviáta est terra Zábulon, et terra Néphtali : et novíssimo aggraváta est via maris trans Jordánem Galilaéae géntium. Pópulus, qui ambulábat in ténebris, vidit lucem magnam : habitántibus in regióne umbrae mortis, lux orta est eis. Multiplicásti gentem, et non magnificásti laetítiam. Laetabúntur coram te, sicut qui laetántur in messe, sicut exsúltant victóres, capta praeda, quando dívidunt spólia. Jugum enim óneris ejus, et virgam húmeri ejus superásti sicut in die Mádian. Quia omnis violénta praedátio cum tumúltu, et vestiméntum mistum sánguine, erit in combustiónem, et cibus ignis. Párvulus enim natus est nobis, et fílius datus est nobis, et factus est principátus super húmerum ejus : et vocábitur nomen ejus, Admirábilis, Consiliárius, Deus, Fortis, Pater futúri saéculi, Princeps pacis. Tu autem, Dómine, miserére nobis. ℟. Deo grátias.

Resp. 1. 5.






Lector : Jube, domne, benedícere.

Benedictio. Unigénitus Dei Fílius * nos benedícere et adjuváre dignétur. ℟. Amen.

Lectio II. *Cap. 40.*

COnsolámini, consolámini, pópule meus, dicit Deus vester. Loquímini ad cor Jerúsalem, et advocáte eam : quóniam compléta est malítia ejus, dimíssa est iníquitas illíus : suscépit de manu Dómini duplícia pro ómnibus peccátis suis. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini, rectas fácite in solitúdine sémitas Dei nostri. Omnis vallis exaltábitur, et omnis mons et collis humiliábitur : et erunt prava in dirécta, et áspera in vias planas. Et revelábitur glória Dómini : et vidébit omnis caro páriter quod os Dómini locútum est. Vox dicéntis : Clama. Et dixi : Quid clamábo? Omnis caro foenum, et omnis glória ejus quasi flos agri. Exsiccátum est foenum, et cécidit flos : quia spíritus Dómini sufflávit in eo. Vere foenum est pópulus : exsiccátum est foenum, et cécidit flos : Verbum autem Dómini nostri manet in aetérnum. Tu autem, Dómine, miserére nobis. ℟. Deo grátias.

Resp. 2. 8.




Lector : Jube, domne, benedícere.
Benedictio. Spíritus Sancti grátia * illúminet sensus et corda nostra. ℟. Amen.

Lectio III. *Cap. 52, 1-6.*


Consúrge, consúrge, indúere fortitúdine tua, Sion, indúere vestiméntis glóriae tuae, Jerúsalem, cívitas sancti : quia non adjíciet ultra ut pertránseat per te incircumcísus et immúndus. Excútere de púlvere, consúrge, sede, Jerúsalem : solve víncula colli tui, captíva fília Sion. Quia haec dicit Dóminus : Gratis venúmdati estis, et sine argénto redimémini. Quia haec dicit Dóminus Deus : In Aegýptum descéndit pópulus meus in princípio, ut colónus esset ibi : et Assur absque ulla causa calumniátus est eum. Et nunc quid mihi est hic, dicit Dóminus, quóniam ablátus est pópulus meus gratis? Dominatóres ejus iníque agunt, dicit Dóminus : et júgiter tota die nomen meum blasphemátur. Propter hoc sciet pópulus meus nomen meum, in die illa : quia ego ipse qui loquébar, ecce adsum. Tu autem, Dómine, miserére nobis. ℟. Deo grátias.

Resp. 3.
4.




IN II. NOCTURNO.

1. Ant.
8. G




Psalmus 47.




2. Fundátur exsultatióne univérsae térrae mons Síon, * látera Aquilónis, cívitas *Régis* mágni.
3. Déus in dómibus éjus cognoscétur, * cum suscí*piet* éam.
4. Quóniam ecce réges térrae congregáti sunt : * convené*runt in* únum.
5. Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, † conturbáti sunt, commóti sunt : * trémor appre*héndit* éos.
6. Ibi dolóres ut parturiéntis : * in spíritu veheménti cónteres *náves* Thársis.
7. Sicut audívimus, sic vídimus in civitáte Dómini virtútum, † in civitáte Déi nóstri : * Déus fundávit éam *in ae*térnum.
8. Suscépimus, Déus, misericórdiam túam, * in médio *témpli* túi.
9. Secúndum nómen túum, Déus, sic et laus túa in fínes térrae : * justítia pléna est déx*tera* túa.
10. Laetétur mons Síon, et exsúltent fíliae Júdae, * propter judícia *túa* Dómine.
11. Circúmdate Síon, et complectímini éam : * narráte in túr*ribus* éjus.
12. Pónite córda véstra in virtúte éjus : * et distribúite dómos éjus, ut enarrétis in progé*nie* áltera.
13. Quóniam hic est Déus, Déus nóster in aetérnum, et in saéculum saéculi : * ípse reget *nos in* saécula.
14. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.
15. Sicut érat in princípio, et nunc, et sémper, * et in saécula saecu*lórum.* Amen.

2. Ant. 3. b




O-ri-é-tur * in di-ébus Dómi-ni abundánti- a




pácis, et dominábi-tur.

Psalmus 71.



1. Dé-us, judí-ci-um tú- um régi da : * et justí-ti- am




tú-am fí-li-*o* ré- gis. *Flexa:* mónti- um, †


2. Judicáre pópulum túum in justítia, * et páuperes túos in *ju*dício.
3. Suscípiant móntes pácem pópulo : * et cólles *ju*stítiam.
4. Judicábit páuperes pópuli, et sálvos fáciet fílios páuperum : * et humiliábit calumni*a*tórem.
5. Et permanébit cum sóle, et ánte lúnam, * in generatióne et genera*tió*nem.
6. Descéndet sicut plúvia in véllus : * et sicut stillicídia stillántia *super* térram.
7. Oriétur in diébus éjus justítia et abundántia pácis : * donec auferá*tur* lúna.
8. Et dominábitur a mári úsque ad máre : * et a flúmine usque ad términos órbis *ter*rárum.
9. Coram íllo prócident Aethíopes : * et inimíci éjus tér*ram* língent.
10. Réges Thársis et ínsulae múnera ófferent : * réges Arabum et Sába dóna *ad*dúcent.
11. Et adorábunt éum ómnes réges térrae : * ómnes géntes sérv*ient* éi :
12. Quia liberábit páuperem a poténte : * et páuperem, cúi non érat *ad*jútor.
13. Párcet páuperi et inopi : * et ánimas páuperum sál*vas* fáciet.
14. Ex usúris et iniquitáte rédimet ánimas eórum : * et honorábile nómen eórum co*ram* íllo.
15. Et vívet, et dábitur éi de áuro Arábiae, † et adorábunt de ípso sémper : * tóta díe benedí*cent* éi.

16. Et érit firmaméntum in térra in súmmis móntium, † superextollétur super Líbanum frúctus éjus : * et florébunt de civitáte sicut foé*num* térrae.
17. Sit nómen éjus benedíctum in saécula : * ante sólem pérmanet *nó*men éjus.
18. Et benedicéntur in ípso ómnes tríbus térrae : * ómnes Géntes magnificá*bunt* éum.
19. Benedíctus Dóminus Déus Israel, * qui fácit mirabíli*a* sólus :
20. Et benedíctum nómen majestátis éjus in aetérnum : * et replébitur majestáte éjus ómnis térra : *fíat*, fíat.
21. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirítu*i* Sáncto.
22. Sicut érat in princípio, et núnc, et sémper, * et in saécula saeculó*rum*. Amen.

3. Ant. 8. c




VEri-tas * de térra órta est, et justí-ti- a de caélo




prospé-xit.

Psalmus 84.




1. Benedixísti, Dómine, térram tú- am : * avertísti capti-ví-




tá-tem Já- cob.

2. Remisísti iniquitátem plébis túae : * operuísti ómnia peccá*ta* e*ó*rum.
3. Mitigásti ómnem íram túam : * avertísti ab íra indignati*ónis* túae.
4. Convérte nos, Déus, salutáris nóster : * et avérte íram tú*am a* nóbis.
5. Numquid in aetérnum irascéris nóbis? * aut exténdes íram túam a generatióne et gene*rati*ónem?
6. Déus, tu convérsus vivificábis nos : * et plebs túa laetá*bitur* in te.
7. Osténde nóbis, Dómine, misericórdiam túam : * et salutáre tú*um da* nóbis.
8. Audiam quid loquátur in me Dóminus Déus : * quóniam loquétur pácem in *plébem* súam.
9. Et super sánctos súos : * et in éos qui conver*túntur* ad cor.
10. Verúmtamen prope timéntes éum salutáre ipsius : * ut inhábitet glória in *térra* nóstra.

11. Misericórdia, et véritas obviavérunt sibi : * justítia, et pax *osculátae* sunt.
12. Véritas de térra órta est : * et justítia de caé*lo pro*spéxit.
13. Etenim Dóminus dábit benignitátem : * et térra nóstra dábit *frúctum* súum.
14. Justítia ante éum ambulábit : * et pónet in vía *gréssus* súos.
15. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.
16. Sicut érat in princípio, et nunc, et sémper, * et in saécula saecu*lórum*. Amen.



℣. Spe-ci- ósus fórma prae fí-li- is hóminum.



℟. Diffúsa est grá-ti- a in lábi- is tú-is.

Pater noster.

Absolutio. Ipsíus píetas et misericórdia nos adjúvet, * qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in saécula saeculórum. ℟. Amen.

Lector : ℣. Jube, domne, benedícere.


Benedictio. Deus Pater omnípotens, * sit nobis propítius et clemens. ℟. Amen.

Sermo sancti Leónis Papae. *(Sermo de Nat. Dom.)*


Lectio IV.

SAlvátor noster, dilectíssimi, hódie natus est : gaudeámus. Neque enim fas est locum esse tristítiae, ubi natális est vitae : quae, consúmpto mortalitátis timóre, nobis íngerit de promíssa aeternitáte laetítiam. Nemo ab hujus alacritátis participatióne secérnitur. Una cunctis laetítiae commúnis est rátio : quia Dóminus noster, peccáti mortísque destrúctor, sicut nullum a reátu líberum réperit, ita liberándis ómnibus venit. Exsúltet sanctus, quia appropínquat ad palmam : gáudeat peccátor, quia invitátur ad véniam : animétur Gentílis, quia vocátur ad vitam. Dei namque Fílius secúndum plenitúdinem témporis, quam divíni consílii inscrutábilis altitúdo dispósuit, reconciliándam auctóri suo natúram géneris assúmpsit humáni, ut invéntor mortis diábolus, per ipsam, quam vícerat, vincerétur. Tu autem, Dómine, miserére nobis. ℟. Deo grátias.


Resp. 4. 3.




O mágnum * mysté- ri- um, et admi-




rá- bi-le sa- cra- mén- tum, ut animá- li- a




vidérent Dó- minum ná- tum, jacéntem in praesé-




pi- o : * Be- á- ta Vír- go, cújus víscera me-



ru- é- runt portá- re Dó-mi-num Chrí- stum.



℣. A- ve, Ma-rí- a, grá-ti- a plé- na : Dó- mi-nus



té- cum. * Be- á- ta.


Lector : Jube, domne, benedícere.

Benedictio. Christus perpétuae * det nobis gáudia vitae. ℟. Amen.


Lectio V.

IN quo conflíctu pro nobis ínito, magno et mirábili aequitátis jure certátum est, dum omnípotens Dóminus cum saevíssimo hoste non in sua majestáte, sed in nostra congréditur humilitáte : objíciens ei eámdem formam, eamdémque natúram, mortalitátis quidem nostrae partícipem, sed peccáti totíus expértem. Aliénum quippe ab hac nativitáte est, quod de ómnibus légitur : Nemo mundus a sorde, nec infans, cujus est uníus diéi vita super terram. Nihil ergo in istam singulárem nativitátem de carnis concupiscéntia transívit, nihil de peccáti lege manávit. Virgo régia Davídicae stirpis elígitur, quae sacro gravidánda foetu, divínam humanámque prolem prius concíperet mente, quam córpore. Et ne supérni ignára consílii ad inusitátos pavéret affátus, quod in ea operándum erat a Spíritu Sancto, collóquio discit angélico : nec damnum credit pudóris, Dei Génitrix mox futúra. Tu autem, Dómine, miserére nobis. ℟. Deo grátias.


Resp. 5. 7.




B E-á- ta * Dé- i Génitrix Ma-rí- a, cú- jus




víscc- ra intá- cta pérma- nent : * Hódi- e



gé- nu- it Salvató- rem saé-cu- li. ℣. Be-á- ta,



quae crédi-dit : quóni- am perfécta sunt ómni- a, quae



dí-cta sunt é- i a Dó- mi- no. * Hódi- e.


Lector : Jube, domne, benedícere.

Benedictio. Ignem sui amóris * accéndat Deus in córdibus nostris. ℟. Amen.


Lectio VI.

Agámus ergo, dilectíssimi, grátias Deo Patri, per Fílium ejus in Spíritu Sancto : qui propter multam caritátem suam, qua diléxit nos, misértus est nostri : et cum essémus mórtui peccátis, convivificávit nos Christo, ut essémus in ipso nova creatúra, novúmque figméntum. Deponámus ergo véterem hóminem cum áctibus suis : et adépti participatiónem generatiónis Christi, carnis renuntiémus opéribus. Agnósce, o Christiáne, dignitátem tuam : et divínae consors factus natúrae, noli in véterem vilitátem degéneri conversatióne redíre. Meménto, cujus cápitis et cujus córporis sis membrum. Reminíscere, quia érutus de potestáte tenebrárum, translátus es in Dei lumen et regnum. Tu autem, Dómine, miserére nobis. ℟. Deo grátias.


Resp. 6. 2.




S Ancta * et immacu-lá- ta vir- gí-ni-




tas, quíbus te láu-di- bus éffe- ram, né- sci- o




* Qui- a quem caéli cápere non pót- e-rant, tú-o




gré-mi- o contu- lí- sti. ℣. Benedí- cta tu in mu-li-é-ri-



bus, et benedíctus frúctus véntris tú- i. * Qui-a.




℣. Gló- ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí- tu- i




Sán-cto. * Qui-a.

IN III. NOCTURNO.

1. Ant. 6. F




I -pse invocábit me, * alle-lú-ia : Páter mé- us es




tu, al-le-lú-ia.

Psalmus 88.



1. Mi-se-ricórdi-*as* Dómi-ni * in aetér*num can*tá- bo.



Flexa : eléctis mé- is, †

2. In generatiónem et genera*ti*ónem * annuntiábo veritátem túam in *óre* méo.

3. Quóniam dixísti : In aetérnum misericórdia aedificábitur *in* caélis : * praeparábitur véritas tú*a in* éis.

4. Dispósui testaméntum eléctis méis, † jurávi Dávid sér*vo* méo : * Usque in aetérnum praeparábo *sémen* túum.

5. Et aedificábo in generatiónem et genera*ti*ónem * *sédem* túam.

6. Confitebúntur caéli mirabília tú*a*, Dómine : * étenim veritátem túam in ecclési*a san*ctórum.

7. Quóniam quis in núbibus aequábi*tur* Dómino : * símilis erit Déo in *filiis* Déi?

8. Déus, qui glorificátur in consílio *san*ctórum : * mágnus et terríbilis super ómnes qui in circú*itu* éjus sunt.

9. Dómine, Déus virtútum, quis sími*lis* tíbi? * pótens es, Dómine, et véritas túa in circú*itu* túo.

10. Tu domináris potestá*ti* máris : * mótum autem flúctuum *éjus tu* mítigas.

11. Tu humiliásti sicut vulnerátum, *su*pérbum : * in bráchio virtútis túae dispersísti ini*micos* túos.

12. Túi sunt caéli, et túa est térra : † órbem térrae et plenitúdinem éjus tu *fun*dásti : * aquilónem, et máre *tu cre*ásti.

13. Thábor et Hérmon in nómine túo ex*sul*tábunt : * túum bráchium *cum potén*tia.

14. Firmétur mánus túa, et exaltétur déxte*ra* túa : * justítia et judícium praeparátio *sédis* túae.

15. Misericórdia et véritas praecédent fáci*em* túam : * beátus pópulus qui scit jubi*latió*nem.

16. Dómine, in lúmine vúltus túi ambulábunt, † et in nómine túo exsultábunt *tóta* die : * et in justítia túa ex*alta*búntur.

17. Quóniam glória virtútis e*órum* tú es : * et in beneplácito túo exaltábitur *córnu* nóstrum.

18. Quia Dómini est assúmpti*o* nóstra, * et Sáncti Israel, *régis* nóstri.

19. Tunc locútus es in visióne sánctis túis, et dixísti : † Pósui adjutórium in *po*ténte, * et exaltávi eléctum de *plébe* méa.

20. Invéni Dávid, sér*vum* méum, * óleo sáncto méo *únxi* éum.

21. Mánus enim méa auxiliábi*tur* éi : * et bráchium méum confor*tábit* éum.

22. Nihil profíciet inimícus *in* éo, * et fílius iniquitátis non appónet no*cére* éi.

23. Et concídam a fácie ipsíus inimí*cos* éjus : * et odiéntes éum in fú*gam con*vértam.

24. Et véritas méa, et misericórdia méa *cum* ípso : * et in nómine méo exaltábitur *córnu* éjus.

25. Et pónam in mári má*num* éjus : * et in flumínibus déx*teram* éjus.

26. Ipse invocábit me : Páter *méus* és tu : * Déus méus, et suscéptor sa*lútis* méae.

27. Et égo primogénitum pó*nam* illum, * excélsum prae ré*gibus* térrae.

28. In aetérnum servábo illi misericórdi*am* méam : * et testaméntum méum *fidéle* ipsi.

29. Et pónam in saéculum saéculi sé*men* éjus : * et thrónum éjus sicut *dies* caéli.

30. Si autem derelíquerint fílii éjus lé*gem* méam : * et in judíciis méis non *ambu*láverint :

31. Si justítias méas pro*fa*náverint : * et mandáta méa non *custo*dierint :

32. Visitábo in vírga iniquitátes e*ó*rum : * et in verbéribus peccá*ta* eórum.

33. Misericórdiam autem méam non dispérgam *ab* éo : * neque nocébo in veri*táte* méa :

34. Neque profanábo testamén*tum* méum : * et quae procédunt de lábiis méis, non fá*ciam* írrita.

35. Semel jurávi in sáncto méo : Si Dá*vid* méntiar : * sémen éjus in aetér*num ma*nébit.

36. Et thrónus éjus sicut sol in conspéc*tu* méo, * et sicut lúna perfécta in aetérnum : et téstis in ca*élo fi*délis.

37. Tu vero repulísti et de*spe*xísti : * distulísti *Christum* túum.

38. Evertísti testaméntum sér*vi* túi : * profanásti in térra sanctuá*rium* éjus.

39. Destruxísti ómnes sé*pes* éjus : * posuísti firmaméntum *éjus for*midinem.

40. Diripuérunt éum ómnes transeún*tes* viam : * fáctus est oppróbrium vi*cínis* súis.

41. Exaltásti déxteram depriménti*um* éum : * laetificásti ómnes ini*micos* éjus.

42. Avertísti adjutórium gládi*i* éjus : * et non es auxiliátus *éi in* béllo.

43. Destruxísti éum ab emunda*tió*ne : * et sédem éjus in térram *collí*sisti.

44. Minorásti dies témpo*ris* éjus : * perfudísti éum con*fusió*ne.

45. Usquequo, Dómine, avértis *in* fínem : * exardéscet sicut ígnis *íra* túa?

46. Memoráre quae méa *sub*stántia : * numquid enim vane constituísti ómnes fí*lios* hóminum?

47. Quis est hómo, qui vívet, et non vidé*bit* mórtem : * éruet ánimam súam de *mánu* ínferi?

48. Ubi sunt misericórdiae túae antí*quae,* Dómine, * sicut jurásti Dávid in veri*táte* túa?

49. Mémor ésto, Dómine, oppróbrii servórum *tu*órum * (quod contínui in sínu méo) mul*tárum* Géntium :


50. Quod exprobravérunt inimíci tú*i,* Dómine, * quod exprobravérunt commutatiónem *Christi* túi.

51. Benedíctus Dóminus in *ae*térnum : * *fiat,* fiat.


52. Glória Pátri, *et* Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.

53. Sicut érat in princípio, et nunc, *et* sémper, * et in saécula saecu*lórum.* Amen.


2. Ant.
4. A



Psalmus 95.




1. Cantá-te Dómino cán*ti-cum* nó- vum : * cantá-te Dómi*no*,




ómnis tér- ra. *Flexa :* pátri-ae génti-um, †

2. Cantáte Dómino, et benedícite nó*mini* éjus : * annuntiáte de díe in díem *salutáre* éjus.
3. Annuntiáte inter Géntes gló*riam* éjus, * in ómnibus pópulis mira*bília* éjus.
4. Quóniam mágnus Dóminus, et laudá*bilis* nímis : * terríbilis est su*per ómnes* déos.
5. Quóniam ómnes díi Génti*um dae*mónia : * Dóminus au*tem caélos* fécit.
6. Conféssio, et pulchritúdo in con*spéctu* éjus : * sanctimónia et magnificéntia in sanctifica*tióne* éjus.
7. Afférte Dómino, pátriae Géntium, † afférte Dómino glóriam *et ho*nórem : * afférte Dómino glóriam *nómini* éjus.
8. Tóllite hóstias, et introíte in *átria* éjus : * adoráte Dóminum in átri*o sáncto* éjus.
9. Commoveátur a fácie éjus uni*vérsa* térra : * dícite in Géntibus quia Dó*minus re*gnávit.
10. Etenim corréxit órbem térrae, qui non *commo*vébitur : * judicábit pópulos *in aequi*táte.
11. Laeténtur caéli, et exsúltet térra : † commoveátur máre, et pleni*túdo* éjus : * gaudébunt cámpi, et ómni*a quae in* éis sunt.
12. Tunc exsultábunt ómnia lígna silvárum a fácie Dómini, *quia* vénit : * quóniam vénit ju*dicáre* térram.
13. Judicábit órbem térrae in *aequi*táte, * et pópulos in ve*ritáte* súa.
14. Glória Pá*tri, et* Fílio, * et Spi*rítui* Sáncto.
15. Sicut érat in princípio, et *nunc, et* sémper, * et in saécula sae*cu-lórum*. Amen.

3. Ant. 6. F




Notum fé-cit Dóminus, * alle-lú-ia, sa-lu-tá-re sú-um,




alle-lú-ia.

Psalmus 97.




1. Cantá-te Dómino cánti*cum* nó- vum : * qui-a mi-rabí-*li- a*




fé- cit. *Flexa :* régis Dómi-ni : †

2. Salvávit síbi déxte*ra* éjus : * et bráchium *sánctum* éjus.
3. Nótum fécit Dóminus salutá*re* súum : * in conspéctu Géntium revelávit justí*tiam* súam.
4. Recordátus est misericórdi*ae* súae, * et veritátis súae dó*mui* Israel.
5. Vidérunt ómnes térmi*ni* térrae * salutáre *Déi* nóstri.
6. Jubiláte Déo, *ómnis* térra : * cantáte, et exsultá*te, et* psállite.
7. Psállite Dómino in cíthara, in cíthara et vó*ce* psálmi : * in túbis ductílibus, et vóce *túbae* córneae.
8. Jubiláte in conspéctu ré*gis* Dómini : * moveátur máre, et plenitúdo éjus : órbis terrárum, et qui hábi*tant in* éo.
9. Flúmina pláudent mánu, † simul móntes exsultábunt a conspé*ctu* Dómini : * quóniam vénit judi*cáre* térram.
10. Judicábit órbem terrárum in *jus*títia, * et pópulos in *aequi*táte.
11. Glória Pátri, *et* Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.
12. Sicut érat in princípio, et nunc, *et* sémper, * et in saécula saecu*lórum*. Amen.



℣. Ipse invocábit me, alle-lú-ia.



℟. Pá-ter mé-us es tu, alle-lú-ia.

Pater noster.

Absolutio. A vínculis peccatórum nostrórum * absólvat nos omnípotens et miséricors Dóminus. ℟. Amen.

Lector : Jube, domne, benedícere.

Benedictio. Evangélica léctio * sit nobis salus et protéctio. ℟. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio VII. *Cap. 2, 1-14.*

In illo témpore : Exiit edíctum a Caésare Augústo, ut describerétur univérsus orbis. Et réliqua.

Homilía sancti Gregórii Papae.

Homilia 8 in Evangel.

Quia, largiénte Dómino, Missárum solémnia ter hódie celebratúri sumus, loqui diu de evangélica lectióne non póssumus; sed nos áliquid vel bréviter dícere, Redemptóris nostri Natívitas ipsa compéllit. Quid est enim, quod nascitúro Dómino mundus descríbitur, nisi hoc, quod apérte monstrátur, quia ille apparébat in carne, qui eléctos

suos adscríberet in aeternitáte? Quo contra de reprobis per prophétam dícitur : Deleántur de libro vivéntium, et cum justis non scribántur. Qui bene étiam in Béthlehem náscitur : Béthlehem quippe domus panis interpretátur. Ipse namque est, qui ait : Ego sum panis vivus, qui de caelo descéndi. Locus ergo, in quo Dóminus náscitur, domus panis ántea vocátus est; quia futúrum profécto erat, ut ille ibi per matériam carnis apparéret, qui electórum mentes intérna satietáte refíceret. Qui non in paréntum domo, sed in via náscitur; ut profécto osténderet, quia per humanitátem suam, quam assúmpserat, quasi in aliéno nascebátur. Tu autem, Dómine, miserére nobis.

℟. Deo grátias.

Resp. 7.

B E-á-ta * ví- sce- ra Ma-rí-ae Vírgi- nis, quae portavérunt aetér- ni Pátris Fí-li- um : et be-á-ta ú- be- ra, quae lactavé- runt Chrístum Dómi- num : * Qui hó-di- e pro sa-lú-te mún- di de Vír- gi-ne ná- sci di- gná-tus est. ℣. Dí- es san- cti-fi-cátus illúxit nó- bis : ve- ní- te, Géntes, et ado- rá- te Dó- mi- num. * Qui hó-di- e.

Lector : Jube, domne, benedícere.

Benedictio. Per evangélica dicta * deleántur nostra delícta. ℟. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio VIII. *Cap. 2, 15-20.*

In illo témpore : Pastóres loquebántur ad ínvicem : Transeámus usque Béthlehem, et videámus hoc verbum, quod factum est, quod Dóminus osténdit nobis. Et réliqua.

Homilía sancti Ambrósii Epíscopi.

Lib. 2 in c. 2 Luc., circa medium.

Vidéte Ecclésiae surgéntis exórdium : Christus náscitur, et pastóres vigiláre coepérunt; qui géntium greges, pécudum modo ante vivéntes, in caulam Dómini congregárent, ne quos spiritálium bestiárum per offúsas nóctium ténebras pateréntur incúrsus. Et bene pastóres vígilant, quos bonus pastor infórmat. Grex ígitur pópulus, nox saéculum, pastóres sunt sacerdótes. Aut fortásse étiam ille sit pastor, cui dícitur : Esto vígilans, et confírma. Quia non solum epíscopos ad tuéndum gregem Dóminus ordinávit, sed étiam Angelos destinávit. Tu autem, Dómine, miserére nobis.

℟. Deo grátias.

Resp. 8.

V Er-bum * cáro fáctum est, et habi- tá- vit in nó- bis : * Et ví- dimus gló-ri- am é- jus, gló-ri- am quasi Unigéni-ti a Pá-tre, plé- num grá- ti-ae et ve-ri- tá- tis. ℣. Omni- a per ípsum fácta sunt, et sine ípso fá- ctum est ni- hil. * Et ví- dimus. Gló-ri- a Pátri, et Fí- li- o, et Spi-rí- tu- i Sán- cto. * Et ví- dimus.

Lector : Jube, domne, benedícere.

Benedictio. Verba sancti Evangélii * dóceat nos Christus Fílius Dei. ℟. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio IX. *Cap. 1, 1-14.*

In princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Et réliqua.

Homilía sancti Augustíni Epíscopi.
Tract. 1 in Joann., circa med.

Ne vile áliquid putáres, quale consuevísti cogitáre, cum verba humána soléres audíre, audi quid cógites : Deus erat Verbum. Exeat nunc néscio quis infidélis Ariánus et dicat quia Verbum Dei factum est. Quómodo potest fíeri, ut Verbum Dei factum sit, quando Deus per Verbum fecit ómnia? Si et Verbum Dei ipsum factum est; per quod áliud verbum factum est? Si hoc dicis, quia hoc est verbum Verbi, per quod factum est illud; ipsum dico ego únicum Fílium Dei. Si autem non dicis verbum Verbi, concéde non factum, per quod facta sunt ómnia. Non enim per seípsum fíeri pótuit, per quod facta sunt ómnia. Crede ergo Evangelístae. Tu autem, Dómine, miserére nobis. ℟. Deo grátias.

Te Déum laudámus. 1541.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Oratio.

Concéde, quaésumus, omnípotens Deus : † ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet ;* quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.


℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Cantores : ℣. Benedicámus Dómino. ℟. Déo grátias. *ut in Laudibus Festorum solemnium,* 129.

Et dicto ℣. Benedicámus Dómino *celebratur prima Missa post mediam noctem.*

AD PRIMAM MISSAM IN NOCTE.

Intr. 2.




Oratio.


Deus, qui hanc sacratíssimam noctem veri lúminis fecísti illustratióne claréscere : da, quaésumus ; ut cujus lucis mystéria in terra cognóvimus, ejus quoque gáudiis in caelo perfruámur : Qui tecum vivit.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Titum. *Tit. 2. c.*

Caríssime : Appáruit grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, erúdiens nos, ut abnegántes impietátem, et saeculária desidéria, sóbrie, et juste, et pie vivámus in hoc saéculo, exspectántes beátam spem, et advéntum glóriae magni Dei et Salvatóris nostri Jesu Christi : qui dedit semetípsum pro nobis : ut nos redímeret ab omni iniquitáte, et mundáret sibi pópulum acceptábilem, sectatórem bonórum óperum. Haec lóquere, et exhortáre : in Christo Jesu Dómino nostro.

Grad. 2.






✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.

Luc. 2.

IN illo témpore : Exiit edíctum a Caésare Augústo, ut describerétur univérsus orbis. Haec descríptio prima facta est a praéside Sýriae Cyríno : et ibant omnes ut profiteréntur sínguli in suam civitátem. Ascéndit autem et Joseph a Galilaéa de civitáte Názareth, in Judaéam in civitátem David, quae vocátur Béthlehem : eo quod esset de domo et família David, ut profiterétur cum María desponsáta sibi uxóre praegnánte. Factum est autem, cum essent ibi, impléti sunt dies ut páreret. Et péperit fílium suum primogénitum, et pannis eum invólvit, et reclinávit eum in praesépio : quia non erat eis locus in diversório. Et pastóres erant in regióne eádem vigilántes, et custodiéntes vigílias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus Dómini stetit juxta illos, et cláritas Dei circumfúlsit illos, et timuérunt timóre magno. Et dixit illis Angelus : Nolíte timére : ecce enim evangelízo vobis gáudium magnum, quod erit omni pópulo : quia natus est vobis hódie Salvátor, qui est


Christus Dóminus, in civitáte David. Et hoc vobis signum : Inveniétis infántem pannis involútum, et pósitum in praesépio. Et súbito facta est cum Angelo multitúdo milítiae caeléstis, laudántium Deum, et dicéntium : Glória in altíssimis Deo, et in terra pax homínibus bonae voluntátis. Credo.



Secreta.

ACcépta tibi sit, Dómine quaésumus, hodiérnae festivitátis oblátio : ut, tua grátia largiénte, per haec sacrosáncta commércia, in illíus inveniámur forma, in quo tecum est nostra substántia : Qui tecum vivit.

Praefatio de Nativitate. 7.




Postcommunio.

DA nobis, quaésumus Dómine Deus noster : ut, qui nativitátem Dómini nostri Jesu Christi mystériis nos frequentáre gaudémus ; dignis conversatiónibus ad ejus mereámur pervenire consórtium : Qui tecum vivit.

Finita prima Missa dicuntur Laudes, incipiendo immediate a ℣. Déus in adjutórium

AD LAUDES.

℣. Déus in adjutórium méum. 255.



nóbis, in térris quis appáru- it? Ná-tum ví-dimus, et chóros

Ange-lórum collaudántes Dóminum, alle-lú-ia, alle-lú- ia.

Psalmus 92.

1. Dóminus regnávit, de-córem indútus est; * indútus est

Dóminus fortitúdinem, et *prae*cínxit se.

2. Etenim firmávit órbem térrae, * qui non com*mo*vébitur.

3. Paráta sédes túa ex tunc : * a saécu*lo* tú es.

4. Elevavérunt flúmina Dómine : * elevavérunt flúmina *vó*cem súam.

5. Elevavérunt flúmina flúctus súos, * a vócibus aquárum *mul*tárum.

6. Mirábiles elatiónes máris : * mirábilis in ál*tis* Dóminus.

7. Testimónia túa credibília fácta sunt nímis : * dómum túam décet sanctitúdo Dómine, in longitúdinem *di*érum.

8. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirítu*i* Sáncto.

9. Sicut érat in princípio, et nunc, et sémper, * et in saécula saeculó*rum*. Amen.

2. Ant. 2. D

GEnu- it pu-érpera Régem, * cú- i nómen aetér-num,

et gáudi- a mátris há-bens cum virgini-tá-tis honó-re :

nec prímam sími-lem ví- sa est, nec habé-re sequéntem,

alle-lú- ia.

Psalmus 99.

1. Jubi-láte Dé-o ómnis tér- ra : * serví-te Dómino in *lae*tí-ti- a. *Flexa :* páscu-ae é- jus : †

2. Introíte in conspéctu éjus, * in exsulta*ti*óne.

3. Scitóte quóniam Dóminus ípse est Déus : * ípse fécit nos, et *non* ípsi nos.

4. Pópulus éjus, et óves páscuae éjus : † introíte pórtas éjus in confessióne, * átria éjus in hýmnis : confitémin*i* ílli.

5. Laudáte nómen éjus : quóniam suávis est Dóminus, † in ætérnum misericórdia éjus, * et usque in generatiónem et generatiónem véri*tas* éjus.

6. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirítu*i* Sáncto.

7. Sicut érat in princípio, et nunc, et sémper, * et in saécula saeculó*rum*. Amen.


3. Ant. 7. d

ANge-lus * ad pastóres á- it : Annúnti- o vóbis


gáudi- um mágnum : qui-a nátus est vóbis hó- di- e Salvá-

tor múndi, alle-lú- ia.

Psalmus 62.



1. Dé- us Dé- us mé- us * ad te de lú- ce vígi-lo.



Flexa : inaquósa, †

2. Sitívit in te ánima méa, * quam multiplíciter tíbi cáro méa.

3. In térra desérta, et ínvia, et inaquósa : † sic in sáncto appárui tíbi, * ut vidérem virtútem túam, et glóriam túam.

4. Quóniam mélior est misericórdia túa súper vítas : * lábia méa laudábunt te.

5. Sic benedícam te in víta méa : * et in nómine túo levábo mánus méas.

6. Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima méa : * et lábiis exsultatiónis laudábit os méum.

7. Si mémor fúi túi super strátum méum, † in matutínis meditábor in te : * quia fuísti adjútor méus.

8. Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhaésit ánima méa post te : * me suscépit déxtera túa.


9. Ipsi vero in vánum quaesiérunt ánimam méam, † introíbunt in inferióra térrae : * tradéntur in mánus gládii, pártes vúlpium érunt.

10. Rex vero laetábitur in Déo, † laudabúntur ómnes qui júrant in éo : * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.


11. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirítui Sáncto.

12. Sicut érat in princípio, et núnc, et sémper, * et in saécula saeculórum. Amen.


4. Ant. 7. d




FActa est * cum Angelo multi-túdo caeléstis exér-



ci- tus laudánti- um et dicénti- um : Gló-ri- a in excélsis




Dé-o, et in térra pax homíni- bus bónae voluntá-tis, al-




le-lú- ia.

Canticum trium Puerorum. *Danielis 3. c.*



1. Be-nedí-ci-te ómni- a ópe-ra Dómini Dómino; * laudáte



et superexaltá-te é- um in saécu-la.

2. Benedícite Angeli Dómini Dómino : * benedícite caéli Dómino.

3. Benedícite áquae ómnes quae super caélos sunt, Dómino : * benedícite ómnes virtútes Dómini Dómino.

4. Benedícite sol et lúna Dómino : * benedícite stéllae caéli Dómino.

5. Benedícite ómnis ímber et ros Dómino : * benedícite ómnes spíritus Déi Dómino.

6. Benedícite ígnis et aéstus Dómino : * benedícite frígus et aéstus Dómino.

7. Benedícite róres et pruína Dómino : * benedícite gélu et frígus Dómino.

8. Benedícite glácies et nives Dómino : * benedícite nóctes et díes Dómino.

9. Benedícite lux et ténebrae Dómino : * benedícite fúlgura et núbes Dómino.

10. Benedícat térra Dóminum : * láudet et superexáltet éum in saécula.

11. Benedícite móntes et cólles Dómino : * benedícite univérsa germinántia in térra Dómino.

12. Benedícite fóntes Dómino : * benedícite mária et flúmina Dómino.

13. Benedícite céte et ómnia quae movéntur in áquis Dómino : * benedícite ómnes vólucres caéli Dómino.

14. Benedícite ómnes béstiae et pécora Dómino : * benedícite fílii hóminum Dómino.

15. Benedícat Israel Dóminum : * láudet et superexáltet éum in saécula.

16. Benedícite sacerdótes Dómini Dómino : * benedícite sérvi Dómini Dómino.

17. Benedícite spíritus et ánimae justórum Dómino : * benedícite sáncti et húmiles córde Dómino.


18. Benedícite, Ananía, Azaría, Misael, Dómino : * laudáte et superexaltáte éum in saécula.

19. Benedicámus Pátrem et Fílium cum Sáncto Spíritu : * laudémus et superexaltémus éum in saécula.


20. Benedíctus es Dómine in firmaménto caéli : * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in saécula.

Hic non dicitur Glória Pátri.

5. Ant. 8. G *



Psalmus 148.



2. Laudáte éum ómnes Angeli éjus : * laudáte éum ómnes vir*tútes* éjus.

3. Laudáte éum sol et lúna : * laudáte éum ómnes stél*lae et* lúmen

4. Laudáte éum caéli caelórum : * et áquae ómnes quae super caélos sunt láudent *nómen* Dómini.

5. Quia ípse díxit, et fácta sunt : * ípse mandávit, *et cre*áta sunt.

6. Státuit éa in aetérnum et in saéculum saéculi : * praecéptum pósuit, et non *praeter*íbit.

7. Laudáte Dóminum de térra, * dracónes, et *ómnes a*býssi.

8. Ignis, grándo, nix, glácies, spíritus procellárum : * quae fáciunt *vérbum* éjus;

9. Móntes, et ómnes cólles; * lígna fructífera, et *ómnes* cédri.

10. Béstiae et univérsa pécora, * serpéntes et vólu*cres pen*nátae ;

11. Réges térrae, et ómnes pópuli ; * príncipes et ómnes *júdices* térrae;

12. Júvenes et vírgines, † sénes cum junióribus láudent nómen Dómini : * quia exaltátum est nómen *éjus so*líus.

13. Conféssio éjus super caélum et térram : * et exaltávit córnu *pópuli* súi.

14. Hýmnus ómnibus sánctis éjus : * filiis Israel, pópulo *appropinquánti* síbi.


15. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.


16. Sicut érat in princípio, et nunc, et sémper, * et in saécula *saeculórum.* Amen.

Capitulum. *Hebr. 1.*


Multifáriam multísque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis : † novíssime diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constítuit haerédem universórum, * per quem fecit et saécula.

Hymn. 3.





Canticum Zachariae. *Luc. 1. g.*



3. Sicut locútus est *per os sanc*tórum, * qui a saéculo sunt, prophe*tárum* éjus :

4. Salútem ex *inimícis* nóstris, * et de mánu ómnium *qui* odérunt nos.

5. Ad faciéndam misericórdiam cum *pátribus* nóstris : * et memorári testaménti *súi* sáncti.

6. Jusjurándum, quod jurávit ad Abra*ham pátrem* nóstrum, * datú*rum* se nóbis.

7. Ut sine timóre de mánu inimicórum nostró*rum liberá*ti, * servi*ámus* ílli.

8. In sanctitáte et justíti*a coram* ípso, * ómnibus di*ébus* nóstris.

9. Et tu púer, prophéta Altís*simi* vocáberis : * praeíbis enim ante fáciem Dómini paráre *vias* éjus.

10. Ad dándam sciéntiam salú*tis plébi* éjus : * in remissiónem peccató*rum* eórum :

11. Per víscera misericórdi*ae Déi* nóstri : * in quíbus visitávit nos, óri*ens ex* álto :

12. Illumináre his qui in ténebris et in úm*bra mórtis* sédent : * ad dirigéndos pédes nóstros in *viam* pácis.

13. Glória *Pátri, et* Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.

14. Sicut érat in princípio, *et nunc, et* sémper, * et in saécula saecu*lórum*. Amen.

Oratio. Concéde quaésumus. 334.

Cantores :

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Déo grátias. 129.


Summo mane dicitur Prima : qua finita, celebratur secunda Missa in Aurora, et in ea fit commemoratio de S. Anastasia Martyre.

AD PRIMAM.

Ant. Quem vidístis. 361. *In* ℟. *br.* ℣. Qui nátus es de María Vírgine. *Et sic dicitur usque ad Epiphaniam. Ad Absol. Capit., Lectio br.* Ipsi períbunt, *ut infra ad Nonam.* 377.

AD SECUNDAM MISSAM. IN AURORA.

Intr. 8.



Oratio.

DA nobis, quaésumus omnípotens Deus: ut, qui nova incarnáti Verbi tui luce perfúndimur; hoc in nostro respléndeat ópere, quod per fidem fulget in mente. Per eúmdem.


Pro Commemoratione S. Anastasiae.

DA, quaésumus omnípotens Deus: ut qui beátae Anastásiae Mártyris tuae solémnia cólimus; ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Titum. *Tit. 3. b.*

CAríssime: Appáruit benígnitas et humánitas Salvatóris nostri Dei: non ex opéribus justítiae, quae fécimus nos, sed secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit per lavácrum regeneratiónis et renovatiónis Spíritus Sancti, quem effúdit in nos abúnde per Jesum Christum Salvatórem nostrum: ut justificáti grátia ipsíus, haerédes simus secúndum spem vitae aetérnae: in Christo Jesu Dómino nostro.

Grad. 5.




✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 2. b.*


IN illo témpore : Pastóres loquebántur ad ínvicem : Transeámus usque Béthlehem, et videámus hoc verbum, quod factum est, quod Dóminus osténdit nobis. Et venérunt festinántes : et invenérunt Maríam, et Joseph, et infántem pósitum in praesépio. Vidéntes autem cognovérunt de verbo, quod dictum erat illis de púero hoc. Et omnes qui audiérunt, miráti sunt : et de his quae dicta erant a pastóribus ad ipsos. María autem conservábat ómnia verba haec, cónferens in corde suo. Et revérsi sunt pastóres glorificántes, et laudántes Deum in ómnibus quae audíerant, et vídérant, sicut dictum est ad illos.

Credo.


Offert. 8.




DEus enim * firmá- vit ór- bem tér-



rae, qui non commo- vébi- tur: pará-



ta sé- des tú- a, Dé- us, ex tunc, a saé-



cu- lo tu es.

Secreta.


MUnera nostra, quaésumus Dómine, Nativitátis hodiérnae mystériis apta provéniant, et pacem nobis semper infúndant : ut, sicut homo génitus idem refúlsit et Deus, sic nobis haec terréna substántia cónferat, quod divínum est. Per eúmdem.

Pro sancta Anastasia.


ACcipe, quaésumus Dómine, múnera dignánter obláta : et beátae Anastásiae Mártyris tuae suffragántibus méritis, ad nostrae salútis auxílium provenire concéde. Per Dóminum.

Praefatio ut in prima Missa.


Comm. 4.



EXsúlta * fí- li- a Sí- on, láuda fí- li- a Je-rú-



sa- lem : ecce Rex tú- us vé- nit sánctus, et Salvá-



tor mún- di.

Postcommunio.

HUjus nos, Dómine, sacraménti semper nóvitas natális instáuret : cujus Nativitas singuláris humánam répulit vetustátem. Per eúmdem.


Pro sancta Anastasia.

SAtiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris : ejus quaésumus semper interventióne nos fove; cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum.


Tertia dicitur hora sua; qua finita, celebratur tertia Missa de die Nativitatis.

AD TERTIAM.


Hymn. 8.



NUnc Sáncte nóbis Spí- ri-tus, U-num Pátri cum



Fí-li- o, Dignáre prómptus ínge-ri Nóstro re-fú- sus



pécto-ri.


Os, língua, mens, sénsus, vigor
Confessiónem pérsonent :
Flammescat ígne cáritas,
Accéndat árdor próximos.

Jésu, tíbi sit glória,
Qui nátus es de Vírgine,
Cum Pá-tre et álmo Spíritu,
In sempitérna saécula. Amen.


Ant. Génuit puérpera Régem. 362.

Capitulum. Multifáriam. *ut supra ad Laudes.* 367

℟. br.




VErbum cáro fáctum est : * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Vér-



℣. Ipse invocábit me, allelúia. ℟. Páter méus es tu, allelúia.

AD TERTIAM MISSAM. IN DIE.

Intr. 7.




Oratio.


Concéde, quaésumus omnípotens Deus : † ut nos Unigéniti tui nova per carnem Nativitas líberet ; * quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Hebraeos. *Hebr. 1.*


Multifáriam, multísque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis : novíssime diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constítuit haerédem universórum, per quem fecit et saécula : qui cum sit splendor glóriae, et figúra substántiae ejus, portánsque ómnia verbo virtútis suae, purgatiónem peccatórum fáciens, sedet ad déxteram majestátis in excélsis : tanto mélior Angelis efféctus, quanto differéntius prae illis nomen haereditávit. Cui enim dixit aliquándo Angelórum : Fílius meus es tu, ego hódie génui te? Et rursum : Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in fílium? Et cum íterum introdúcit primogénitum in orbem terrae, dicit : Et adórent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit : Qui facit Angelos suos spíritus, et minístros suos flammam ignis. Ad Fílium autem : Thronus tuus, Deus, in saéculum saéculi : virga aequitátis, virga regni tui. Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem : proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo exsultatiónis prae partícipibus tuis. Et : Tu in princípio, Dómine, terram fundásti : et ópera mánuum tuárum sunt caeli. Ipsi períbunt, tu autem permanébis, et omnes ut vestiméntum veteráscent : et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur : tu autem idem ipse es, et anni tui non defícient.

Grad. 5.





Evangelium. In princípio. 6.



Secreta.

OBláta, Dómine, múnera, nova Unigéniti tui Nativitáte sanctífica : nosque a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per eúmdem Dóminum.

Praefatio de Nativitate, 7.



Postcommunio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : ut natus hódie Salvátor mundi, sicut divínae nobis generatiónis est auctor ; ita et immortalitátis sit ipse largítor : Qui tecum vivit.


Ultimum Evangelium. Cum natus esset Jesus. *ut in die Epiphaniae*. 417.

AD SEXTAM.

Ant. Angelus. 363.

Capitulum. *Hebr. 1. c.*

ET : Tu in princípio Dómine terram fundásti : * et ópera mánuum tuárum sunt caeli.



℣. Vidérunt ómnes fínes térrae, allelúia.
℟. Salutáre Déi nóstri, allelúia.

AD NONAM.

Ant. Párvulus fílius. 366.

Capitulum. *Hebr. 1. d.*

IPsi períbunt, tu autem permanébis : † et omnes sicut vestiméntum veteráscent : et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur : * tu autem idem ipse es, et anni tui non defícient.

℟. br. V Idérunt ómnes fínes térrae : * Alle-lú-ia, alle-lú-ia.

℣. Sa-lutáre Dé-i nóstri. Gló-ri- a Pátri. 374.

℣. Vérbum cáro fáctum est, allelúia.
℟. Et habitávit in nóbis, allelúia.

IN II. VESPERIS.

Psalmus. 1. Díxit Dóminus. 1. g. 133. — 2. Confitébor tíbi. 7. a. 144. — 3. Beátus vir. 7. b. 151. — 4. De profúndis. 4. A*. 183. — 5. Meménto. 8. G. 185.

1. Ant. 1. g T Ecum princí-pi- um * in dí- e virtú-tis tú-ae, in splendó-ribus sanctórum, ex útero ante lucí-ferum génu- i te. E u o u a e.

2. Ant. 7. a R Edempti-ónem * mí-sit Dó-minus pópu-lo sú- o : mandávit in aetér-num testamén-tum sú- um. E u o u a e.

3. Ant. 7. b E Xór-tum est * in té-ne-bris lúmen réctis córde : mi-sé-ricors et mi-será-tor, et jústus Dóminus. E u o u a e.

4. Ant. 4. A* A -pud Dómi-

num * mise-rí-córdi-a, et copi-ó-sa apud é- um red-émpti- o. E u o u a e.

5. Ant. 8. G D E frúctu * véntris tú- i pónam super sédem tú- am. E u o u a e.

Capitulum. *Hebr. 1.*

MUltifáriam multísque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis : † novíssime diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constítuit haerédem universórum, * per quem fecit et saécula.

Hymnus. Jésu Redémptor ómnium. *ut in I. Vesperis*, 332.

℣. Nó-tum fé-cit Dóminus, alle-lú-ia.

℟. Sa-lu-táre sú-um, alle-lú-ia.

(Sic cantatur tantum in die festi : alias servatur tonus communis.)


Ad Magnif. Ant. 1. g 2 H Odi- e * Chrí-stus ná-tus est : hódi-e Salvá-tor appáru- it : hódi- e in térra cánunt Ange-li, laetán-tur Archánge-li : hódi- e exsúl-tant jústi, di-céntes : Gló-ri- a in excélsis Dé- o, alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. g 2. 218.

Oratio.

COncéde, quaésumus omnípotens Deus : * ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet ; quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

Deinde pro S. Stephano.




℣. Glória et honóre coronásti éum Dómine.
℟. Et constituísti éum super ópera mánuum tuárum.
Oratio. Da nobis quaésumus. 381.

DIE 26. DECEMBRIS.

S. STEPHANI PROTOMARTYRIS.


Duplex II. Classis cum Octava simplici.

AD PRIMAM.




℣. Qui nátus es. *Lect. br.* Pósitis. 385.

AD TERTIAM.



Capitulum. Stéphanus autem. *e Vesperis*, 385. ℟. *br.* Glória et honóre. ℣. Posuísti. *de Communi unius Martyris*, 952.

AD MISSAM.



Oratio.

DA nobis, quaésumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus et inimícos dilígere : † quia ejus natalítia celebrámus, * qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte.


Et fit commem. de Nativitate. Oratio. Concéde. 374.


Lectio Actuum Apostolorum. *c. 6 et 7. e.*

IN diébus illis : Stéphanus plenus grátia et fortitúdine, faciébat prodígia et signa magna in pópulo. Surrexérunt autem quidam de synagóga, quae appellátur Libertinórum, et Cyrenénsium, et Alexandrinórum, et eórum qui erant a Cilícia, et Asia, disputántes cum Stéphano : et non póterant resístere sapiéntiae et spirítui, qui loquebátur. Audiéntes autem haec, dissecabántur córdibus suis, et stridébant déntibus in eum. Cum autem esset Stéphanus plenus Spíritu Sancto, inténdens in caelum, vidit glóriam Dei, et Jesum stantem a dextris Dei.

Et ait : Ecce vídeo caelos apértos, et Fílium hóminis stantem a dextris Dei. Exclamántes autem voce magna continuérunt aures suas, et ímpetum fecérunt unanímiter in eum. Et ejiciéntes eum extra civitátem, lapidábant : et testes deposuérunt vestiménta sua secus pedes adolescéntis, qui vocabátur Saulus. Et lapidábant Stéphanum invocántem, et dicéntem : Dómine Jesu, súscipe spíritum meum. Pósitis autem génibus, clamávit voce magna dicens : Dómine, ne státuas illis hoc peccátum. Et cum hoc dixísset, obdormívit in Dómino.

Grad. 5.






✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 23.*

In illo témpore : Dicébat Jesus scribis et pharisaéis : Ecce ego mitto ad vos prophétas, et sapiéntes, et scribas, et ex illis occidétis et crucifigétis, et ex eis flagellábitis in synagógis vestris, et, persequémini de civitáte in civitátem : ut véniat super vos omnis sanguis justus, qui effúsus est super terram, a sánguine Abel justi usque ad sánguinem Zacharíae, fílii Barachíae, quem occidístis inter templum et altáre. Amen dico vobis, vénient haec ómnia super generatiónem istam. Jerúsalem, Jerúsalem, quae occídis prophétas, et lápidas eos, qui ad te missi sunt, quóties vólui congregáre fílios tuos, quemádmodum gallína cóngregat pullos suos sub alas, et noluísti? Ecce relinquétur vobis domus vestra desérta. Dico enim vobis, non me vidébitis ámodo, donec dicátis : Benedíctus, qui venit in nómine Dómini. Credo.

Offert. 8.



alle- lú-ia.

Secreta.

SUscipe Dómine múnera pro tuórum commemoratióne sanctórum : ut, sicut illos pássio gloriósos effécit : ita nos devótio reddat innócuos. Per Dóminum.

De Nativitate. Secreta. Obláta Dómine. 377.

Comm. 8.

VIdeo * caélos a-pértos, et Jésum stántem a déxtris virtú- tis Dé- i : Dómi- ne Jésu, áccipe spí-ri- tum mé- um, et ne stá-tu-as íllis hoc peccátum, qui- a nésci- unt quid fá-ci- unt.

Postcommunio.

AUxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mystéria : et, intercedénte beáto Stéphano Mártyre tuo, sempitérna protectióne confírment. Per Dóminum.

De Nativitate. Postcommunio. Praesta quaésumus. 377.

AD SEXTAM.

Ant. 8. G

ADhaésit * ánima mé-a post te, qui- a cá-ro mé-a lapidá-ta est pro te, Dé-us mé- us. E u o u a e.

Capitulum. *Act. 6. c.*

SUrrexérunt autem quidam de synagóga, quae appellátur Libertinórum, et Cyrenénsium, et Alexandrinórum, † et eórum qui erant a Cilícia, et Asia, disputántes cum Stéphano : * et non póterant resístere sapiéntiae et Spirítui qui loquebátur.

℟. *br.* Posuísti Dómine. ℣. Mágna est. *de Communi*, 952.

AD NONAM.

Ant. 4. A*

ECce víde-o * caélos a-pértos, et Jésum stántem a déxtris Dé- i. E u o u a e.

Capitulum. *Act. 7. g.*

POsitis autem génibus, clamávit voce magna, dicens : † Dómine ne státuas illis hoc peccátum. * Et cum hoc dixísset, obdormívit in Dómino.

℟. *br.* Mágna est. ℣. Jústus. *de Communi*, 953.

AD VESPERAS.


Antiphonae et Psalmi de Nativitate, 378; *et dicuntur etiam in aliis Festis infra hanc Octavam occurrentibus.*

Capitulum. *Act. 6. b.*


STéphanus autem plenus grátia et fortitúdine, * faciébat prodígia et signa magna in pópulo.

Hymn. 1.


DE-us, tu- ó-rum mí-li-tum Sors et coróna, praémi-um : Láudes canéntes Márty-ris Absólve né-xu crími-nis. 2. Hic nempe múndi gáudi- a, Et blánda fráudum pá-




bu- la Imbúta félle députans, Pervénit ad cae-lésti- a.




3. Poénas cucúrrit fórti-ter, Et sústu-lit vi-rí- li- ter : Fun-




dénsque pro te sánguinem, Aetérna dó-na póssidet. 4. Ob




hoc pre-cá-tu súppli-ci Te póscimus pi- ís-si-me : In hoc



tri- úmpho Mártyris, Dimítte nó-xam sérvu-lis. 5. Jésu, tí-bi




sit gló-ri- a, Qui ná-tus es de Vírgi- ne, Cum Pátre et




álmo Spí-ri-tu, In sempi-térna saécu-la. Amen.

℣. Stéphanus vídit caélos apértos.
℟. Vídit et introívit : beátus hómo, cúi caéli patébant.

Ad Magnif. Ant. 8. G



SEpe-li- érunt Stéphanum * ví-ri timo-rá- ti,




et fecé-runt plánctum mágnum super é- um. E u o u a e.


Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio.* Da nobis. 381.

Deinde pro S. Joanne.


Ant. 1.



Iste est Jo- ánnes, * qui supra péctus Dómi-



ni in coéna recúbu- it : be- á-tus Apósto- lus,



cú- i reve-lá-ta sunt secré-ta caelésti- a. E u o u a e.

℣. Valde honorándus est beátus Joánnes.
℟. Qui supra péctus Dómini in coéna recúbuit.

Oratio. Ecclésiam túam. *ut infra*, 388.

Deinde fit commem. de Nativitate. Ant. Hódie Christus. 379. ℣. Nótum fécit. *Oratio.* Concéde, quaésumus. 380.

De Octava S. Stephani, sicut et de Octavis S. Joannis et Ss. Innocentium, nil fit, nisi in ipsa die Octava.


DIE 27. DECEMBRIS.

S. JOANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTAE.


Duplex II. Classis cum Octava simplici.

AD PRIMAM.

Ant. 8. G



VAlde hono-rándus est * be-á-tus Jo- ánnes, qui su-




pra péctus Dómini in coéna recúbu- it. E u o u a e.


℣. Qui nátus es. *Lect. br.* In médio Ecclésiae. 391.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a



HIC est discípu-lus ílle, * qui testimóni- um perhí-



Capitulum. Qui timet. *e Vesperis*, 391. ℟. *br.* In ómnem térram. ℣. Constítues. *e Communi Apostolorum*, 941.

AD MISSAM.

Introitus. In médio. *ut in Communi Doctorum*, 1018.


Oratio.


ECclésiam tuam Dómine benígnus illústra : † ut beáti Joánnis Apóstoli tui et Evangelístae illumináta doctrínis, * ad dona pervéniat sempitérna. Per Dóminum.

De Nativitate. Oratio. Concéde. 324.

Lectio libri Sapientiae. *Eccli. 15.*

QUI timet Deum, fáciet bona : et qui cóntinens est justítiae, apprehéndet illam, et obviábit illi quasi mater honorificáta. Cibávit illum pane vitae et intelléctus, et aqua sapiéntiae salutáris potábit illum : et firmábitur in illo, et non flectétur : et continébit illum, et non confundétur : et exaltábit illum apud próximos suos, et in médio ecclésiae apériet os ejus, et adimplébit illum spíritu sapiéntiae et intelléctus, et stola glóriae véstiet illum. Jucunditátem, et exsultatiónem thesaurizábit super illum, et nómine aetérno haereditábit illum Dóminus Deus noster.





✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 21. d.*

IN illo témpore : Dixit Jesus Petro : Séquere me. Convérsus Petrus vidit illum discípulum, quem diligébat Jesus, sequéntem, qui et recúbuit in coena super pectus ejus, et dixit : Dómine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidísset Petrus, dixit Jesu : Dómine, hic autem quid? Dicit ei Jesus : Sic eum volo manére, donec véniam, quid ad te? tu me séquere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia discípulus ille non móritur. Et non dixit ei Jesus : Non móritur; sed : Sic eum volo manére, donec véniam, quid ad te? Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his, et scripsit haec : et scimus, quia verum est testimónium ejus. Credo.

Offertorium. Jústus ut pálma. *ut in Communi Doctorum*, 1021.

Secreta.

SUscipe Dómine múnera, quae in ejus tibi solemnitáte deférimus, cujus nos confídimus patrocínio liberári. Per Dóminum.

Secreta de Nativitate. Obláta Dómine. 377.

Praefatio Nativitatis. 7

Comm. 2.

Exi-it * sérmo inter frá-tres, quod discípulus il-le non mó-ri- tur: et non dí- xit Jésus: Non mó-ri- tur: sed: Sic é-um vó-lo mané- re, do-nec vé-ni- am.

Postcommunio.

Reflécti cibo, potúque caeléstí, Deus noster, te súpplices deprecámur: ut, in cujus haec commemoratióne percépimus, ejus muniámur et précibus. Per Dóminum.

Postcommunio de Nativitate. Praesta. 377.

AD SEXTAM.

Ant. 3. a

Hic est discípu-lus mé-us: * sic é-um vó-lo ma-né-re, do-nec véni-am. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 15.*

Cibávit illum pane vitae et intelléctus, † et aqua sapiéntiae salutáris * potávit illum Dóminus Deus noster.

℟. *br.* Constítues. ℣. Nimis honoráti. *e Communi Apostolorum*, 941.

AD NONAM.

Ant. 1. f

Ecce pú-er mé- us * e- léctus, quem e-légi: pósu- i

super é- um spí-ri-tum mé- um. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 15.*

In médio Ecclésiae apéruit os ejus, † et implévit illum Dóminus spíritu sapiéntiae et intelléctus, * et stolam glóriae índuit eum.

℟. *br.* Nimis honoráti. ℣. Annuntiavérunt. *e Communi*, 942.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Nativitate, 378.

Capitulum. *Eccli. 15.*

Qui timet Deum, fáciet bona: † et qui cóntinens est justítiae, apprehéndet illam, * et obviábit illi quasi mater honorificáta.

Hymn. 1.

Exsúltet órbis gáudi- is, Caélum resúltet láudi-bus: Aposto-ló-rum gló-ri- am Téllus et ástra cóncinunt.

2. Vos saecu-ló-rum júdices, Et véra múndi lúmi- na: Vó-tis precámur córdi-um, Audí-te vó-ces súppli-cum.

3. Qui témpla caé-li cláudi-tis, Serásque vérbo sólvi- tis, Nos a re-á-tu nóxi-os Sólvi jubé- te, quaésumus. 4. Prae-cépta quó-rum pró-tinus Lánguor sa-lúsque sénti- unt,

Sanáte méntes lánguidas, Augé-te nos vir-tú-tibus. 5. Ut

cum redí- bit árbi-ter In fíne Chrístus saécu- li, Nos

sempi-térni gáudi- i Concédat ésse cómpo-tes.

6. Jésu, tíbi sit glória, Qui nátus es... 386.

℣. Valde honorándus est beátus Joánnes.
℟. Qui supra péctus Dómini in coéna recúbuit.

Ad Magnif. Ant. 6. F

Ex-i- it * sérmo inter frá-tres, quod discípu-lus

ílle non mó-ri-tur : et non dí-xit Jésus, Non mó-ri-tur :

sed, Sic é-um vó-lo ma-né- re, do- nec vé-ni- am.

E u o u a e. *Cant.* Magníficat. 6. F. 216, *vel* 218.

Et fit commem. SS. Innocentium.

Ant. 1. a 3

Hi sunt * qui cum mu-li-é-ri-bus non sunt co-

inqui- ná- ti : vírgines enim sunt, et sequúntur Agnum,

quocúmque í- e- rit.

℣. Heródes irátus occídit múltos púeros.
℟. In Béthlehem Júdae civitáte Dávid.

Oratio. Deus, cujus hodiérna die. *ut infra*, 394.

Deinde Octavae Nativitatis. Ant. Hódie. 379. ℣. Nótum fécit. *Oratio.* Concéde. 380.

DIE 28. DECEMBRIS.

SS. INNOCENTIUM MARTYRUM.

Duplex II. Classis cum Octava simplici.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f

Heró-des i-rá-tus * occí-dit múltos pú-e-ros in Béth-

lehem Júdae ci-vi-tá-te Dávid. E u o u a e

In ℟. *br.* ℣. Qui nátus es. *Lect. br.* Hi empti sunt. 397.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D

Abimá tu * et infra occí-dit múltos pú-eros He-


ró-des propter Dóminum. E u o u a e.

Capitulum. Vidi supra montem. *e Vesperis*, 397. ℟. *br.* Laetámini. ℣. Exsúltent jústi. *e Communi plurimorum Martyrum*, 982.

AD MISSAM.

Intr. 2.

Ex ó- re * in-fánti- um, Dé- us, et lacténti- um,



Non dicitur Glória in excélsis, *nec* Allelúia, *nec* Ite missa est, *nisi hoc Festum venerit in Dominica; sed in Octava semper dicuntur.*

Oratio.


Deus, cujus hodiérna die praecónium Innocéntes Mártyres non loquéndo, sed moriéndo conféssi sunt : † ómnia in nobis vitiórum mala mortífica, ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, * étiam móribus vita fateátur. Per Dóminum.


Oratio de Nativitate. Concéde. 374.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli. *Apoc. 14.*


In diébus illis : Vidi supra montem Sion Agnum stantem, et cum eo centum quadragínta quátuor míllia, habéntes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis. Et audívi vocem de caelo, tamquam vocem aquárum multárum, et tamquam vocem tonítrui magni : et vocem, quam audívi, sicut citharoedórum citharizántium in cítharis suis. Et cantábant quasi cánticum novum ante sedem, et ante quátuor animália, et senióres : et nemo póterat dícere cánticum, nisi illa centum quadragínta quátuor míllia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti : vírgines enim sunt. Hi sequúntur Agnum, quocúmque íerit. Hi empti sunt ex homínibus primítiae Deo, et Agno : et in ore eórum non est invéntum mendácium : sine mácula enim sunt ante thronum Dei.

Graduale. Anima nóstra. *ut in Communi plurimorum Martyrum,* 995.





Tractus subscriptus semper dicitur, praetermisso Allelúia *et* ℣. *sequenti, nisi hoc Festum venerit in Dominica. In Octava vero numquam dicitur.*




✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth 2. c.*

In illo témpore : Angelus Dómini appáruit in somnis Joseph, dicens : Surge et áccipe púerum, et matrem ejus, et fuge in Aegýptum, et esto ibi usque dum dicam tibi. Futúrum est enim, ut Heródes quaerat púerum ad perdéndum eum. Qui consúrgens accépit púerum, et matrem ejus nocte, et secéssit in Aegýptum : et erat ibi usque ad óbitum Heródis : ut adimplerétur quod dictum est a Dómino per Pro-

phétam dicéntem : Ex Aegýpto vocávi Fílium meum. Tunc Heródes videns quóniam illúsus esset a Magis, irátus est valde, et mittens occídit omnes púeros, qui erant in Béthlehem, et in ómnibus fínibus ejus, a bimátu et infra, secúndum tempus quod exquisíerat a Magis. Tunc adimplétum est quod dictum est per Jeremíam prophétam dicéntem : Vox in Rama audíta est, plorátus et ululátus multus : Rachel plorans fílios suos, et nóluit consolári, quia non sunt. Credo.

Offert. 2.




Secreta.

Sanctórum tuórum, Dómine, nobis pia non desit orátio : quae et múnera nostra concíliet, et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum.

Secreta de Nativitate. Obláta Dómine. 377.

Comm. 7.




Postcommunio.

Votíva, Dómine, dona percépimus : quae sanctórum nobis précibus, et praeséntis, quaésumus, vitae páriter et aetérnae tríbue conférre subsídium. Per Dóminum.

Postcommunio de Nativitate Praesta. 377.

AD SEXTAM.

Ant. 8. G




Capitulum. *Apoc. 14.*

Hi sunt qui cum muliéribus non sunt coinquináti : † vírgines enim sunt. * Hi sequúntur Agnum quocúmque íerit.

℟. *br.* Exsúltent jústi. ℣. Jústi autem. *e Communi plurimorum Martyrum*, 983.

AD NONAM.

Ant. 8. G



Capitulum. *Apoc. 14.*

Hi empti sunt ex homínibus primítiae Deo et Agno, † et in ore ipsórum non est invéntum mendácium : * sine mácula enim sunt ante thronum Dei.

℟. *br.* Jústi autem. ℣. Exsultábunt. *e Communi*, 983.


AD VESPERAS.


Antiphonae et Psalmi de Nativitate, 378.

Capitulum. *Apoc. 14.*


Vidi supra montem Sion Agnum stantem, † et cum eo centum quadragínta quátuor míllia, * habéntes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis.

Hymn. 1.






ne Chrísti insecútor sústu-lit, Ceu túrbo nascén-tes rosas.



2. Vos príma Chrí-sti víctima, Grex immo-latórum té- ner :




Aram sub ípsam símplices, Pálma et coró-nis lúdi-tis.


3. Jésu, tíbi sit glória, Qui nátus es... 385.

℣. Sub thróno Déi ómnes sáncti clámant.
℟. Víndica sánguinem nóstrum Déus nóster.


Ad Magnif. Ant. 2. D




I Nnocéntes pro Chrísto * infántes occí-si sunt,



ab in-íquo ré-ge lacténtes inter-fécti sunt : ípsum se-



quúntur Agnum sine mácu-la, et dícunt semper : Gló-



ri- a tí-bi Dómine. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 2. D. 213, *vel* 219. — *Oratio.* Deus, cujus. 394.

Et fit commem. sequentis Festi S. Thomae Episcopi et Martyris. Ant. Iste sánctus. *e Communi unius Martyris in I. Vesp.* 951.

℣. Glória et honóre coronásti éum Dómine.
℟. Et constituísti éum super ópera mánuum tuárum.

Oratio. Deus pro cujus Ecclésia. *ut infra*, 403.

Deinde Octavae Nativitatis. Ant. Hódie. 379. ℣. Nótum fécit. *Oratio.* Concéde, quaésumus. 380.

¶ *Si Festum Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evang. et SS. Innocentium occurrerit in Dominica, ipsa die nihil fit de Dominica, sed die proxima post Festum S. Thomae Mart. fit de ea, ut infra.*

Dominica infra Octavam Nativitatis.

Si haec Dominica venerit in Festo S. Thomae vel S. Silvestri, totum Officium fit de ea cum commem. Festi.


IN I. VESPERIS.

Antiphonae et Psalmi de Nativitate, 378, *ritu semiduplici.*


Capitulum. Fratres : Quanto témpore. *ut infra*, 403. — *Hymnus.* Jésu Redémptor. 332.

℣. Vérbum cáro fáctum est, allelúia. ℟. Et habitávit in nóbis, allelúia.


Ad Magnif. Ant. 8. G




D UM mé-di- um si-lénti-um * tené-rent ómni-



a, et nox in sú-o cúrsu médi- um í-ter per-áge-ret : omní-



pot-ens sérmo tú- us Dómine a regá- li-bus sédibus vé-nit,



alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217. — *Oratio.* Omnípotens sempitérne. 400.

Et fit commemoratio Octavae Nativitatis (Ant. Hódie. ℣. Nótum. *Oratio.* Concéde,) *cui tamen praeponitur commem. S. Thomae, si Dominica venerit die 30. Decembris. Si vero venerit die 31, fit commem. diei infra Oct. Nativitatis, deinde S. Silvestri.*

Completorium de Dominica.


Ad Primam. *Ant.* Quem vidístis. 361. *Psalmi ut in Festis.* ℣. Qui nátus es. *Lect. br.* Itaque. *ut infra*, 402.

AD TERTIAM.


Ant. Génuit puérpera Régem. 362. *Capitulum.* Fratres : Quanto témpore. *e Vesperis*, 403. ℟. *br.* Vérbum cáro. ℣. Ipse invocábit me. *ut in die Nativitatis*, 373.

AD MISSAM.

Intr. 8.



D UM mé- di- um * si- lén-ti- um tené- rent



Oratio.


Omnípotens sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo : † ut in nómine dilécti Fílii tui, * mereámur bonis opéribus abundáre. Qui tecum vivit.


Deinde fit commemoratio Octavae Nativitatis; sed si fuerit dies 29. vel 31. Decembris fit commem. S. Thomae vel S. Silvestri ante commem. de Nativitate.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Galatas. *Gal. 4.*

Fratres : Quanto témpore haeres párvulus est, nihil differt a servo, cum sit dóminus ómnium : sed sub tutóribus et actóribus est usque ad praefinítum tempus a patre : ita et nos cum essémus párvuli, sub eleméntis mundi erámus serviéntes. At ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum, factum ex mulíere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus. Quóniam autem estis fílii, misit Deus Spíritum Fílii sui in corda vestra, clamántem : Abba, Pater. Itaque jam non est servus, sed fílius. Quod si fílius, et haeres per Deum.

Grad. 3.





Allelúia, allelúia. ℣. Dóminus regnávit. 371.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 2. c.*

In illo témpore : Erat Joseph et María mater Jesu, mirántes super his quae dicebántur de illo. Et benedíxit illis Símeon, et dixit ad Maríam matrem ejus : Ecce pósitus est hic in ruínam, et in resurrectiónem multórum in Israel : et in signum cui contradicétur : et tuam ipsíus ánimam pertransíbit gládius, ut reveléntur ex multis córdibus cogitatiónes. Et erat Anna prophetíssa, fília Phánuel, de tribu Aser : haec procésserat in diébus multis, et víxerat cum viro suo annis septem a virginitáte sua. Et haec vídua usque ad annos octogínta quátuor : quae non discedébat de templo, jejúniis et obsecratiónibus sérviens nocte ac die. Et haec, ipsa hora supervéniens, confitebátur Dómino, et loquebátur de illo ómnibus qui exspectábant redemptiónem

Israel. Et ut perfecérunt ómnia secúndum legem Dómini, revérsi sunt in Galilaéam, in civitátem suam Názareth. Puer autem crescébat et confortabátur, plenus sapiéntia : et grátia Dei erat in illo. Credo.


Offertorium. Déus firmávit. 372.

Secreta.


COncéde, quaésumus omnípotens Deus : ut óculis tuae majestátis munus oblátum, et grátiam nobis piae devotiónis obtíneat, et effectum beátae perennitátis acquírat. Per Dóminum.

Et fiunt commemorationes ut supra.


Comm. 7.



TOlle * pú-e-rum et má- trem é-jus, et vá- de



in térram Isra- el : de-fúncti sunt e- nim, qui quae-



ré- bant ánimam pú-e- ri.

Postcommunio.

PER hujus, Dómine, operatiónem mystérii, et vítia nostra purgéntur, et justa desidéria compleántur. Per Dóminum.

Commemorationes ut supra.

AD SEXTAM.

Ant. Angelus. 363.

Capitulum. *Galat. 4.*

AT ubi venit plenitúdo témporis, † misit Deus Fílium suum factum ex mulíere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redímeret, † ut adoptiónem filiórum reciperémus.

℟. *br.* Nótum fécit. ℣. Vidérunt ómnes. 377.

AD NONAM.

Ant. Párvulus Fílius. 366.

Capitulum. *Galat. 4.*

ITaque jam non est servus, sed fílius : * quod si fílius, et haeres per Deum.

℟. Vidérunt ómnes. ℣. Vérbum cáro. 378.

IN II. VESPERIS.

Antiphonae et Psalmi de Nativitate, 378, *ritu semiduplici.*

Capitulum. *Galat. 4.*


FRatres : Quanto témpore haeres párvulus est, nihil differt a servo, cum sit dóminus ómnium : † sed sub tutóribus et actóribus est, * usque ad praefinítum tempus a patre.

Hymnus. Jésu Redémptor. 332.


℣. Vérbum cáro fáctum est, allelúia.

℟. Et habitávit in nóbis, allelúia.

Ad Magnif. Ant. 6. F



PU-er Jésus * pro-fi-ci-ébat aetáte et sa-pi- én-



ti- a coram Dé-o et homínibus. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 6. F. 216. — *Oratio.* Omnípotens. 400.

Si fuerit dies 29. Decembris, post Orationem Dominicae fit commem. sequentis diei infra Octavam Nativitatis (Ant. Hódie. 379. ℣. Nótum. *Oratio.* Concéde. 380), *deinde S. Thomae (Ant.* Qui vult veníre post me. 956. ℣. Jústus. *Oratio.* Deus, pro cujus Ecclésia. *ut infra).*

Die 30. Decembris fit commem. sequentis Festi S. Silvestri (Ant. Sacérdos et Póntifex. 1001. ℣. Amávit. *Oratio.* Da quaésumus. *de Communi Confessoris Pontificis* 1009), *et Octavae Nativitatis.*

Si vero Dominica venerit die 31. Decembris, Vesperae fiunt de Circumcisione Domini sine commemoratione, nisi tantum de Duplici II classis sicubi occurrerit.

DIE 29. DECEMBRIS.

S. Thomae Episc. et Mart.

Duplex.

Oratio.

DEus, pro cujus Ecclésia gloriósus Póntifex Thomas gládiis impiórum occúbuit : † praesta, quaésumus; ut omnes qui ejus implórant auxílium, * petitiónis suae salutárem consequántur effectum. Per Dóminum.

Secreta.

MUnera tibi, Dómine, dicáta sanctífica : et intercedénte beáto Thoma Mártyre tuo atque Pontífice, per éadem nos placátus inténde. Per Dóminum.

Postcommunio.

Haec nos commúnio, Dómine, purget a crímine : et intercedénte beáto Thoma Mártyre tuo atque Pontífice, caeléstis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum.

DIE 31. DECEMBRIS.

S. Silvestri Papae et Conf.

Duplex.

Oratio.

Da, quaésumus omnípotens Deus : † ut beáti Silvéstri Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, * et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum nostrum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de Communi Confessoris Pontificis.* 1013.

IN CIRCUMCISIONE DOMINI et Octava Nativitatis.


Duplex II. Classis.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 406, *praeter sequentia*

℣. Vérbum cáro fáctum est, allelúia.

℟. Et habitávit in nóbis, allelúia.



Cant. Magníficat. 8. G. 217, 223. — *Oratio.* Deus, qui salútis. 405.

Et nulla fit commemoratio, nisi tantum de praecedenti Duplici II. classis, sicubi occurrerit.

Ad Primam. *Ant.* O admirábile commércium. 406. ℣. Qui nátus es. *Lect. br.* Ipsi peribunt. *ut infra,* 406.

AD TERTIAM.

Ant. Quando nátus es. 407. *Capitulum.* Appáruit. *e Vesperis,* 408. ℟. *br.* Vérbum cáro. ℣. Ipse invocábit me. 373.


AD MISSAM.

Introitus. Púer nátus est. 374.

Oratio.

Deus, qui salútis aetérnae, beátae Maríae virginitáte fecúnda, humáno géneri praémia praestitísti : † tríbue quaésumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, * per quam merúimus auctórem vitae suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

Epistola. Appáruit grátia Dei. 359. — *Graduale.* Vidérunt. 375.



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 2. c.*

In illo témpore : Postquam consummáti sunt dies octo ut circumciderétur puer : vocátum est nomen ejus Jesus, quod vocátum est ab Angelo priúsquam in útero conciperétur. Credo.

Offertorium. Túi sunt caéli. 376.

Secreta.

Munéribus nostris, quaésumus Dómine, precibúsque suscéptis : et caeléstibus nos munda mystériis, et cleménter exáudi. Per Dóminum nostrum.

Communio. Vidérunt. 377.

Postcommunio.

Haec nos commúnio, Dómine, purget a crímine : et intercedénte beáta Vírgine Dei Genitríce María, caeléstis remédii fáciat esse confórtes. Per eúmdem Dóminum.

AD SEXTAM.

Ant. Rúbum quem víderat. 407.

Capitulum. *Hebr. 1. c.*

Et : Tu in princípio Dómine terram fundásti : * et ópera mánuum tuárum sunt caeli.

℟. *br.* Nótum fécit. ℣. Vidérunt. 377.

A NONAM.

Ant. Ecce María. 408.


Capitulum. *Hebr. 1. d.*


Ipsi períbunt, tu autem permanébis : † et omnes sicut vestiméntum veteráscent : et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur : * tu autem idem ipse es, et anni tui non defícient.


℟. *br.* Vidérunt ómnes. ℣. Vérbum cáro. 378.

IN II. VESPERIS.


Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 6. F. 137. — 2. Laudáte púeri. 3. a 2. 154. — 3. Laetátus sum. 4. E. 176. — 4. Nisi Dóminus. 1. f. 180. — 5. Láuda Jerúsalem. 2. D. 208.









5. Ant. 2. D




E u o u a e. ECce Ma-rí-a * génu-it nóbis Sal-



vatórem, quem Jo-ánnes vídens exclamá-vit, dí-cens :



Ecce Agnus Dé-i, ecce qui tóllit † peccá-ta múndi,



alle-lú-ia. *Post Sept.* † peccá-ta múndi. E u o u a e.


Capitulum. *Tit. 2. c.*

APpáruit grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, † erúdiens nos, ut abnegántes impietátem et saeculária desidéria, * sóbrie, et juste, et pie vivámus in hoc saéculo.


Hymnus. Jesu Redémptor ómnium. 332.

℣. Nótum fécit Dóminus, allelúia. ℟. Salutáre súum, allelúia.


Ad Magnif. Ant. 2. A




MA-gnum * haeredi-tá-tis mysté-ri-um :



témplum Dé-i fáctus est ú-te-rus nésci-ens ví-rum : non



est pollútus ex é-a cárnem assúmens : ó-mnes géntes



véni-ent, dicéntes: Gló-ri-a tíbi Dó-mine. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 2. A. 213, *vel* 219.

Oratio. Deus, qui salútis. *ut supra*, 405.

Et non fit commemoratio sequentis.

DOMINICA INTER CIRCUMCISIONEM ET EPIPHANIAM.

FESTUM SANCTISSIMI NOMINIS JESU.


Duplex II. Classis.

¶ *Quando hoc Festum die 2. Januarii celebratur, in II. Vesperis Circumcisionis nil fit de Sanctissimo Nomine.*


IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, praeter sequentia :

A Magnif. Ant. 8. G



FEcit * mí-hi mágna qui pótens est, et sán-



ctum nómen é-jus. Alle-lú-ia. E u o u a e.


Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio.* Deus, qui unigénitum. 410.

Et non fit commemoratio Dominicae, sed tantum Vigiliae Epiphaniae, si fuerit dies 4. Januarii.


Ad Completorium, *Hymnus cantatur ut in Nativitate Domini*, 334, *et in fine dicitur :* Jésu tíbi sit glória, Qui nátus es de Vírgine. *Quod servatur etiam ad Horas.*

AD PRIMAM.

Ant. 8. G



O-le-um effúsum * nómen tú-um : íde-o adole-




scéntulae di-lexérunt te. E u o u a e.

Psalmi ut in Festis. In ℟. *br.* ℣. Qui nátus es de María Vírgine. *Lect. br.* Omne quodcúmque. 415.


AD TERTIAM.

Hymnus cantatur et concluditur ut in Nativitate, 373.

Ant. 3. a




SCi-tóte * quí-a Dóminus ípse est Dé-us, cú-jus




nómen in aetérnum. E u o u a e.

Capitulum. Fratres : Christus. *ut Vesperis*, 416.



℣. Afférte Dómino glóriam et honórem, allelúia.
℟. Afférte Dómino glóriam nómini éjus, allelúia.

AD MISSAM.




Oratio.


Deus, qui unigénitum Fílium tuum constituísti humáni géneris Salvatórem, et Jesum vocári jussísti : † concéde propítius; ut cujus sanctum nomen venerámur in terris, * ejus quoque aspéctu perfruámur in caelis. Per eúmdem Dóminum.

Si fuerit dies 4 Januarii fit commem. Vigiliae Epiphaniae.

Lectio Actuum Apostolorum. *Act. 4. b.*


In diébus illis : Petrus replétus Spíritu Sancto, dixit : Príncipes pópuli et senióres, audíte : Si nos hódie dijudicámur in benefácto hóminis infírmi, in quo iste salvus factus est, notum sit ómnibus vobis, et omni plebi Israel : quia in nómine Dómini nostri Jesu Christi Nazaréni, quem vos crucifixístis, quem Deus suscitávit a mórtuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobátus est a vobis aedificántibus : qui factus est in caput ánguli : et non est in álio áliquo salus. Nec enim áliud nomen est sub caelo datum homínibus, in quo opórteat nos salvos fíeri.






Evangelium ut in Circumcisione Domini, 405. **Credo.**

Offert. 1.






Secreta.

BEnedíctio tua, clementíssime Deus, qua omnis viget creatúra, sanctíficet, quaésumus, hoc sacrifícium nostrum, quod ad glóriam nóminis Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi offérimus tibi : ut majestáti tuae placére possit ad laudem, et nobis profícere ad salútem. Per eúmdem Dóminum.

Praefatio de Nativitate, 7.

Comm. 8.



Postcommunio.

Omnípotens aetérne Deus, qui creásti et redemísti nos, réspice propítius vota nostra : et sacrifícium salutáris hóstiae, quod in honórem nóminis Fílii tui, Dómini nostri Jesu Christi, majestáti tuae obtúlimus, plácido et benígno vultu suscípere dignéris ; ut grátia tua nobis infúsa, sub glorióso nómine Jesu, aetérnae praedestinatiónis título gaudeámus nómina nostra scripta esse in caelis. Per eúmdem Dóminum.

AD SEXTAM.

Ant. 4. E

S I-tí-vit * ánima mé- a ad nómen sánctum tú-um Dómine. E u o u a e.

Capitulum. *Philipp. 2. b.*

In nómine Jesu omne genu flectátur caeléstium, terréstrium, et infernórum : † et omnis lingua confiteátur, * quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.

℟. br. A Fférte Dómino gló-ri- am et honórem : * Alle- lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Afférte Dómino glóri- am nómini é-jus. Gló-ri- a Pátri.

℣. Magnificáte Dóminum mécum, allelúia.
℟. Et exaltémus nómen éjus in idípsum, allelúia.

AD NONAM.

Ant. 1. a 3

J Uvenes et vírgines, * sé-nes cum juni- ó-ribus laudá-

te nómen Dó- mini, qui-a exaltátum est nómen éjus so-lí- us. E u o u a e.

Capitulum. *Col. 3. c.*

Omne quodcúmque fácitis in verbo, aut in ópere : † ómnia in nómine Dómini Jesu Christi fácite, * grátias agéntes Deo et Patri per ipsum.

℟. br. M Agni-ficá-te Dóminum mécum : * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Et exaltémus nómen éjus in idípsum. Gló-ri- a Pátri.

℣. Adjutórium nóstrum in nómine Dómini, allelúia.
℟. Qui fécit caélum et térram, allelúia.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Confitébor. 5. a. 143. — 3. Beátus vir. 3. a. 2. 148. — 4. Laudáte púeri. 4. E. 155. — 5. Crédidi. 8. c. 170.

1. Ant. 8. G

O -mnis * qui invocáve-rit nómen Dómi-ni, sál-vus é-rit. E u o u a e.

2. Ant. 5. a

S Anctum et terrí- bi-le * nó-men é- jus, in-í-ti- um sapi-énti-ae tímor Dómi-ni. E u o u a e.

3. Ant. 3. a 2

E -go autem * in Dómi-no gau-dé-

bo, et exsultábo in Dé-o Jé-su mé- o. E u o u a e.

4. Ant. 4. E

A só-lis órtu * usque ad occásum laudábi-le nó-men Dómi-ni. E u o u a e.

5. Ant. 8. c

S Acri-fi-cábo * hó-sti- am láudis, et nómen Dómi-ni invocábo. E u o u a e.

Capitulum. *Philipp. 2.*

Fratres : Christus humiliávit semetípsum, fáctus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. † Propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen quod est super omne nomen : * ut in nómine Jesu omne genu flectátur.

Hymn. 1.

J Esu dúlcis memó-ri- a, Dans vé-ra córdis gáu-di- a : Sed super mel et ómni- a, Ejus dúlcis praesén-ti- a. 2. Nil cáni-tur su-ávi- us, Nil audí-tur jucúndi-us, Nil cogi-tá-tur dúlci- us, Quam Jésus Dé- i Fí-li-us. 3. Jé-su spes paeni-téntibus, Quam pí- us es pe-téntibus! Quam

bónus te quaeréntibus! Sed quid inveni- éntibus? 4. Nec língua vá-let dí-ce-re, Nec lítte-ra expríme-re : Expér-tus pót-est créde-re, Quid sit Jésum di-líge-re. 5. Sis Jésu nóstrum gáudi- um, Qui es futúrus praémi- um : Sit nó-stra in te gló-ri- a, Per cúncta semper saécu-la. Amen.

Haec conclusio numquam mutatur.

℣. Sit nómen Dómini benedíctum, allelúia.
℟. Ex hoc nunc, et usque in saéculum, allelúia.

Ad Magnif. Ant. 1. g

V O-cá-bis * nómen é-jus Jé-sum : ípse enim sál-vum fá-ci- et pópu-lum sú-um a peccá-tis e- ó-rum. Alle-lú-ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. g. 212, *vel* 218.

Oratio.

Deus, qui unigénitum Fílium tuum constituísti humáni géneris Salvatórem, et Jesum vocári jussísti : † concéde propítius; ut, cujus sanctum nomen venerámur in terris, * ejus quoque aspéctu perfruámur in caelis. Per eúmdem Dóminum.

¶ *Quando hoc Festum celebratur die 5 Januarii, Vesperae dicuntur de sequenti Festo Epiphaniae, sine commemoratione.*

¶ *Si dies Octava S. Stephani alicubi esset ritus duplicis majoris, die 2 Januarii, de ea fieret commemoratio ut sequitur :*

Ant. Sepeliérunt Stéphanum. 386. ℣. Stéphanus vídit.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui primítias Mártyrum in beáti Levítae Stéphani sánguine dedicásti : † tríbue, quaésumus; ut pro nobis intercéssor exsístat, * qui pro suis étiam persecutóribus exorávit Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

DIE 5. JANUARII.

In Vigilia Epiphaniae.

II. Classis. Semiduplex.

¶ *Officium hujus Vigiliae locum tenet Officii Dominicae quae vel occurrit a die 1 ad 6 Januarii, vel die 7 a superveniente Dominica infra Octavam Epiphaniae impeditur, et gaudet omnibus privilegiis Dominicae.*

IN I. VESPERIS.

Antiphonae et Psalmi ut in II. Vesperis Circumcisionis Domini, 406.

Capitulum. Fratres : Quanto témpore. 403.

Hymnus. Jésu Redémptor ómnium. 332.

℣. Nótum fécit Dóminus, allelúia.

℟. Salutáre súum, allelúia.

Ad Magnificat, Ant. Púer Jésus. 403.

Oratio. Omnípotens sempitérne Deus. 400.

Et fit commemoratio S. Telesphori Papae, Mart. Ant. Iste sánctus. 951. ℣. Glória et honóre.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Telésphori Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas : * concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Ad Completorium *dicuntur Psalmi Dominicae. Non dicuntur Preces.*

Ad Horas *omnia dicuntur ut in Domin. infra Octav. Nativitatis,* 399.

Missa *ut in Domin. infra Octav. Nativitatis,* 399, *praeter sequentia.*

Pro commem. S. Telesphori, Papae et Martyris. Oratio. Deus, qui nos, *ut supra. Tertia Oratio de S. Maria.* Deus, qui salútis. 405.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 2.*

In illo témpore : Defúncto Heróde, ecce Angelus Dómini appáruit in somnis Joseph in Aegýpto, dicens : Surge, et áccipe púerum, et matrem ejus, et vade in terram Israel : defúncti sunt enim, qui quaerébant ánimam púeri. Qui consúrgens, accépit púerum, et mátrem ejus, et venit in terram Israel. Audiens autem quod Archeláus regnáret in Judaéa pro Heróde patre suo, tímuit illo ire : et admónitus in somnis, secéssit in partes Galilaéae. Et véniens habitávit in civitáte, quae vocátur Názareth : ut adimplerétur quod dictum est per prophétas : Quóniam Nazaraéus vocábitur.

De S. Telesphoro. Secreta. Múnera tibi. 963. *De S. Maria. Secreta.* Tua Dómine propitiatióne. 1100. *Praefatio de Nativitate.* 7.

De S. Telesphoro. Postcommunio. Refécti participatióne. 963. *De S. Maria. Postcommunio.* Haec nos. 406.

Vesperae de Epiphania sine ulla commemoratione.

Completorium de Dominica.

IN EPIPHANIA DOMINI.


Duplex I. Classis.

IN I. VESPERIS.


Antiphonae ut in II. Vesperis, 426. — *Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 2. D. 134. — 2. Confitébor. 1. g 2. 138. — 3. Beátus vir. 1. g 2. 145. — 4. Laudáte púeri. 4. E. 155. — 5. Laudáte Dóminum. 7. c 2. 173.

Capitulum, Hymnus et ℣. ut infra, 426v.


Ad Magnif. Ant. 8. G




Magi * vidéntes stéllam, dixérunt ad ínvi-



cem : Hoc sígnum mágni Régis est : eámus, et inqui-



rámus é-um, et offerámus é- i múne-ra, áurum, thus




et mýrrham. E u o u a e. *Cant.* Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223.

Oratio. Deus, qui hodiérna die. 423.

Tonus Hymni ad Completorium.

8.



Te lúcis ante términum, Rérum Cre-á-tor, pósci-

mus, Ut pro tú-a cleménti- a, Sis praésul et custódi- a.

2. Procul recédant sómni- a, Et nócti- um phantásma-ta :

Hostémque nóstrum cómprime, Ne pollu-ántur córpo-ra.

3. Jésu, tí-bi sit gló-ri- a, Qui apparu-ísti géntibus, Cum Pá-

tre et álmo Spí-ri-tu, In sempi-térna saécu-la. Amen.

Hic tonus servatur ad Completorium et Horas per totam Octavam.

AD LAUDES.

Antiphona Ante lucíferum génitus. *cum reliquis de Vesperis,* 427. *Psalmi ut in Festis,* 226. *Capitulum.* Surge. 426 v.

Hymn. 3.

O só-la magnárum úrbi- um Má-jor Béthlem, cui

cónti-git Dúcem sa-lú-tis caéli- tus Incorporá-tum gí-

gne-re : 2. Quem stélla, quae só-lis ró-tam Víncit decó-re ac

lúmine, Venísse tér-ris núnti- at Cum cárne terréstri

Dé-um. 3. Vidé-re postquam íllum Má-gi, E-ó-a prómunt

múne-ra : Stra-tíque vó-tis óffe-runt Thus, mýrrham et áu-

rum régi- um. 4. Régem De-úmque annúnti- ant Thesáu-

rus, et frágrans ódor Thú-ris Sabaé-i, ac mýrrhe- us

Púlvis sepúlcrum praédocet. 5. Jésu, tí-bi sit gló-ri- a,

Qui apparu- í-sti géntibus, Cum Pátre et álmo Spí-ri-

tu, In sempi-térna saécu-la. Amen.

℣. Adoráte Déum, allelúia. ℟. Omnes Angeli éjus, allelúia.

Ad Bened. Ant. 8. G*

H Odi-e * caelésti spónso júncta est Ecclé-si- a,

quóni- am in Jordáne lávit Chrístus é-jus crímina : cúr-

runt cum muné-ribus Má-gi ad regá-les núpti- as, et ex

áqua fácto víno laetántur conví-vae, alle-lú- ia.

E u o u a e.

Oratio. Deus, qui hodiérna die. 423.

Ad Primam. *Hymnus cantatur in tono infrascripto ad Tertiam. Ant.* Ante lucíferum génitus. 426. *In* ℟. *br. dicitur* ℣. Qui apparuísti hódie. *Et sic per totam Octavam. Lect. br.* Omnes de Sába. *ut infra*, 425v

AD TERTIAM.

Hymn. 8.

Nunc Sáncte nóbis Spí-ri-tus, Unum Pátri cum Fí-li- o, Dignáre prómptus ínge-rí, Nóstro re-fúsus pécto-ri.

Os, língua, mens, sénsus, vígor,
Confessiónem pérsonent :
Flamméscat ígne cáritas,
Accéndat árdor próximos.

Jésu, tíbi sit glória,
Qui apparuísti géntibus,
Cum Pátre et álmo Spíritu,
In sempitérna saécula. Amen.

Ant. Vénit lúmen túum. 426. *Capitulum.* Surge. *e Vesperis*, 426v.

℟. br.

Reges Thársis et ínsulae múnera ófferent : * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Réges Arabum et Sába dóna addúcent. Gló-ri- a Pátri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu- i Sáncto.

℣. Omnes de Sába vénient, allelúia.
℟. Aurum et thus deferéntes, allelúia.

AD MISSAM.

Intr. 2.

Ecce * advé- nit domi-nátor Dó- mi- nus : et régnum in má- nu é- jus, et pot-éstas, et impé- ri- um. *Ps.* Dé- us, judí-ci- um tú-um Régi da : * et justí-ti-am tú- am Fí-li- o Ré-gis. Gló-ri- a Pátri.

E u o u a e.

Oratio.


Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti : † concéde propítius ; ut qui jam te ex fide cognóvimus, * usque ad contemplándam spéciem tuae celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminum.

Lectio Isaiae Prophetae. *Isaiae. 60.*

Surge, illumináre Jerúsalem : quia venit lumen tuum, et glória Dómini super te orta est. Quia ecce ténebrae opérient terram, et calígo pópulos : super te autem oriétur Dóminus, et glória ejus in te vidébitur. Et ambulábunt gentes in lúmine tuo, et reges in splendóre ortus tui. Leva in circúitu óculos tuos, et vide : omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi : fílii tui de longe vénient, et fíliae tuae de látere surgent. Tunc vidébis, et áfflues, mirábitur et dilatábitur cor tuum, quando convérsa fúerit ad te multitúdo maris, fortitúdo géntium vénerit tibi. Inundátio camelórum opériet te, dromedárii Mádian et Epha : omnes de Saba vénient, aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino annuntiántes.

Grad. 5.


Omnes * de Sá- ba véni- ent,



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.
Matth. 2.

CUM natus esset Jesus in Béthlehem Juda in diébus Heródis regis, ecce Magi ab Oriénte venérunt Jerosólymam, dicéntes : Ubi est qui natus est rex Judaeórum? Vídimus enim stellam ejus in Oriénte, et vénimus adoráre eum. Audiens autem Heródes rex, turbátus est, et omnis Jerosólyma cum illo. Et cóngregans omnes príncipes sacerdótum, et scribas pópuli, sciscitabátur ab eis, ubi Christus nascerétur. At illi dixérunt ei : In Béthlehem Judae : sic enim scriptum est per Prophétam : Et tu Béthlehem terra Juda, nequáquam mínima es in princípibus Juda : ex te enim éxiet dux, qui regat pópulum meum Israel. Tunc Heródes, clam vocátis Magis, diligénter dídicit ab eis tempus stellae, quae appáruit eis : et mittens illos in Béthlehem, dixit : Ite, et interrogáte diligénter de púero : et cum invenéritis, renuntiáte mihi, ut et ego véniens adórem eum. Qui cum audíssent regem, abiérunt. Et ecce stella, quam víderant in Oriénte, antecedébat eos, usque dum véniens staret supra, ubi erat puer. Vidéntes autem stellam, gavísi sunt gáudio magno valde. Et intrántes domum, invenérunt púerum cum María matre ejus (*Hic genuflectitur*), et procidéntes adoravérunt eum. Et apértis thesáuris suis, obtulérunt ei múnera, aurum, thus, et myrrham. Et respónso accépto in somnis, ne redírent ad Heródem, per áliam viam revérsi sunt in regiónem suam.
Credo.


Offert.
5.



Secreta.

Ecclésiae tuae, quaésumus Dómine, dona propítius intuére : quibus non jam aurum, thus, et myrrha profértur; sed quod eísdem munéribus declarátur, immolátur et súmitur, Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster : Qui tecum vivit.

Comm. 4.



Postcommunio.

Praesta, quaésumus omnípotens Deus : ut quae solémni celebrámus offício, purificátae mentis intelligéntia consequámur. Per Dóminum nostrum.


AD SEXTAM.

Ant. Apértis thesáuris. 426.

Capitulum. *Isaiae. 60.*

Leva in circúitu óculos tuos, et vide : † omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi : * fílii tui de longe vénient, et fíliae tuae de látere surgent.

℟. br.



℣. Adoráte Dóminum, allelúia.
℟. In áula sáncta éjus, allelúia.


AD NONAM.

Ant. Stélla ísta. 426v.

Capitulum. *Isaiae. 60.*

Omnes de Saba vénient, † aurum et thus deferéntes, * et laudem Dómino annuntiántes.

℟. br.




℣. Adoráte Déum, allelúia.
℟. Omnes Angeli éjus, allelúia.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 2. D. 134. — 2. Confitébor. 1. g 2. 138. — 3. Beátus vir. 1. g 2. 145. — 4. Laudáte púeri. 4. E. 155. — 5. In éxitu. 7. c 2. 162.

1. Ant. 2. D



runt Má-gi Dómi-no áurum, thus et mýrrham, alle-lú- ia. E u o u a e.

4. Ant. 4. E

MAri- a et flúmina, * benedí-ci-te Dómino : hýmnum dí-ci-te, fóntes, Dómino, alle-lú- ia. E u o u a e.

5. Ant. 7. c 2

STélla ísta * sic-ut flámma corúscat, et Régem régum Dé- um demónstrat : Má- gi é- am vi-dérunt, et mágno Régi múne-ra obtu-lé-runt. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiae. 60.*

SUrge, illumináre Jerúsalem, quia venit lumen tuum, * et glória Dómini super te orta est.
℟. Deo grátias.

Hymn. 3.

CRudé-lis He-ródes, Dé- um, Régem ve-ní-re quid tí-mes? Non é-ri-pit mortá-li- a, Qui régna dat cae-lésti- a.

2. Ibant Mági, quam víde-rant, Stéllam sequéntes praévi- am :

Lúmen requí- runt lúmi-ne : Dé- um fa-téntur múne-re.

3. Lavácra pú-ri gúrgi-tis Caeléstis Agnus átti-git : Peccá-ta, quae non dé-tu- lit, Nos ablu-éndo sústu-lit. 4. Nóvum génus pot-énti-ae : Aquae rubéscunt hýdri-ae : Vinúmque jússa fúnde-re, Mu-távit únd*a* o-rí-ginem. 5. Jésu, tí-bi sit gló-ri- a, Qu*i* apparu- í-sti géntibus, Cum Pátr*e* et ál-mo Spí-ri- tu, In sempi-térna saécu-la. Amen.

Sic terminantur Hymni per totam Octavam.

Alter Tonus ad libitum.

8.

CRudé-lis He-ródes, Dé- um Régem vení-re quid tí-mes? Non é-ri-pit mortá-li- a, Qui régna dat caelésti- a.

2. Ibant Mági, quam víde-rant, Stéllam sequéntes praévi- am : Lúmen requí-runt lúmi-ne, Dé-um fa-téntur múne-re. 3. Lavácra pú-ri gúrgi-tis Caeléstis Agnus átti-git : Peccá-ta, quae non dé-tu-lit, Nos ablu-éndo sústu-lit. 4. Nóvum génus poténti-ae : Aquae rubéscunt hýdri-ae : Vinúmque jússa fúnde-re, Mu-távit únd*a* o-rí-ginem. 5. Jésu, tí-bi sit gló-ri- a, Qu*i* apparu- ísti géntibus, Cum Pátr*e* et álmo Spí-ri-tu, In sempi-térna saécu-la. Amen.

℣. Réges Thársis et ínsulae múne-ra óffe-rent.

℟. Réges Arabum et Sába dóna addúcent.

(Sic cantatur tantum in die Festi : alias adhibetur tonus solitus.)

Ad Magnif. Ant. 1. D

TRíbus mi-rá- cu-lis * orná-tum dí- em sánctum có- limus : hódi- e stélla Mágos dúxit ad praesépi- um : hódi- e vínum ex áqua fáctum est ad núpti- as : hódi- e in Jordáne a Jo-ánne Chrístus bapti-zá-ri vó-lu-it, ut sal- vá- ret nos, alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D. 212, *vel* 218.

Oratio. Deus, qui hodiérna. 423.

DOMINICA INFRA OCTAVAM EPIPHANIAE.

Sanctae Familiae Jesu, Mariae, Joseph.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 1. g. 133. — 2. Laudáte púeri. 7. c. 156. — 3. Laetátus sum. 7. d. 177. — 4. Nisi Dóminus. 2. D. 181. — 5. Láuda Jerúsalem. 1. f. 207.

1. Ant. 1. g

JAcob autem * génu- it Jó-seph, ví-rum Ma-rí- ae, de qua nátus est Jésus, qui vocá-tur Chrístus. E u o u a e.

2. Ant. 7. c

A Nge-lus Dómi-ni * appáru- it in sómnis Jóseph, dí-cens : Jóseph, fí-li Dávid, nó-li timé- re accípe-re Ma-rí- am cónjugem tú-am : quod enim in é- a nátum est, de Spí-ri-tu Sáncto est. E u o u a e.

3. Ant. 7. d

P Astó-res * vené-runt festinántes, et invené-runt Ma-rí- am et Jó-seph, et infántem pó-si-tum in praesépi- o. E u o u a e.

4. Ant. 2. D

M Agi * intrántes dómum, invené-runt Pú-e-rum cum Ma-rí- a Mátre é- jus. E u o u a e.

5. Ant. 1. f

E -rat Pá-ter é-jus * et Má-ter mi-rántes super his quae di-ce-bántur de íl-lo. E u o u a e.

Capitul. Descéndit Jesus. 428v7. *Hymnus.* O lux beáta Caélitum. 428v7.

℣. Beáti qui hábitant in dómo túa, Dómine.

℟. In saécula saeculórum laudábunt te.

Ad Magn. Ant. 8. G

V Erbum cáro fáctum est, * et habi-tá-vit in nó-bis, plénum grá-ti-ae et ve-ri-tá- tis; de cú-jus pleni-túdine ómnes nos accé- pimus, et grá-ti- am pro grá-ti- a, alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223.

Oratio. Dómine Jesu Christe. 428v3.

Et fit commem. sequentis diei infra Octavam *per Ant. diei currentis propriam.*

℣. Réges Thársis et ínsulae múnera ófferent.

℟. Réges Arabum et Sába dóna addúcent.

Oratio. Deus, qui hodiérna. 423.

Deinde de Dominica :

Ant. 2.

R Emánsit * pú-er Jésus in Je-rú-sa-lem, et non co-gnovérunt paréntes é-jus, existimántes íllum ésse in co-mi-tá-tu : et requi-rébant é-um inter cogná-tos et nó-tos.

℣. Omnes de Sába vénient, allelúia.


℟. Aurum et thus deferéntes, allelúia.

Oraison. Vota quaésumus. 429v.

Ad Completorium, *Hymnus cantatur in tono Octavae,* 419, *cum doxologia* Jésu túis obédiens. 428v8.

AD PRIMAM.

Ant. Post tríduum. 428v6. *In* ℟. *br.* :




℣. Qui Ma-rí-ae et Jó-seph súbdi-tus fu-ísti.

Lect. br. Semetípsum. 428v5.


AD TERTIAM.

Ant. Dixit Máter Jésu. 428v6. — *Capitulum.* Descéndit Jesus. 428v7.

℟. br.



PRopter nos egénus fáctus est, * Cum és- set dí-ves,




℣. Ut il-lí-us inópi-a nos dí-vites essémus. Gló-ri-a Pátri.


℣. Dóminus vías súas docébit nos.
℟. Et ambulábimus in sémitis éjus.

AD MISSAM.


Intr. 7.




EXsúl-tet gáu-di-o * pá- ter Jú- sti, gáude- at




Páter tú- us et Máter tú- a, et ex-súl- tet



quae gé- nu- it te. *Ps.* Quam di-lécta tabernácu-la



tú-a, Dómine virtú-tum! * concupíscit et dé-fi-cit ánima



mé- a in átri- a Dómi- ni. Gló- ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.


DOmine Jesu Christe, qui Maríae et Joseph súbditus, domésticam vitam ineffabílibus virtútibus consecrásti : † fac nos, utriúsque auxílio, Famíliae sanctae tuae exémplis ínstrui ; * et consórtium cónsequi sempitérnum : Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Commemoratio Dominicae et Octavae Epiphaniae.


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Colossenses. *Col. 3.*

INdúite vos, sicut elécti Dei, sancti et diléct i, víscera misericórdiae, benignitátem, humilitátem, modéstiam, patiéntiam ; supportántes ínvicem, et donántes vobismetípsis, si quis advérsus áliquem habet querélam : sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos. Super ómnia autem haec, caritátem habéte, quod est vínculum perfectiónis : et pax Christi exsúltet in córdibus vestris, in qua et vocáti estis in uno córpore : et grati estóte. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter in omni sapiéntia, docéntes, et commonéntes vosmetípsos psalmis, hymnis et cánticis spirituálibus, in grátia cantántes in córdibus vestris Deo. Omne quodcúmque fácitis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias agéntes Deo et Patri per ipsum.


Grad. 5.




U- nam pé- ti- i * a Dó- mi-no, hanc




requí- ram : ut inhá-bi- tem in dó-mo Dó- mi-




ni ómnibus di- ébus vítae mé- ae.




℣. Be-á- ti qui hábi-tant in dómo tú-a, Dómi-ne,



in saécula saeculó- rum * lau-




dá- bunt te.



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 2. j.*


CUM factus esset Jesus annórum duódecim, ascendéntibus illis Jerosólymam secúndum consuetúdinem diéi festi, consummatísque diébus cum redírent, remánsit puer Jesus in Jerúsalem, et non cognovérunt paréntes ejus. Existimántes autem illum esse in comitátu, venérunt iter diéi, et requirébant eum inter cognátos et notos. Et non inveniéntes, regréssi sunt in Jerúsalem, requiréntes eum. Et factum est, post tríduum invenérunt illum in templo sedéntem in médio doctórum, audiéntem illos, et interrogántem eos. Stupébant autem omnes, qui eum audiébant, super prudéntia et respónsis ejus. Et vidéntes admiráti sunt. Et dixit mater ejus ad illum : Fili, quid fecísti nobis sic? ecce pater tuus, et ego doléntes quaerebámus te. Et ait ad illos : Quid est quod me quaerebátis? nesciebátis, quia in his, quae Patris mei sunt, opórtet me esse? Et ipsi non intellexérunt verbum, quod locútus est ad eos. Et descéndit cum eis, et venit Názareth : et erat súbditus illis. Et mater ejus conservábat ómnia verba haec in corde suo. Et Jesus proficiébat sapiéntia, et aetáte, et grátia apud Deum et hómines. Credo.



Secreta.

PLacatiónis hóstiam offérimus tibi, Dómine, supplíciter deprecántes: ut, per intercessiónem Deíparae Vírginis cum beáto Joseph, famílias nostras in pace et grátia tua fírmiter constítuas. Per eúmdem.

Praefatio et Communicántes *de Epiphania.*



Postcommunio.


QUos caeléstibus réficis sacraméntis, fac, Dómine Jesu, sanctae Famíliae tuae exémpla júgiter imitári : ut in hora mortis nostrae, occurrénte gloriósa Vírgine Matre tua cum beáto Joseph, per te in aetérna tabernácula récipi mereámur : Qui vivis.

AD SEXTAM.

Ant. Descéndit. 428v6.

Capitulum. *Rom. 6.*

SIcut per inobediéntiam uníus hóminis peccatóres constitúti sunt multi : † ita et per uníus obeditiónem, * justi constituéntur multi.




℣. Páuper sum égo, et in labóribus a juventúte méa.
℟. Exaltátus autem, humiliátus sum et conturbátus.

AD NONAM.

Ant. Et dicébant. 428v7.

Capitulum. *Philipp. 2.*

SEmetípsum exinanívit formam servi accípiens, † in similitúdinem hóminum factus, * et hábitu invéntus ut homo.





℣. Pónam univérsos fílios túos dóctos a Dómino.
℟. Et multitúdinem pácis fíliis túis.

IN II. VESPERIS.

Quoties in eis de hoc Festo facta tantum fuerit commemoratio, Antiphonae et Psalmi de I. Vesperis.


Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Laudáte púeri. 4. E. 155. — 3. Laetátus sum. 8. G. 178. — 4. Nisi Dóminus. 2. D. 181. — 5. Láuda Jerúsalem. 8. G. 211.





Capitulum. *Luc. 2.*

Descéndit Jesus cum María et Joseph, et venit Názareth, * et erat súbditus illis.
℟. Déo grátias.



ces Véstras ad á-ras sístimus. 5. Dum sol ré-dux ad véspe-

rum Rébus ni-tó-rem détrahit, Nos hic manéntes íntimo

Ex córde vó-ta fúndimus. 6. Qua véstra sédes flóru- it

Virtú-tis ómnis grá-ti- a, Hanc dé-tur in doméstí-cis Re-

férre pósse mó-ribus. 7. Jésu, tú- is obédi-ens Qui fáctus

es pa-réntibus, Cum Pátre súmmo ac Spí-ri-tu Semper

tí-bi sit gló-ri- a. Amen.

℣. Pónam univérsos fílios túos dóctos a Dómino.
℟. Et multitúdinem pácis fíliis túis.

Ad Magn. Ant. 8. G

M Arí-a autem * conservábat ómni-a vérba haec,

cónferens in córde sú- o. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223.
Oratio. Dómine Jesu Christe. 428v3.

Et fit commem. sequentis diei infra Octavam *per Ant. diei currentis propria.*
℣. Réges Thársis et ínsulae múnera ófferent.
℟. Réges Arabum et Sába dóna addúcent.
Oratio. Deus, qui hodiérna. 423.
Deinde de Dominica :

Ant. 8.

F I-li, * quid fecísti nóbis sic? Ego et páter

tú-us do-lén- tes quaerebámus te. Quid est quod me quae-

re-bá-tis? nesci- ebá-tis qui-a in his quae Pátris mé-i sunt,

opórtet me ésse?

℣. Omnes de Sába vénient, allelúia.
℟. Aurum et thus deferentes, allelúia.
Oratio. Vota quaésumus. 429v.

Missa de Dominica infra Octavam Epiphaniae.


Haec Missa reponitur in proximiorem sequentem Feriam, in qua Officium agatur de Octava; si autem Dominica occurrerit die 13 Januarii, resumitur die 19 ejusdem mensis.

Intr. 8.

I N excélso thró- no * ví-di se- dé- re ví- rum,

quem adó- rat multi-tú-do Angeló- rum, psallén-

tes in ú- num : ecce cú-jus impé- ri- i nómen




Oratio.


Vota, quaésumus Dómine, supplicántis pópuli caelésti pietáte proséquere : † ut et quae agénda sunt, vídeant ; * et ad implénda quae víderint, convaléscant. Per Dóminum nostrum.


Et fit commemoratio Epiphaniae. Oratio. Deus, qui hodiérna. 428.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Romanos. *Rom. 12.*

Fratres : Obsecro vos per misericórdiam Dei, ut exhibeátis córpora vestra hóstiam vivéntem, sanctam, Deo placéntem, rationábile obséquium vestrum. Et nolíte conformári huic saéculo, sed reformámini in novitáte sensus vestri : ut probétis quae sit volúntas Dei bona, et benéplacens, et perfécta. Dico enim per grátiam, quae data est mihi, ómnibus qui sunt inter vos : Non plus sápere quam opórtet sápere, sed sápere ad sobrietátem : et unicuíque sicut Deus divísit mensúram fídei. Sicut enim in uno córpore multa membra habémus, ómnia autem membra non eúmdem actum habent : ita multi unum corpus sumus in Christo, sínguli autem alter altérius membra : in Christo Jesu Dómino nostro.







✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 2. f.*

Cum factus esset Jesus annórum duódecim, ascendéntibus illis Jerosólymam secúndum consuetúdinem diéi festi, consummatísque diébus cum redírent, remánsit puer Jesus in Jerúsalem, et non cognovérunt paréntes ejus. Existimántes autem illum esse in comitátu, venérunt iter diéi, et requirébant eum inter cognátos et notos. Et non inveniéntes, regréssi sunt in Jerúsalem, requiréntes eum. Et factum est, post tríduum invenérunt illum in templo sedéntem in médio doctórum, audiéntem illos, et interrogántem eos. Stupébant autem omnes,

qui eum audiébant, super prudéntia et respónsis ejus. Et vidéntes admiráti sunt. Et dixit mater ejus ad illum : Fili, quid fecísti nobis sic? ecce pater tuus, et ego doléntes quaerebámus te. Et ait ad illos : Quid est quod me quaerebátis? nesciebátis, quia in his, quae Patris mei sunt, opórtet me esse? Et ipsi non intellexérunt verbum, quod locútus est ad eos. Et descéndit cum eis, et venit Názareth : et erat súbditus illis. Et mater ejus conservábat ómnia verba haec in corde suo. Et Jesus proficiébat sapiéntia, et aetáte, et grátia apud Deum et hómines. Credo.

Offert. 5.

Jubi-lá- te Dé- o* ómnis tér- ra : jubi-lá- te Dé- o ómnis tér- ra, serví- te Dó- mi- no in lae- tí-ti- a : intrá- te in conspéctu é- jus in exsulta-ti- ó- ne, qui- a Dómi- nus í- pse est Dé- us.

Secreta.

Oblátum tibi, Dómine, sacrifícium vivíficet nos semper, et múniat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

De Epiphania. Secreta. Ecclésiae tuae 425v.

Comm. 1.

Fi- li, * quid fe-císti nó- bis sic? é- go et páter tú- us do-lén- tes quaere-bámus te. Et quid est quod me quaerebá- tis? Nesci- ebá- tis qui- a in his quae Pátris mé- i sunt, opórtet me és-se?

Postcommunio.

Supplices te rogámus, omnípotens Deus : ut quos tuis réficis sacraméntis, tibi étiam plácitis móribus dignánter deservíre concédas. Per Dóminum nostrum.

De Epiphania. Postcommunio. Praesta, quaésumus. 425v.

---

7 JANUARII.

Secunda die infra Octavam.

Ad Magnif. Ant. 7 a

Vidéntes stéllam Mági, * gaví-si sunt gáudi- o mágno : et intrántes dómum, obtu-lérunt Dómino áurum, thus et mýrrham. E u o u a e.

8. **Tertia die.**

Ad Magnif. Ant. 8. c

LUX de lú-ce * apparu-í-sti Chríste, cú- i Mági múnera óffe-runt alle-lú-ia, alle- lú-ia, allelú- ia.

E u o u a e.

9. **Quarta die.**

Ad Magnif. Ant. 8. G

IN- terrogábat * Má- gos He-ródes : Quod sí- gnum vidístis super nátum Régem? Stéllam vídimus fulgén- tem, cú- jus spléndor illú- minat múndum. E u o u a e.

10. **Quinta die.**

Ad Magnif. Ant. 8. c

O-mnes * de Sába véni- ent, áurum et thus de- fe-réntes, allelú-ia, allelú- ia. E u o u a e.

11. **Sexta die.**

Ad Magnif. Ant. 1. f

ADmó-ni-ti Mági * in sómnis ab Ange-lo, per á-li-am ví- am revérsi sunt in regi- ónem sú- am.

E u o u a e.

Commemoratio S. **Hygini,** *Papae et Mart.*

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : * et quia pondus própriae actiónis gravat, beáti Hygíni Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

¶ *Si dies Octava Epiphaniae inciderit in Dominicam, Officium fit de Octava, et Festum S. Familiae agitur in Sabbato.*

In Octava Epiphaniae.

Duplex majus.

Omnia ut in die Epiphaniae, 419, exceptis iis quae sequuntur .

Oratio.

DEus, cujus Unigénitus in substántia nostrae carnis appáruit : † praesta, quaésumus ; ut per eum, quem símilem nobis foris agnóvimus, * intus reformári mereámur. Qui tecum vivit.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 1. d.*

IN illo témpore : Vidit Joánnes Jesum veniéntem ad se, et ait : Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. Hic est, de quo dixi : Post me venit vir, qui ante me factus est : quia prior me erat. Et ego nesciébam eum, sed ut manifestétur in Israel, proptérea veni ego in aqua baptízans. Et testimónium perhíbuit Joánnes, dicens : Quia vidi Spíritum descendéntem quasi colúmbam de caelo, et mansit super eum. Et ego nesciébam eum : sed qui misit me baptizáre in aqua, ille mihi dixit : Super quem víderis Spíritum descendéntem, et manéntem super eum, hic est, qui baptízat in Spíritu Sancto. Et ego vidi : et testimónium perhíbui, quia hic est Fílius Dei. Credo.

Secreta.

Hostias tibi, Dómine, pro nati Fílii tui apparitióne deférimus, supplíciter exorántes : ut, sicut ipse nostrórum auctor est múnerum, ita sit ipse miséricors et suscéptor, Jesus Christus Dóminus noster : Qui tecum vivit.

Postcommunio.

Caeléstí lúmine, quaésumus Dómine, semper et ubíque nos praéveni : ut mystérium, cujus nos partícipes esse voluísti, et pura cernámus intúitu, et digno percipiámus afféctu. Per Dóminum nostrum.

Sabbato I. post Oct. Epiphaniae.


Ad Vesperas, *omnia ut in Psalterio,* 284. *Oratio Dominicae sequentis.*
Quod servatur in aliis Sabbatis usque ad Septuagesimam. Post orationem diei fit Suffragium de Omnibus Sanctis, 265.

Dominica II. post Epiphaniam.

Ad Horas, *omnia ut in Psalterio de Dominica,* 229.

AD MISSAM.

Intr. 4.



Oratio.


Omnípotens sempitérne Deus, qui caeléstia simul et terréna moderáris : † supplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi ; * et pacem tuam nostris concéde tempóribus. Per Dóminum.


2. *de S. Maria. Oratio.* Deus qui salútis. 405. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa,* 296.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Romanos. *12. b.*

Fratres : Habéntes donatiónes secúndum grátiam, quae data est nobis, differéntes : sive prophetíam secúndum ratiónem fídei, sive ministérium in ministrándo, sive qui docet in doctrína, qui exhortátur in exhortándo, qui tríbuit in simplicitáte, qui praeest in sollicitúdine, qui miserétur in hilaritáte. Diléctio sine simulatióne. Odiéntes malum, adhaeréntes bono : Caritáte fraternitátis ínvicem diligéntes : Honóre ínvicem praeveniéntes : Sollicitúdine non pigri : Spíritu ferventes : Dómino serviéntes : Spe gaudéntes : In tribulatióne patiéntes : Oratióni instántes : Necessitátibus sanctórum communicántes : Hospitalitátem sectántes. Benedícite persequéntibus vos : benedícite, et nolíte maledícere. Gaudére cum gaudéntibus, flere cum fléntibus : Idípsum ínvicem sentiéntes : Non alta sapiéntes, sed humílibus consentiéntes.

Grad. 5.







✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joann. 2.*

IN illo témpore : Núptiae factae sunt in Cana Galilaéae : et erat mater Jesu ibi. Vocátus est autem et Jesus, et discípuli ejus ad núptias. Et deficiénte vino, dicit mater Jesu ad eum : Vinum non habent. Et dicit ei Jesus : Quid mihi, et tibi est múlier? nondum venit hora mea. Dicit mater ejus minístris : Quodcúmque díxerit vobis, fácite. Erant autem ibi lapídeae hýdriae sex pósitae secúndum purificatiónem Judaeórum, capiéntes síngulae metrétas binas vel ternas. Dicit eis Jesus : Impléte hýdrias aqua. Et implevérunt eas usque ad summum. Et dicit eis Jesus : Hauríte nunc, et ferte architriclíno. Et tulérunt. Ut autem gustávit architriclínus aquam vinum factam, et non sciébat unde esset, minístri autem sciébant, qui háuserant aquam : vocat sponsum architriclínus, et dicit ei : Omnis homo primum bonum vinum ponit : et cum inebriáti fúerint, tunc id, quod detérius est. Tu autem servásti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit inítium signórum Jesus in Cana Galilaéae : et manifestávit glóriam suam, et credidérunt in eum discípuli ejus. Credo.

Offert.
1.






Secreta.

OBláta Dómine múnera sanctífica : nosque a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per Dóminum nostrum.

2. *de S. Maria. Secreta.* Tua Dómine. 1100. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa.* 299.

Comm.
6.



clí- nus áquam ví-num fá-ctam, dí- cit spónso : Ser-

vá-sti ví- num bó-num usque adhuc. Hoc sígnum fé-cit

Jé-sus prímum coram discí-pu- lis sú- is.

Postcommunio.

AUgeátur in nobis, quaésumus Dómine, tuae virtútis operátio : ut divínis vegetáti sacraméntis, ad eórum promíssa capiénda, tuo múnere praeparémur. Per Dóminum.

2. *de S. Maria. Postcomm.* Haec nos. 406. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 299.

AD VESPERAS.

Omnia ut in Dominicis per annum. 255.

Ad Magnif. Ant. 1. f

D Efi-ci- énte víno, * jússit Jésus implé-ri hýdri- as

áqua, quae in ví-num convérsa est, alle-lú- ia.

Cant. Magníficat. 1. f. 212.

℣. Dirigátur Dómine orátio méa.
℟. Sicut incénsum in conspéctu túo.

Oratio. Omnípotens. 433. *Deinde fit Suffragium de Omnibus Sanctis*, 265.

Dominica III. post Epiphaniam.

Ad Horas, *omnia ut in Psalterio*, 229.

AD MISSAM.

Intr. 7.

A D-o- rá-te * Dé- um ómnes Ange- li é-jus :

audí- vit, et laetá-ta est Sí- on : et exsultavé-

runt fí-li-ae Jú- dae. *Ps.* Dó-minus regnávit, exsúltet

térra : * laeténtur ínsulae múl- tae. Gló- ri- a Pátri.

E u o u a e.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, infirmitátem nostram propítius réspice : † atque ad protegéndum nos * déxteram tuae majestátis exténde. Per Dóminum.

2. *de S. Maria. Oratio.* Deus qui salútis. 405. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 296.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Romanos. *Rom. 12. d.*


FRatres : Nolíte esse prudéntes apud vosmetípsos : nulli malum pro malo reddéntes : providéntes bona non tantum coram Deo, sed étiam coram ómnibus homínibus. Si fíeri potest, quod ex vobis est, cum ómnibus homínibus pacem habéntes : non vosmetípsos defendéntes, caríssimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim : Mihi vindícta; ego retríbuam, dicit Dóminus. Sed si esuríerit inimícus tuus, ciba illum : si sitit, potum da illi : hoc enim fáciens, carbónes ignis cóngeres super caput ejus. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

Grad. 5.

T Imé-bunt gén- tes * nó- men tú- um,

Dómi- ne, et ómnes ré- ges tér- rae

gló- ri- am tú- am. ℣. Quó-



✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.** *Matth. 8.*

IN illo témpore : Cum descendísset Jesus de monte, secútae sunt eum turbae multae : et ecce leprósus véniens adorábat eum, dicens : Dómine, si vis, potes me mundáre. Et exténdens Jesus manum, tétigit eum, dicens : Volo, mundáre. Et conféstim mundáta est lepra ejus. Et ait illi Jesus : Vide, némini díxeris; sed vade, osténde te sacerdóti, et offer munus, quod praecépit Móyses, in testimónium illis. Cum autem introísset Caphárnaum, accéssit ad eum centúrio, rogans eum et dicens : Dómine, puer meus jacet in domo paralýticus, et male torquétur. Et ait illi Jesus : Ego véniam, et curábo eum. Et respóndens centúrio, ait : Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum : sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestáte constitútus, habens sub me mílites, et dico huic : Vade, et vadit; et álii : Veni, et venit; et servo meo: Fac hoc, et facit. Audiens autem


Jesus, mirátus est, et sequéntibus se dixit : Amen dico vobis, non invéni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab Oriénte et Occidénte vénient, et recúmbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno caelórum : fílii autem regni ejiciéntur in ténebras exterióres : ibi erit fletus et stridor déntium. Et dixit Jesus centurióni : Vade, et sicut credidísti, fiat tibi. Et sanátus est puer in illa hora. Credo.

Offert. Déxtera Domini. 573.

Secreta.

HAec hóstia, Dómine quaésumus, emúndet nostra delícta : et ad sacrifícium celebrándum, subditórum tibi córpora, mentésque sanctíficet. Per Dóminum nostrum.

2. *de S. Maria. Secreta.* Tua Dómine. 1100. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa.* 299.




Postcommunio.

QUos tantis, Dómine, largíris uti mystériis : quaésumus; ut effécibus nos eórum veráciter aptáre dignéris. Per Dóminum.

2. *de S. Maria. Postcommunio.* Haec nos. 406. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa,* 299.

AD VESPERAS.

Omnia ut in Dominicis per annum. 255.



Cant. Magníficat. 1. g 2. 212.

℣. Dirigátur Dómine orátio méa.
℟. Sicut incénsum in conspéctu túo.

Oratio. Omnípotens. 437. *Deinde fit Suffragium de Omnibus Sanctis.* 265.

Dominica IV. post Epiphaniam.

Omnia ut in Dominica III. praeter sequentia :

AD MISSAM.

Oratio.

DEus, qui nos in tantis perículis constitútos, pro humána scis fragilitáte non posse subsístere : † da nobis salútem mentis et córporis; * ut ea quae pro peccátis nostris pátimur, te adjuvánte vincámus. Per Dóminum nostrum.

2. *de S. Maria. Oratio.* Deus qui salútis. 405. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa,* 296.

Post Purificationem. 2. A cunctis. 446. — 3. *Ad libitum Sacerdotis.*

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Romanos. *Rom. 13. c.*

FRatres : Némini quidquam debeátis, nisi ut ínvicem diligátis : qui enim díligit próximum, legem implévit. Nam : Non adulterábis : Non occídes : Non furáberis : Non falsum testimónium dices : Non concupísces : et si quod est áliud mandátum, in hoc verbo instaurátur : Díliges próximum tuum sicut teípsum. Diléctio próximi malum non operatur. Plenitúdo ergo legis est diléctio.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.** *Matth. 8. c.*

IN illo témpore : Ascendénte Jesu in navículam, secúti sunt eum discípuli ejus : et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navícula operirétur flúctibus, ipse vero dormiébat. Et accessérunt ad eum discípuli ejus, et suscitavérunt eum, dicéntes : Dómine, salva nos, perímus. Et dicit eis Jesus : Quid tímidi estis, módicae fídei? Tunc surgens, imperávit ventis et mari, et facta est tranquíllitas magna. Porro hómines miráti sunt, dicéntes : Qualis est hic, quia venti et mare obédiunt ei? Credo.

Secreta.

COncéde, quaésumus omnípotens Deus : ut hujus sacrifícii munus oblátum, fragilitátem nostram ab omni malo purget semper, et múniat. Per Dóminum nostrum.

2. *de S. Maria. Secreta.* Tua Dómine. 1100. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa.* 299

Post Purificationem. 2. Exáudi nos. 449. — 3. *Ad libitum Sacerdotis.*

Postcommunio.


MUnera tua nos, Deus, a delectatiónibus terrénis expédiant, et caeléstibus semper instáurent aliméntis. Per Dóminum.

2. *de S. Maria. Poscomm.* Haec nos. 406. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa,* 299.


Post Purificationem. 2. Mundet et múniat. 450. — 3. *Ad libitum Sacerdotis.*

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 1. g 2



D Omine, * sálva nos, per-ímus : ímpera, et



fac Dé-us tranquilli-tá-tem. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. g 2. 212.

Dominica V. post Epiphaniam.

Omnia ut in Dominica III. praeter sequentia :

AD MISSAM.

Oratio.

FAmíliam tuam, quaésumus Dómine, contínua pietáte custódi : † ut quae in sola spe grátiae caeléstis innítitur, * tua semper protectióne muniátur. Per Dóminum nostrum.

2. A cunctis. 446. — 3. *Ad libitum Sacerdotis.*

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Colossenses. *Col. 3. b.*

FRatres : Indúite vos sicut elécti Dei, sancti et dilécti, víscera misericórdiae, benignitátem, humilitátem, modéstiam, patiéntiam : supportántes ínvicem, et donántes vobismetípsis, si quis advérsus áliquem habet querélam : sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos. Super ómnia autem haec, caritátem habéte, quod est vínculum perfectiónis : et pax Christi exsúltet in córdibus vestris, in qua et vocáti estis in uno córpore : et grati estóte. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter, in omni sapiéntia, docéntes, et commonéntes vosmetípsos psalmis, hymnis, et cánticis spirituálibus, in grátia cantántes in córdibus vestris Deo. Omne quodcúmque fácitis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias agéntes Deo, et Patri per Jesum Christum Dóminum nostrum.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.** *Matth. 13. b.*

IN illo témpore : Dixit Jesus turbis parábolam hanc : Símile factum est regnum caelórum hómini, qui seminávit bonum semen in agro suo. Cum autem dormírent hómines, venit inimícus ejus, et superseminávit zizánia in médio trítici, et ábiit. Cum autem crevísset herba, et fructum fecísset, tunc apparuérunt et zizánia. Accedéntes autem servi patrisfamílias, dixérunt ei : Dómine, nonne bonum semen seminásti in agro tuo? Unde ergo habet zizánia? Et ait illis : Inimícus homo hoc fecit. Servi autem dixérunt ei : Vis, imus, et collígimus ea? Et ait : Non : ne forte colligéntes zizánia, eradicétis simul cum eis et tríticum. Sínite utráque créscere usque ad messem, et in témpore messis dicam messóribus : Collígite primum zizánia, et alligáte ea in fascículos ad comburéndum, tríticum autem congregáte in hórreum meum. Credo.

Secreta.

HOstias tibi, Dómine, placatiónis offérimus : ut et delícta nostra miserátus absólvas, et nutántia corda tu dírigas. Per Dóminum.


2. Exáudi nos. 449. — 3. *Ad libitum Sacerdotis.*

Postcommunio.

Quaésumus, omnípotens Deus: ut illíus salutáris capiámus effé- ctum, cujus per haec mystéria pignus accépimus. Per Dóminum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *Ad libitum Sacerdotis.*

AD VESPERAS.



E u o u a e. *Cant.* Magníficat. 1. g. 212.

Dominica VI. post Epiphaniam.

Omnia ut in Dominica III. praeter sequentia :

AD MISSAM.

Oratio.

Praesta, quaésumus omnípotens Deus : † ut semper rationabília meditántes, * quae tibi sunt plácita, et dictis exsequámur, et factis. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *Ad libitum Sacerdotis.*

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

1. Thess. 1.

Fratres : Grátias ágimus Deo semper pro ómnibus vobis, memóriam vestri faciéntes in oratiónibus nostris sine intermissióne, mémores óperis fídei vestrae, et labóris, et caritátis, et sustinéntiae spei Dómini nostri Jesu Christi, ante Deum, et Patrem nostrum : sciéntes fratres, dilécti a Deo, electiónem vestram : quia Evangélium nostrum non fuit ad vos in sermóne tantum, sed et in virtúte, et in Spíritu Sancto, et in plenitúdine multa, sicut scitis quales fuérimus in vobis propter vos. Et vos imitatóres nostri facti estis, et Dómini, excipiéntes verbum in tribulatióne multa, cum gáudio Spíritus Sancti : ita ut facti sitis forma ómnibus credéntibus in Macedónia, et in Acháia. A vobis enim diffamátus est sermo Dómini, non solum in Macedónia, et in Acháia, sed et in omni loco fides vestra, quae est ad Deum, profécta est, ita ut non sit nobis necésse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annúntiant qualem intróitum habuérimus ad vos : et quómodo convérsi estis ad Deum a simulácris, servíre Deo vivo et vero, et expectáre Fílium ejus de caelis (quem suscitávit ex mórtuis) Jesum, qui erípuit nos ab ira ventúra.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Matth. 13.

In illo témpore : Dixit Jesus turbis parábolam hanc : Símile est regnum caelórum grano sinápis, quod accípiens homo seminávit in agro suo : quod mínimum quidem est ómnibus semínibus : cum autem créverit, majus est ómnibus oléribus, et fit arbor, ita ut vólucres caeli véniant, et hábitent in ramis ejus. Aliam parábolam locútus est eis : Símile est regnum caelórum ferménto, quod accéptum múlier abscóndit in farínae satis tribus, donec fermentátum est totum. Haec ómnia locútus est Jesus in parábolis ad turbas : et sine parábolis non loquebátur eis : ut implerétur quod dictum erat per Prophétam dicéntem : Apériam in parábolis os meum, eructábo abscóndita a constitutióne mundi. Credo.

Secreta.

Haec nos oblátio Deus mundet, quaésumus, et rénovet, gubérnet, et prótegat. Per Dóminum nostrum.


2. Exáudi nos. 449. — 3. *Ad libitum Sacerdotis.*

Postcommunio.

Caeléstibus, Dómine, pasti delíciis : quaésumus; ut semper éadem, per quae veráciter vívimus, appetámus. Per Dóminum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *Ad libitum Sacerdotis.*

AD VESPERAS.



Cant. Magníficat. 1. a 3. 212.

Sabbato ante Septuagesimam.

AD VESPERAS.


Psalmi et Antiphonae de Sabbato, 284.

Capitulum. Fratres : Néscitis. *ut infra,* 450. *Hymnus.* Jam sol recédit.


℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.

℟. Et descéndat super nos misericórdia túa.


Ad Magnif. Ant. 8. G



D Ixit Dóminus * ad A-dam : De lígno quod est



in médi- o pa-radí-si, ne cómedas : in qua hó-ra comé-



de-ris, mór- te mo-ri- é-ris. E u o u a e.


Cant. Magníficat. 8. G. 217. — *Oratio.* Preces pópuli. 446.

¶ *Hodie in fine Officii* ℣. Benedicámus Dómino *cantatur cum duplici* allelúia *ut in die Paschae,* 695; *et deinceps non dicitur* Allelúia *usque ad Sabbatum Sanctum.*


Dominica in Septuagesima.

AD PRIMAM.


Ant. 1. f



C Onventi- óne autem * fá- cta cum ope-rá-ri- is



ex dená-ri- o di- úr-no, mí-sit é- os in víne- am sú- am.




E u o u a e.


Ad Absol. Capituli, Lectio brevis Dóminus autem dírigat. 238.

AD TERTIAM.

Ant. 8. c



I - te et vos * in víne- am mé- am, et quod jústum




fú-e-rit, dábo vó-bis. E u o u a e.


Capitulum. Fratres : Nescítis. *e Vesperis,* 450. ℟. *br.* Inclína cor méum. ℣. Ego díxi. 242.

AD MISSAM.


Intr. 5.




C Ircumdedé-runt me * gémi-tus mórtis, do-ló- res




inférni circum-de- dé- runt me : et in tri- bu-la-




ti- óne mé- a invo- cá- vi Dóminum, et exaudí-




vit de témplo sáncto sú- o vó- cem mé- am.



Ps. Dí- ligam te Dómine, forti-túdo mé-a : * Dóminus firma-



méntum mé- um, et re-fúgi-um mé-um, et liberá-tor mé-us.



Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

¶ *Non dicitur* Glória in excélsis *ab hac Dominica usque ad Pascha, exceptis Feria V. in Coena Domini, et Sabbato sancto, et quando dicitur Missa de Festo*

Oratio.

PReces pópuli tui, quaésumus Dómine, cleménter exáudi : † ut qui juste pro peccátis nostris afflígimur, * pro tui nóminis glória misericórditer liberémur. Per Dóminum.

2. Ad poscenda suffragia Sanctorum.


A cunctis nos, quaésumus Dómine, mentis et córporis defénde perículis : et, intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genitríce María, cum beáto Joseph, beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque beáto *N.* et ómnibus Sanctis, salútem nobis tríbue benígnus et pacem ; ut destrúctis adversitátibus et erróribus univérsis, Ecclésia tua secúra tibi sérviat libertáte. (Per eúmdem Dóminum. *si dicatur ultimo loco.*)


3. *Ad libitum Sacerdotis.*


Ante Purificationem, 2. *de Sancta Maria. Oratio.* Deus qui salútis. 405. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa,* 296.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *1. Cor. 9.*


FRatres : Nescítis quod ii qui in stádio currunt, omnes quidem currunt, sed unus áccipit bravíum? Sic cúrrite, ut comprehendátis. Omnis autem, qui in agóne conténdit, ab ómnibus se ábstinet : et illi quidem ut corruptíbilem corónam accípiant; nos autem incorrúptam. Ego ígitur sic curro, non quasi in incértum : sic pugno, non quasi áerem vérberans : sed castígo corpus meum, et in servitútem rédigo : ne forte cum áliis praedicáverim, ipse réprobus effíciar. Nolo enim vos ignoráre, fratres, quóniam patres nostri omnes sub nube fuérunt, et omnes mare transiérunt, et omnes in Móyse baptizáti sunt in nube, et in mari : et omnes eámdem escam spiritálem manducavérunt, et omnes eúmdem potum spiritálem bibérunt : (bibébant autem de spiritáli, consequénte eos, petra: petra autem erat Christus) sed non in plúribus eórum beneplácitum est Deo.









i. ℣. Si in-iquitá-tes ob-servá- ve-ris, Dó- mi-




ne : Dómi- ne, quis su- stiné-




bit? ℣. Qui-a apud te pro-pi- ti- á-ti-



o est, et propter lé- gem tú-



am sustí- nu- i te, * Dó-




mine.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 20.*


IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc : Símile est regnum caelórum hómini patrifamílias, qui éxiit primo mane condúcere operários in víneam suam. Conventióne autem facta cum operáriis ex denário diúrno, misit eos in víneam suam. Et egréssus circa horam tértiam, vidit álios stantes in foro otiósos, et dixit illis : Ite et vos in víneam meam, et quod justum fúerit, dabo vobis. Illi autem abiérunt. Iterum autem éxiit circa sextam et nonam horam : et fecit simíliter. Circa undécimam vero éxiit, et invénit álios stantes, et dicit illis : Quid hic statis tota die otiósi? Dicunt ei : Quia nemo nos condúxit. Dicit illis : Ite et vos in víneam meam. Cum sero autem factum esset, dicit dóminus víneae procuratóri suo : Voca operários, et redde illis mercédem, incípiens a novíssimis usque ad primos. Cum veníssent ergo qui circa undécimam horam vénerant, accepérunt síngulos denários. Veniéntes autem et primi, arbitráti sunt quod plus essent acceptúri : accepérunt autem et ipsi síngulos denários. Et accipiéntes murmurábant advérsus patremfamílias, dicéntes : Hi novíssimi una hora fecérunt, et pares illos nobis fecísti, qui portávimus pondus diéi, et aestus. At ille respóndens uni eórum, dixit : Amíce, non

fácio tibi injúriam : nonne ex denário convenísti mecum? Tolle quod tuum est, et vade : volo autem et huic novíssimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi, quod volo, fácere? an óculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt novíssimi primi, et primi novíssimi. Multi enim sunt vocáti, pauci vero elécti. Credo.


Offert. 8.



BOnum est * confi-té- ri Dómi- no, et



psál- le-re nó- mi- ni tú- o, Al-tíssi-



me.

Secreta. Munéribus nostris. 406.


Alia Secreta.

EXáudi nos Deus salutáris noster : ut per hujus sacraménti virtútem, a cunctis nos mentis et córporis hóstibus tueáris, grátiam tríbuens in praesénti, et glóriam in futúro.


3. *ad libitum.*

Ante Purificationem. 2. *de S. Maria.* Tua Dómine. 1100. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa.* 299.


Comm. 1.



ILlú-mi-na * fá-ci- em tú-am super sérvum tú- um,



et sálvum me fac in tú- a mi- se-ri-córdi- a :



Dó-mine, non confúndar, quó- ni- am invo- cá- vi te.

Postcommunio.

FIdéles tui, Deus, per tua dona firméntur : ut éadem et percipiéndo requírant, et quaeréndo sine fine percípiant. Per Dóminum.

Alia Postcommunio.

MUndet et múniat nos, quaésumus Dómine, divíni sacraménti munus oblátum : et intercedénte beáta Vírgine Dei Genitríce María, cum beáto Joseph, beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque beáto *N.* et ómnibus Sanctis; a cunctis nos reddat et perversitátibus expiátos, et adversitátibus expedítos. (Per Dóminum).


3. *ad libitum.*

Ante Purificationem, 2. *de S. Maria.* Haec nos. 406. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa,* 299.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Déo grátias.

AD SEXTAM.

Ant. 1. g




Capitulum. *1. Cor. 9. d.*

OMnis autem qui in agóne conténdit, ab ómnibus se ábstinet : † et illi quidem ut corruptíbilem corónam accípiant, * nos autem incorrúptam.

℟. *br.* In aetérnum Dómine. ℣. Dóminus régit me. 248.

AD NONAM.

Ant. 8. g



Capitulum. *1. Cor. 10.*

BIbébant autem de spiritáli, consequénte eos, petra : † petra autem erat Christus : * sed non in plúribus eórum beneplácitum est Deo.

℟. *br.* Clamávi in tóto córde. ℣. Ab occúltis. 252.

AD VESPERAS.


Antiphonae et Psalmi de Dominica, 256.

Capitulum. *1. Cor. 9. d.*

FRatres : Nescítis quod ii qui in stádio currunt, † omnes quidem currunt, sed unus áccipit bravíum? Sic cúrrite ut comprehendátis.

Hymnus. Lúcis Creátor. 261. ℣. Dirigátur.

Ad Magnif. Ant. 7. a




Cant. Magníficat. 7. a. 216. — *Oratio.* Preces pópuli. 446.

Sabbato ante Sexagesimam.

AD VESPERAS.

Capitulum. Fratres : Libénter suffértis. *ut infra,* 457.
Hymnus. Jam sol recédit. 289. ℣. Vespertína orátio.

Ad Magnif. Ant. 8. G




Cant. Magníficat. 8. G. 217.

Oratio. Deus, qui cónspicis. 453.


Dominica in Sexagesima.

AD PRIMAM.

Ant. 8. c



SEmen cé-cidit * in térram bónam, et áttu-lit frú-




ctum in pa-ti-énti-a. E u o u a e.


Ad Absolutionem Capituli, Lectio brevis. Dóminus autem.

AD TERTIAM.

Ant. 1. f



QUI vérbum Dé-i ré-tinent * córde perfécto et ópti-




mo, frúctum áfferunt in pa-ti- énti-a. E u o u a e.


Capitulum. Frátres : Libénter suffértis. *e Vesperis*, 457. ℟. *br.* Inclína. ℣. Ego dixi. 242.

AD MISSAM.


Intr. 1.




EXsúr-ge, * qua-re obdórmis Dómine? exsúr-




ge, et ne repéllas in fí-nem : qua-re fá-ci-em tú-am




avértis, oblivî-sceris tribu-la-ti-ó-nem nóstram? Adhaé-




sit in tér-ra vénter nó-ster : exsúrge, Dómine, ádjuva



nos, et lí-be-ra nos. *Ps.* Dé- us, áuribus nóstris audí-



vimus : * pátres nóstri annunti- a- vérunt nó- bis. Glóri- a



Pátri. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui cónspicis quia ex nulla nostra actióne confídimus : † concéde propítius; ut contra advérsa ómnia, * Doctóris géntium protectióne muniámur. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*


Ante Purificationem. 2. *de S. Maria.* 405. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 296.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *2. Cor. 11.*


FRatres : Libénter suffértis insipiéntes : cum sitis ipsi sapiéntes. Sustinétis enim si quis vos in servitútem rédigit, si quis dévorat, si quis áccipit, si quis extóllitur, si quis in fáciem vos caedit. Secúndum ignobilitátem dico, quasi nos infírmi fuérimus in hac parte. In quo quis audet (in insipiéntia dico) áudeo et ego : Hebraéi sunt, et ego : Israelítae sunt, et ego : Semen Abrahae sunt, et ego : Minístri Christi sunt, (ut minus sápiens dico) plus ego : in labóribus plúrimis, in carcéribus abundántius, in plagis supra modum, in mórtibus frequénter. A Judaéis quínquies quadragénas, una minus, accépi. Ter virgis caesus sum, semel lapidátus sum, ter naufrágium feci, nocte et die in profúndo maris fui : in itinéribus saepe, perículis flúminum, perículis latrónum, perículis ex génere, perículis ex géntibus, perículis in civitáte, perículis in solitúdine, perículis in mari, perículis in falsis frátribus : in labóre et aerúmna, in vigíliis multis, in fame et siti, in jejúniis multis, in frígore et nuditáte : praeter illa quae extrínsecus sunt, instántia mea quotidiána, sollicitúdo ómnium ecclesiárum. Quis infirmátur, et ego non infírmor? quis scandalizátur, et ego non uror? Si gloriári opórtet : quae infirmitátis meae sunt, gloriábor. Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui est benedíctus in saécula, scit quod non méntior. Damásci praepósitus gentis Arétae regis custodiébat civitátem Damascenórum, ut me comprehénderet : et per fenéstram in sporta demíssus sum per murum, et sic effúgi manus ejus. Si gloriári opórtet (non éxpedit quidem :) véniam autem ad visiónes, et revelatiónes Dómini. Scio hóminem in Christo ante annos quatuórdecim, sive in córpore néscio, sive extra corpus néscio, Deus scit, raptum hujúsmodi usque ad tértium caelum. Et scio hujúsmodi hóminem, sive

in córpore sive extra corpus néscio, Deus scit, quóniam raptus est in paradísum : et audívit arcána verba, quae non licet hómini loqui. Pro hujúsmodi gloriábor : pro me autem nihil gloriábor, nisi in infirmitátibus meis. Nam, et si volúero gloriári, non ero insípiens : veritátem enim dicam : parco autem, ne quis me exístimet supra id quod videt in me, aut áliquid audit ex me. Et ne magnitúdo revelatiónum extóllat me, datus est mihi stímulus carnis meae, ángelus sátanae, qui me colaphízet. Propter quod ter Dóminum rogávi, ut discéderet a me : et dixit mihi : Súfficit tibi grátia mea : nam virtus in infirmitáte perfícitur. Libénter igítur gloriábor in infirmitátibus meis, ut inhábitet in me virtus Christi.

Grad. 1.



Tract. 8.




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 8.*

In illo témpore : Cum turba plúrima convenírent, et de civitátibus properárent ad Jesum, dixit per similitúdinem : Exiit, qui séminat, semináre semen suum : ut dum séminat, áliud cécidit secus viam, et conculcátum est, et vólucres caeli comedérunt illud. Et áliud cécidit supra petram : et natum áruit, quia non habébat humórem. Et áliud cécidit inter spinas, et simul exórtae spinae suffocavérunt illud. Et áliud cécidit in terram bonam : et ortum fecit fructum céntuplum. Haec dicens, clamábat : Qui habet aures audiéndi, áudiat. Interrogábant autem eum discípuli ejus, quae esset haec parábola. Quibus ipse dixit :

Vobis datum est nosse mystérium regni Dei, céteris autem in parábolis : ut vidéntes non vídeant, et audiéntes non intélligant. Est autem haec parábola : Semen est verbum Dei. Qui autem secus viam, hi sunt qui áudiunt : deínde venit diábolus, et tollit verbum de corde eórum, ne credéntes salvi fiant. Nam qui supra petram : qui cum audíerint, cum gáudio suscípiunt verbum : et hi radíces non habent : quia ad tempus credunt, et in témpore tentatiónis recédunt. Quod autem in spinas cécidit : hi sunt, qui audiérunt, et a sollicitudínibus, et divítiis, et voluptátibus vitae, eúntes, suffocántur, et non réferunt fructum. Quod autem in bonam terram : hi sunt, qui in corde bono et óptimo audiéntes verbum rétinent, et fructum áfferunt in patiéntia. Credo.

Offert. 4.




Secreta.

OBlátum tibi, Dómine, sacrifícium, vivíficet nos semper et múniat. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 8.




Postcommunio.

SUpplices te rogámus, omnípotens Deus : ut, quos tuis réficis sacraméntis, tibi étiam plácitis móribus dignánter deservíre concédas. Per Dóminum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD SEXTAM.

Ant. 8. c




Capitulum. *2. Cor. 11. f.*

TER virgis caesus sum, semel lapidátus sum, ter naufrágium feci, * nocte et die in profúndo maris fui.

℟. *br.* In aetérnum. ℣. Dóminus régit me. 248.

AD NONAM.

Ant. 7. c



Capitulum. *2. Cor. 12. c.*

LIbénter ígitur gloriábor in infirmitátibus meis, * ut inhábitet in me virtus Christi.

℟. *br.* Clamávi. ℣. Ab occúltis. 252.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Dominica, 256.

Capitulum. *2. Cor. 11. d.*

FRatres : Libénter suffértis insipiéntes, cum sitis ipsi sapiéntes : † sustinétis enim si quis vos in servitútem rédigit, si quis dévorat, si quis áccipit, si quis extóllitur, * si quis in fáciem vos caedit.

Hymnus. Lúcis Creátor. 261. ℣. Dirigátur.

Ad Magnif. Ant. 6. F

V Obis dátum est * nósse mystéri- um régni Dé- i, cé-te-ris autem in parábo-lis, díxit Jésus discí-pu-lis sú- is. E u o u a e. *Cant.* Magníficat. 6. F. 216.

Oratio. Deus, qui cónspicis. 453.

Sabbato ante Quinquagesimam.

AD VESPERAS.

Capitulum. Fratres : Si linguis. *ut infra*, 464.
Hymnus. Jam sol recédit. 289. ℣. Vespertína.

Ad Magnif. Ant. 6. F

P A- ter * fíde- i nóstrae, Abra- ham súm- mus, ób- tu- lit holo-cáustum super al-táre pro fí-li- o. E u o u a e. *Cant.* Magníficat. 6. F. 216.

Oratio. Preces nostras. 460.

Dominica in Quinquagesima.

AD PRIMAM.

Ant. 1. D

I -ter fa-ci- énte Jé-su,* dum ambu-láret Jé-ri-cho,

caécus clamábat ad é-um, ut lúmen recípe-re me-re-ré-tur. E u o u a e.

Ad Absol. Capituli, Lectio brevis. Dóminus autem.

AD TERTIAM.

Ant. 1. f


T Ranse- únte Domino, * cla-mábat caécus ad é-um : Mi-serére mé- i, Fí- li Dávid. E u o u a e.

Capitulum. Fratres : Si linguis. *e Vesperis*, 464. ℟. *br.* Inclína. ℣. Ego dixi. 242.

AD MISSAM.

Intr. 6.

E -sto míhi * in Dé- um pro- te-ctó- rem, et in lócum re-fúgi- i, ut sálvum me fáci- as : quóni- am firmaméntum mé- um, et refúgi- um mé- um es tu : et propter nómen tú- um dux mí- hi é- ris, et enú-



Oratio.

PReces nostras, quaésumus Dómine, cleménter exáudi : † atque a peccatórum vínculis absolútos, * ab omni nos adversitáte custódi. Per Dóminum.


2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*


Ante Purificationem. 2. *de S. Maria.* Deus qui salútis. 405. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa.* 296.


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *1. Cor. 13.*

FRatres : Si linguis hóminum loquar, et Angelórum, caritátem autem non hábeam, factus sum velut aes sonans, aut cýmbalum tínniens. Et si habúero prophetíam, et nóverim mystéria ómnia, et omnem sciéntiam : et si habúero omnem fidem, ita ut montes tránsferam, caritátem autem non habúero, nihil sum. Et si distribúero in cibos páuperum omnes facultátes meas, et si tradídero corpus meum, ita ut árdeam, caritátem autem non habúero, nihil mihi prodest. Cáritas pátiens est, benígna est : cáritas non aemulátur, non agit pérperam, non inflátur, non est ambitiósa, non quaerit quae sua sunt, non irritátur, non cógitat malum, non gaudet super iniquitáte, congáudet autem veritáti : ómnia suffert, ómnia credit, ómnia sperat, ómnia sústinet. Cáritas nunquam éxcidit : sive prophetíae evacuabúntur, sive linguae cessábunt, sive sciéntia destruétur. Ex parte enim cognóscimus, et ex parte prophetámus. Cum autem vénerit quod perféctum est, evacuábitur quod ex parte est. Cum essem párvulus, loquébar ut párvulus, sapiébam ut párvulus, cogitábam ut párvulus. Quando autem factus sum vir, evacuávi quae erant párvuli. Vidémus nunc per spéculum in aenígmate : tunc autem fácie ad fáciem. Nunc cognósco ex parte : tunc cognóscam sicut et cógnitus sum. Nunc autem manent fides, spes, cáritas, tria haec : major autem horum est cáritas.

Grad. 3.









✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 18. f.*

IN illo témpore : Assúmpsit Jesus duódecim, et ait illis : Ecce ascéndimus Jerosólymam, et consummabúntur ómnia, quae scripta sunt per prophétas de Fílio hóminis. Tradétur enim géntibus, et illudétur, et flagellábitur, et conspuétur : et postquam flagelláverint, occídent eum, et tértia die resúrget. Et ipsi nihil horum intellexérunt, et erat verbum istud abscónditum ab eis, et non intelligébant quae dicebántur. Factum est autem, cum appropinquáret Jéricho, caecus quidam sedébat secus viam, mendícans. Et cum audíret turbam praetereúntem, interrogábat quid hoc esset? Dixérunt autem ei, quod Jesus Nazarénus transíret. Et clamávit dicens : Jesu fili David miserére mei. Et qui praeíbant, increpábant eum ut tacéret. Ipse vero multo magis clamábat : Fili David, miserére mei. Stans autem Jesus, jussit illum addúci ad se. Et cum appropinquásset, interrogávit illum, dicens : Quid tibi vis fáciam? At ille dixit : Dómine, ut vídeam. Et Jesus dixit illi : Réspice, fides tua te salvum fecit. Et conféstim vidit, et sequebátur illum, magníficans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo. Credo.

Offert. 3.






Secreta.

HAec hóstia, Dómine quaésumus, emúndet nostra delícta : et ad sacrifícium celebrándum, subditórum tibi córpora, mentésque sanctíficet. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 1.




Postcommunio.


QUaésumus, omnípotens Deus : ut, qui caeléstia aliménta percépimus, per haec contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*


AD SEXTAM.

Ant. 7. a





ret : ípse ve- ro multo magis clamá-bat : Mi-se-ré-re mé- i,



Fí-li Dávid. E u o u a e.


Capitulum. *1. Cor. 13. c.*

CAritas numquam éxcidit : † sive prophetíae evacuabúntur, sive linguae cessábunt, sive sciéntia destruétur : * ex parte enim cognóscimus, et ex parte prophetámus.


℟. *br.* In aetérnum. ℣. Dóminus régit me. 248.

AD NONAM.

Ant. 1. f



CAécus magis * ac magis clamábat, ut é-um Dó-



minus illumi-ná-ret. E u o u a e.

Capitulum. *1. Cor. 13. d.*

NUnc autem manent fides, spes, cáritas, tria haec : * major autem horum est cáritas.

℟. *br.* Clamávi. ℣. Ab occúltis. 252.

AD VESPERAS.


Antiphonae et Psalmi de Dominica, 256.

Capitulum. *1. Cor. 23.*


FRatres : Si linguis hóminum loquar, et Angelórum, † caritátem autem non hábeam, * factus sum velut aes sonans, aut cýmbalum tínniens.

Hymnus. Lúcis Creátor. 261. ℣. Dirigátur.


Ad Magnif. Ant. 1. D




STans autem Jé-sus * jússit caécum addú-ci ad




se, et á- it íl-li : Quid vis fá-ci- am tí-bi? Dómine,



ut víde-am. Et Jésus á- it íl- li : Réspi-ce, fídes tú-a



te sálvum fé-cit. Et conféstim ví-dit, et sequebá-tur íl-




lum, magní- fi-cans Dé- um. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D. 212. — *Oratio.* Preces nostras. 460.


Feria Quarta Cinerum.

Ante Missam benedicuntur cineres facti de ramis olivarum, sive aliarum arborum, praecedenti anno benedictis, hoc modo. Finita Nona, Sacerdos procedit ad benedicendum cineres in vase aliquo super altare positos. Et primo cantatur a Choro sequens Antiphona.


Ant. 7.




EXáudi nos * Dómi- ne, quóni- am be- nígna




est mi-se-ri-cór- di- a tú- a : secúndum multi- tú- di-




nem mi-se-ra-ti- ó-num tu- á-rum réspi- ce nos, Dó-



mi- ne. *Ps.* Sál-vum me fac Dé-us : quóni- am intravé-runt



áquae * usque ad á-nimam mé- am. Gló- ri- a Pátri.



E u o u a e. *Repetitur :* Exáudi nos.

Deinde Sacerdos dicit

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus. *Oratio.*

Omnípotens sempitérne Deus, parce paeniténtibus, propitiáre supplicántibus, et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de caelis, qui benedí✠cat, et sancti✠ficet hos cíneres, ut sint remédium salúbre ómnibus nomen sanctum tuum humíliter implorántibus, ac semetípsos pro consciéntia delictórum suórum accusántibus, ante conspéctum divínae cleméntiae tuae facínora sua deplorántibus, vel sereníssimam pietátem tuam supplíciter, obnixéque flagitántibus : et praesta per invocatiónem sanctíssimi nóminis tui ; ut quicúmque per eos aspérsi fúerint, pro redemptióne peccatórum suórum, córporis sanitátem, et ánimae tutélam percípiant. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Orémus.

Deus, qui non mortem, sed paeniténtiam desíderas peccatórum : fragilitátem conditiónis humánae benigníssime réspice ; et hos cíneres, quos causa proferéndae humilitátis, atque promeréndae véniae, capítibus nostris impóni decérnimus, bene✠dícere pro tua pietáte dignáre ; ut, qui nos cínerem esse, et ob pravitátis nostrae deméritum in púlverem reversúros cognóscimus ; peccatórum ómnium véniam, et praémia paeniténtibus repromíssa, misericórditer cónsequi mereámur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

Deus, qui humiliatióne flécteris, et satisfactióne placáris : aurem tuae pietátis inclína précibus nostris ; et capítibus servórum tuórum, horum cínerum aspersióne contáctis, effúnde propítius grátiam tuae benedictiónis : ut eos et spíritu compunctiónis répleas, et quae juste postuláverint, efficáciter tríbuas ; et concéssa perpétuo stabilíta, et intácta manére decérnas. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, qui Ninivítis in cínere et cilício paeniténtibus, indulgéntiae tuae remédia praestitísti : concéde propítius ; ut sic eos imitémur hábitu, quátenus véniae prosequámur obténtu. Per Dóminum.


Postea Celebrans imposito incenso in thuribulo ter aspergit cineres aqua benedicta, dicendo Antiphonam Asperges, *sine cantu, et sine Psalmo, et ter adolet incenso.*

Dum Sacerdos imponit cineres cantatur a Choro :


Ant. 1.




Immutémur * há- bitu, in cí-ne- re et ci-



lí-ci- o : je-junémus, et plo-ré- mus ante Dó-




mi- num : qui- a múltum mi-sé- ri-cors est




di-mít-te-re peccá-ta nó-stra Dé- us nó- ster.


Alia Ant. 4.




Juxta vestí- bu-lum * et al- tá- re plo-rá-




bunt sacerdó- tes et le- ví- tae minístri Dómini,



et dí- cent : Párce Dómine, párce pópulo tú-




o : et ne dís- sipes óra clamánti- um ad te,




Dó- mi- ne.


Resp. 2.




Emendémus * in mé- li- us, quae ignorán- ter



pec- cávi- mus : ne súbito prae-occu-pá- ti dí- e mór-



tis, quaerámus spá-ti- um paeni-ténti- ae, et inveníre



Sacerdos imponens Cineres ait :

℣. Meménto homo, quia pulvis es, et in púlverem revertéris.

Completa cinerum impositione Sacerdos dicit :


℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.


Orémus.

Concéde nobis, Dómine, praesídia milítiae christiánae sanctis inchoáre jejúniis : ut contra spiritáles nequítias pugnatúri continéntiae muniámur auxíliis. Per Christum.

Deinde dicitur Missa.

AD MISSAM.





Oratio.

Praesta Dómine fidélibus tuis : † ut jejuniórum veneránda solémnia, et cóngrua pietáte suscípiant, * et secúra devotióne percúrrant. Per Dóminum.

Ab hac die usque ad Dominicam de Passione, post Orationem diei dicuntur duae sequentes Orationes.

2. *Ad poscenda suffragia Sanctorum. Oratio.* A cunctis. 446.

3. Pro vivis et defunctis.

Omnípotens sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse praenóscis : te súpplices exorámus; ut, pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel praesens saéculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore suscépit, intercedéntibus ómnibus sanctis tuis, pietátis tuae cleméntia, ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum.

Lectio Joelis Prophetae. *Joel. 2. c.*

Haec dicit Dóminus : Convertímini ad me in toto corde vestro, in jejúnio, et in fletu, et in planctu. Et scíndite corda vestra, et non vestiménta vestra, et convertímini ad Dóminum Deum vestrum : quia benígnus et misericors est, pátiens, et multae misericórdiae, et praestábilis super malítia. Quis scit, si convertátur, et ignóscat, et relínquat post se benedictiónem, sacrifícium, et libámen Dómino Deo vestro? Cánite tuba in Sion, sanctificáte jejúnium, vocáte caetum, congre-

gáte pópulum, sanctificáte Ecclésiam, coadunáte senes, congregáte párvulos, et sugéntes úbera : egrediátur sponsus de cubíli suo, et sponsa de thálamo suo. Inter vestíbulum et altáre plorábunt sacerdótes minístri Dómini, et dicent : Parce, Dómine, parce pópulo tuo : et ne des haereditátem tuam in oppróbrium, ut dominéntur eis natiónes. Quare dicunt in pópulis : Ubi est Deus eórum? Zelátus est Dóminus terram suam, et pepércit pópulo suo. Et respóndit Dóminus, et dixit pópulo suo : Ecce ego mittam vobis fruméntum, et vinum, et óleum, et replebímini eis : et non dabo vos ultra oppróbrium in géntibus : dicit Dóminus omnípotens.

Grad. 1.

M Ise- rére * mé- i Dé-us,

mi-se- ré- re mé- i : quó-

ni- am in te con- fí- dit á- ni-

ma mé- a. ℣. Mí-sit de

caé- lo, et lí- be- rá- vit

me : dédit in oppró- bri- um

con- culcán- tes * me.

Tract. 2.

D Omi- ne, * non secúndum peccá-

ta nóstra, quae fé-cimus nos : neque secún-

dum in-iqui-tátes nó- stras re-trí- bu- as nó- bis.

℣. Dó-mine, ne memí-ne-

ris iniqui-tátum nostrárum antiquá- rum :

ci-to antí-cipent nos mi-se-ricórdi-ae tú- ae, qui-a

Hic genuflectitur.

páu- pe-res fácti súmus nimis. ℣. Adjuva nos, Dé-

us sa-lu-tá-ris nó- ster : et propter glóri- am nómi-

nis tú- i, Dómine, líbe- ra nos : et propí-


ti- us ésto peccá-tis nó- stris, prop- ter nó-men

* tú- um.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 6.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Cum jejunátis, nolíte fíeri sicut hypócritae, tristes. Extérminant enim fácies suas, ut appáreant homínibus jejunántes. Amen dico vobis, quia recepérunt mercédem suam. Tu autem, cum jejúnas, unge caput tuum, et fáciem tuam lava, ne videáris homínibus jejúnans, sed Patri tuo, qui est in abscóndito : et Pater tuus, qui videt in abscóndito, reddet tibi. Nolíte thesaurizáre vobis thesáuros in terra : ubi aerúgo, et tínea demolítur : et ubi fures effódiunt, et furántur. Thesaurizáte autem vobis thesáuros in caelo : ubi neque aerúgo, neque tínea demolítur ; et ubi fures non effódiunt, nec furántur. Ubi enim est thesáurus tuus, ibi est et cor tuum.

Offert. 2.



Secreta.


FAC nos, quaésumus Dómine, his munéribus offeréndis conveniénter aptári : quibus ipsíus venerábilis sacraménti celebrámus exórdium. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi. 449.

3. Pro vivis et defunctis.

DEus, cui soli cógnitus est númerus electórum in supérna felicitáte locándus : tríbue, quaésumus ; ut, intercedéntibus ómnibus sanctis tuis, universórum quos in oratióne commendátos suscépimus, et ómnium fidélium nómina, beátae praedestinatiónis liber adscrípta retíneat. Per Dóminum nostrum.

Comm. 3.



Postcommunio.

PErcépta nobis, Dómine, praebeant sacraménta subsídium : ut tibi grata sint nostra jejúnia, et nobis profíciant ad medélam. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 450.

Pro vivis et defunctis.

PUríficent nos, quaésumus omnípotens et miséricors Deus, sacraménta quae súmpsimus : et, intercedéntibus ómnibus sanctis tuis, praesta ; ut hoc tuum sacraméntum non sit nobis reátus ad poenam, sed intercéssio salutáris ad véniam : sit ablútio scélerum, sit fortitúdo fragílium, sit contra ómnia mundi perícula firmaméntum : sit vivórum atque mortuórum fidélium remíssio ómnium delictórum. Per Dóminum.

Oratio super populum.

Sacerdos : Orémus. *Diaconus :* Humiliáte cápita vestra Deo.

INclinántes se, Dómine, majestáti tuae, propitiátus inténde : ut qui divíno múnere sunt reflécti, caeléstibus semper nutriántur auxíliis. Per Dóminum nostrum.


Sabbato I. in Quadragesima.

AD VESPERAS.

Psalmi et Antiphonae de Sabbato, 284.

Capitulum. Fratres : Hortámur. *ut infra,* 482. *Hymnus.* Audi, benígne Cónditor. 482. ℣. Angelis.

Ad Magnif. Ant. 7. a




Cant. Magníficat. 7. a. 216. — *Oratio.* Deus, qui Ecclésiam. 475.

Ad Completorium, *Hymnus cantatur ut infra,* 483.

Dominica I. in Quadragesima.


AD PRIMAM.

Hymnus cantatur in tono infrascripto ad Tertiam.



Ad Absolut. Capituli, Lectio brevis. Quaérite Dóminum. 239. *Et dicitur usque ad Dominicam Passionis exclusive.*


AD TERTIAM.




Os, língua, mens, sénsus, vígor
Confessiónem pérsonent :
Flamméscat ígne cáritas,
Accéndat árdor próximos.

Praésta, Páter piíssime,
Patríque cómpar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Régnans per ómne saéculum.
Amen.


In eodem tono cantantur Hymni ad Horas usque ad Dominicam Passionis, etiam in Festis Sanctorum, nisi aliter notetur.





Capitulum. Fratres : Hortámur. *e Vesperis,* 482. ℟. *br.* Ipse liberávit me. ℣. Scápulis súis. 243.

AD MISSAM.



Oratio.


DEus, qui Ecclésiam tuam ánnua Quadragesimáli observatióne puríficas : † praesta famíliae tuae ; ut quod a te obtinére abstinéndo nítitur, * hoc bonis opéribus exsequátur. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. Omnípotens sempitérne Deus. 469.


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *2. Cor. 6.*


FRatres : Exhortámur vos, ne in vácuum grátiam Dei recipiátis. Ait enim : Témpore accépto exaudívi te, et in die salútis adjúvi te. Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis. Némini dantes


ullam offensiónem, ut non vituperétur ministérium nostrum : sed in ómnibus exhibeámus nosmetípsos sicut Dei minístros, in multa patiéntia, in tribulatiónibus, in necessitátibus, in angústiis, in plagis, in carcéribus, in seditiónibus, in labóribus, in vigíliis, in jejúniis, in castitáte, in sciéntia, in longanimitáte, in suavitáte, in Spíritu Sancto, in caritáte non ficta, in verbo veritátis, in virtúte Dei, per arma justítiae a dextris, et a sinístris : per glóriam et ignobilitátem : per infámiam, et bonam famam : ut seductóres et veráces : sicut qui ignóti, et cógniti : quasi moriéntes, et ecce vívimus : ut castigáti, et non mortificáti : quasi tristes, semper autem gaudéntes : sicut egéntes, multos autem locupletántes : tamquam nihil habéntes, et ómnia possidéntes.






volán- te per dí- em, a negó-ti- o
perambu- lán- te in té- nebris, a ru-ína
et daemó- ni- o me- ridi- á- no.
℣. Cá- dent a lá-te- re tú- o míl-
le, et décem míl- li- a
a déxtris tú- is : tíbi au- tem non ap-
propinquá- bit. ℣. Quóni- am Ange- lis sú- is
mandá- vit de te, ut custódi- ant te in
ómnibus ví- is tú- is. ℣. In máni- bus por-
tá- bunt te, ne unquam offéndas ad



lá- pidem pédem tú- um. ℣. Su- per áspi-
dem et ba- si- lí- scum ambu- lá-
bis, et conculcá- bis le- ó-
nem et dracó- nem. ℣. Quóni- am in
me sperá- vit, libe- rábo é- um :
prótegam é- um, quóni- am cognóvit nómen mé-
um. ℣. Invocábit me, et é- go exáu-
di- am é- um : cum ípso sum in tri- bu-
la- ti- óne. ℣. Erípi- am é- um, et glo-
ri- fi- cábo é- um : longi- tú- dine di-



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 4.*

IN illo témpore : Ductus est Jesus in desértum a Spíritu, ut tentarétur a diábolo. Et cum jejunásset quadragínta diébus, et quadragínta nóctibus, póstea esúriit. Et accédens tentátor, dixit ei : Si Fílius Dei es, dic ut lápides isti panes fiant. Qui respóndens, dixit : Scriptum est : Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procédit de ore Dei. Tunc assúmpsit eum diábolus in sanctam civitátem, et státuit eum super pinnáculum templi, et dixit ei : Si Fílius Dei es, mitte te deórsum. Scriptum est enim : Quia Angelis suis mandávit de te, et in mánibus tollent te, ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum. Ait illi Jesus : Rursum scriptum est : Non tentábis Dóminum Deum tuum. Iterum assúmpsit eum diábolus in montem excélsum valde : et osténdit ei ómnia regna mundi, et glóriam eórum, et dixit ei : Haec ómnia tibi dabo, si cadens adoráveris me. Tunc dicit ei Jesus : Vade Sátana : scriptum est enim : Dóminum Deum tuum adorábis : et illi soli sérvies. Tunc relíquit eum diábolus : et ecce Angeli accessérunt, et ministrábant ei. Credo.

Offert. 8.




Secreta.

SAcrifícium quadragesimális inítii solémniter immolámus, te, Dómine, deprecántes : ut cum epulárum restrictióne carnálium, a nóxiis quoque voluptátibus temperémus. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. Deus, cui soli. 472.

Comm. 3.




Postcommunio.

TUI nos, Dómine, sacraménti libátio sancta restáuret : et a vetustáte purgátos, in mystérii salutáris fáciat transíre consórtium. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. Puríficent nos. 473.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a




Capitulum. *2. Cor. 6.*

ECce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis : † némini dantes ullam offensiónem, * ut non vituperétur ministérium nostrum.

℟. *br.* Scápulis súis. ℣. Scúto. 249.

AD NONAM.

Ant. 8. G *



Capitulum. *2. Cor. 6.*

Ut castigáti, et non mortificáti : † quasi tristes, semper autem gaudéntes : sicut egéntes, multos autem locupletántes : * tamquam nihil habéntes, et ómnia possidéntes.

℟. *br.* Scúto. ℣. Angelis súis. 253.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Dominica, 256.

Capitulum. *2. Cor. 6.*

Fratres: Hortámur vos, ne in vácuum grátiam Dei recipiátis. † Ait enim : Témpore accépto exaudívi te, * et in die salútis adjúvi te.

Hymn. 2.

Audi, be-nígne Cóndi-tor, Nóstras pré-ces cum flé-tibus, In hoc sácro jejúni-o Fúsas quadra-gená-ri-o.

2. Scru-tá-tor álme córdi-um, Infírma tu scis ví-ri-um: Ad te revérsis éxhibe Remissi-ó-nis grá-ti-am. 3. Multum quidem peccávimus, Sed párce confi-téntibus : Ad nómi-nis láudem tú-i, Cónfer medé-lam lánguidis. 4. Concéde nóstrum cónteri Córpus per abstinénti-am, Cúlp*ae* ut re-línquant pábulum Jejú-na córda críminum. 5. Praésta

be-á-ta Tríni-tas, Concéde símplex Uni-tas : Ut fructu-ó-sa sint tú-is Je-juni-ó-rum mú-nera. Amen.

℣. Angelis súis Déus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus víis túis.

Ad Magnif. Ant. 8. G*

Ecce nunc * témpus acceptábi-le, ecce nunc dí-es salú-tis : in his ergo di-ébus exhibe-ámus nos sicut Dé- i minístros, in múlta pa-ti-énti-a, in je-jú-ni-is, in vigí-li-is, et in ca-ri-tá-te non fícta. E u o u a e.


Cant. Magníficat. 8. G*. 217. — *Oratio.* Deus, qui Ecclésiam. 475.

Tonus Hymni ad Completorium.


2.

Te lú-cis ante términum, Rérum Cre-á-tor, pósci-mus, Ut pro tú-a cleménti-a, Sis praésul et custódi-a.


2. Procul re-cédant sómni-a, Et nócti-um phantásmata :



Hostémque nóstrum cómprime, Ne pollu- ántur córpora.



3. Praésta, Pá-ter pi- íssime, Patríque cómpar Unice, Cum



Spí-ri-tu Parácli-to, Régnans per ómne saécu-lum. Amen.

¶ *Hic tonus servatur ad Completorium usque ad Dominicam Passionis, etiam in Festis Sanctorum, nisi aliter notetur.*

Sabbato Quatuor Temporum.

AD VESPERAS.

Psalmi et Antiphonae de Sabbato, 284.


Capitulum. Fratres : Rogámus vos. *ut infra,* 489. *Hymnus.* Audi benígne Cónditor. 482. ℣. Angelis súis. *Ad Magnificat. Ant.* Visiónem. 489. *Oratio.* Deus, qui cónspicis. 485.

Dominica II. in Quadragesima.


Ad Primam. *Ant.* Dómine, bónum est. *ut infra ad Tertiam.*

AD TERTIAM


Ant. 1. g 2



D Omine, * bónum est nos hic ésse : si vis, fa-



ci- ámus hic trí- a tabernácu-la : tí-bi únum, Mó-y-si




únum, et E-lí- ae ú-num. E u o u a e.


Capitulum. Fratres : Rogámus vos. *e Vesperis,* 489. ℟. *br.* Ipse liberávit me. ℣. Scápulis. 243.

AD MISSAM.


Intr. 4.




R Emi-níscere * mi- se-ra-ti-ó-num tu- á-rum,




Dómi- ne, et mi-se-ri-cór-di-ae tú- ae, quae a saé-



culo sunt : ne unquam domi-néntur nó-bis in-imí-ci




nó- stri : líbera nos Dé-us Is-ra- el ex ómni-



bus angú- sti- is nó- stris. *Ps.* Ad te Dómine



levávi á-nimam mé-am : * Dé- us mé-us in te confído,



non e-rubéscam. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui cónspicis omni nos virtúte destítui : intérius exteriúsque custódi ; † ut ab ómnibus adversitátibus muniámur in córpore, * et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. Omnípotens sempitérne Deus. 469.


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

1. Thess. 4.


Fratres : Rogámus vos, et obsecrámus in Dómino Jesu, ut quemádmodum accepístis a nobis quómodo opórteat vos ambuláre, et placére Deo, sic et ambulétis, ut abundétis magis. Scitis enim quae praecépta déderim vobis per Dóminum Jesum. Haec est enim volúntas Dei, sanctificátio vestra : ut abstineátis vos a fornicatióne, ut

sciat unusquísque vestrum vas suum possidére in sanctificatióne, et honóre : non in passióne desidérii, sicut et gentes, quae ignórant Deum : et ne quis supergrediátur, neque circumvéniat in negótio fratrem suum : quóniam vindex est Dóminus de his ómnibus, sicut praedíximus vobis, et testificáti sumus. Non enim vocávit nos Deus in immundítiam, sed in sanctificatiónem : in Christo Jesu Dómino nostro.

Grad. 5.



Tract. 2.




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.**
Matth. 17.


IN illo témpore : Assúmpsit Jesus Petrum, et Jacóbum, et Joánnem fratrem ejus, et duxit illos in montem excélsum seórsum : et transfigurátus est ante eos. Et resplénduit fácies ejus sicut sol : vestiménta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuérunt illis Móyses et Elías cum eo loquéntes. Respóndens autem Petrus, dixit ad Jesum :

Dómine, bonum est nos hic esse : si vis, faciámus hic tria tabernácula, tibi unum, Móysi unum, et Elíae unum. Adhuc eo loquénte, ecce nubes lúcida obumbrávit eos. Et ecce vox de nube, dicens : Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi bene complácui : ipsum audíte. Et audiéntes discípuli, cecidérunt in fáciem suam, et timuérunt valde. Et accéssit Jesus, et tétigit eos, dixítque eis : Súrgite, et nolíte timére. Levántes autem óculos suos, néminem vidérunt, nisi solum Jesum. Et descendéntibus illis de monte, praecépit eis Jesus, dicens : Némini dixéritis visiónem, donec Fílius hóminis a mórtuis resúrgat. Credo.


Offert. 2.




M Edi-tá- bor * in mandá- tis tú- is,



quae di-lé- xi valde : et levá- bo má- nus mé-



as ad mandá- ta tú- a, quae di-lé-




xi.

Secreta.


Sacrifíciis praeséntibus, Dómine quaésumus, inténde placátus : ut et devotióni nostrae profíciant, et salúti. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. Deus, cui soli. 472.


Comm. 5.



I Ntél-lige * clamó-rem mé- um : inténde vó- ci



ora-ti- ó- nis mé-ae, Rex mé- us, et Dé- us mé-



us : quóni- am ad te orábo, Dó- mi- ne.


Postcommunio.

Supplices te rogámus, omnípotens Deus : ut, quos tuis réficis sacraméntis, tibi étiam plácitis móribus dignánter deservíre concédas. Per Dóminum nostrum.


2. Múndet et múniat. 450. — 3. Puríficent nos. 473.

AD SEXTAM.

Ant. 4. A *



F Aci-ámus hic * trí- a tabernácula : tíbi únum,



Mó-y-si ú-num, et Elí-ae ú-num. E u o u a e.

Capitulum. *1. Thess. 4.*

Haec est enim volúntas Dei, sanctificátio vestra : † ut abstineátis vos a fornicatióne, * ut sciat unusquísque vestrum vas suum possidére in sanctificatióne et honóre.

℟. *br.* Scápulis súis. ℣. Scúto. 249.

AD NONAM.

Ant. Visiónem. *ut infra.*

Capitulum. *1. Thess. 4. b.*

Non enim vocávit nos Deus in immundítiam, † sed in sanctificatiónem, * in Christo Jesu Dómino nostro.

℟. *br.* Scúto. ℣. Angelis súis. 253.

AD VESPERAS.


Antiphonae et Psalmi de Dominica, 256.

Capitulum. *1. Thess. 4.*

Fratres : Rogámus vos, et obsecrámus in Dómino Jesu : † ut quemádmodum accepístis a nobis quómodo vos opórteat ambuláre, et placére Deo : * sic et ambulétis, ut abundétis magis.

Hymnus. Audi benígne Cónditor. 482. ℣. Angelis súis.

Ad Magnif. Ant. 1. f



V I-si-ónem * quam vi-dístis, némini dixé-ri-

tis, do-nec a mórtu- is resúrgat Fí- li- us hómi-nis.

E u o u a e. *Cant.* Magníficat. 1. f. 212.

Oratio. Deus, qui cónspicis. 485.

Sabbato ante Dominicam III. Quadragesimae.

AD VESPERAS.

Psalmi et Antiphonae de Sabbato, 284.

Capitulum. Fratres : Estóte. *ut infra*, 496. *Hymnus.* Audi benígne. 482. ℣. Angelis súis.

Ad Magnif. Ant. 8. G

DIxit autem páter * ad sérvos sú- os : Ci- to proférte stó-lam prímam, et indú- i-te íllum, et dáte ánnulum in mánu é-jus, et calce-aménta in pé-des é-jus.

E u o u a e. *Cant.* Magníficat. 8. G. 217.

Oratio. Quaésumus. 492.

Dominica III. in Quadragesima.

AD PRIMAM.

Ant. 1. g

ET cum eje- císset * Jésus daemó-ni- um, lo-cútus est

mútus, et admi-rátae sunt túrbae. E u o u a e.

AD TERTIAM.

Ant. 8. a

SI in dí-gi-to Dé- i * e-jí-ci- o daemó-ni- a, profécto vé- nit in vos régnum Dé- i. E u o u a e.

Capitulum. Fratres : Estóte. *e Vesperis*, 496. ℟. *br.* Ipse liberávit me. ℣. Scápulis. 243.

AD MISSAM.

Intr. 7.

O-cu-li mé- i * sem- per ad Dó-mi-num, qui- a ípse evél- let de láque-o pédes mé- os : réspi-ce in me, et mi-seré- re mé- i, quóni- am úni- cus et páu- per sum é-go. *Ps.* Ad te Dómi-ne levávi ánimam mé- am : * Dé- us mé-us, in te confído, non e-rubé-scam. Gló- ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

Quaésumus omnípotens Deus, vota humílium réspice : † atque ad defensiónem nostram, * déxteram tuae majestátis exténde. Per Dóminum.


2. A cunctis. 446. — 3. Omnípotens sempitérne Deus. 469.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Ephesios. *Ephes. 5.*

Fratres : Estóte imitatóres Dei, sicut fílii caríssimi : et ambuláte in dilectióne, sicut et Christus diléxit nos, et trádidit semetípsum pro nobis oblatiónem, et hóstiam Deo in odórem suavitátis. Fornicátio autem, et omnis immundítia, aut avarítia, nec nominétur in vobis, sicut decet sanctos : aut turpitúdo, aut stultilóquium, aut scurrílitas, quae ad rem non pértinet ; sed magis gratiárum áctio. Hoc enim scitóte intelligéntes, quod omnis fornicátor, aut immúndus, aut avárus, quod est idolórum sérvitus, non habet haereditátem in regno Christi et Dei. Nemo vos sedúcat inánibus verbis : propter haec enim venit ira Dei in fílios diffidéntiae. Nolíte ergo éffici partícipes eórum. Erátis enim aliquándo ténebrae ; nunc autem lux in Dómino. Ut fílii lucis ambuláte : fructus enim lucis est in omni bonitáte, et justítia, et veritáte.

Grad. 8.





Tract. 8.

Dóminum Dé- um nó- strum, do-nec mi- se-re- átur nó-stri. ℣. Mi-se-ré- re nó- bis Dó- mi-ne, mi- se- ré-re * nó- bis.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 11. b.*

IN illo témpore : Erat Jesus ejíciens daemónium, et illud erat mutum. Et cum ejecísset daemónium, locútus est mutus, et admirátae sunt turbae. Quidam autem ex eis dixérunt : In Beélzebub príncipe daemoniórum éjicit daemónia. Et álii tentántes, signum de caelo quaerébant ab eo. Ipse autem ut vidit cogitatiónes eórum, dixit eis : Omne regnum in seípsum divísum desolábitur, et domus supra domum cadet. Si autem et sátanas in seípsum divísus est, quómodo stabit regnum ejus? quia dícitis in Beélzebub me ejícere daemónia. Si autem ego in Beélzebub ejício daemónia : fílii vestri in quo ejíciunt? Ideo ipsi júdices vestri erunt. Porro si in dígito Dei ejício daemónia : profécto pervénit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus custódit átrium suum, in pace sunt ea quae póssidet. Si autem fórtior eo supervéniens vícerit eum, univérsa arma ejus áuferet, in quibus confidébat, et spólia ejus distríbuet. Qui non est mecum, contra me est : et qui non cólligit mecum, dispérgit. Cum immúndus spíritus exíerit de hómine, ámbulat per loca inaquósa, quaerens réquiem : et non invéniens, dicit : Revértar in domum meam, unde exívi. Et cum vénerit, ínvenit eam scopis mundátam, et ornátam. Tunc vadit, et assúmit septem álios spíritus secum nequióres se, et ingréssi hábitant ibi. Et fiunt novíssima hóminis illíus pejóra prióribus. Factum est autem, cum haec díceret : extóllens vocem quaedam múlier de turba, dixit illi : Beátus venter, qui te portávit, et úbera, quae suxísti. At ille dixit : Quinímmo beáti, qui áudiunt verbum Dei, et custódiunt illud. Credo.

Offert. 4.

Justí-ti- ae Dómi- ni * ré- ctae, lae-

ti- ficántes cór- da, et dulci- ó- ra super mel et fá- vum : nam et sérvus tú- us custó- di- et é- a.

Secreta.

HAec hóstia, Dómine quaésumus, emúndet nostra delícta : et ad sacrifícium celebrándum, subditórum tibi córpora, mentésque sanctíficet. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. Deus, cui soli. 472.

Comm. 1.

PAsser * invénit sí-bi dómum, et túrtur nídum, ubi repó- nat púl-los sú- os : altá- ri- a tú- a Dómine vir- tú- tum, Rex mé- us, et Dé- us mé- us : be- á-ti qui hábi-tant in dómo tú- a, in saé-cu-lum saé-cu- li lau- dábunt te.


Postcommunio.

A Cunctis nos, quaésumus Dómine, reátibus et perículis propitiátus absólve : quos tanti mystérii tríbuis esse partícipes. Per Dóminum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. Puríficent nos. 473.

AD SEXTAM.

Ant. 1. f




Capitulum. *Ephes. 5. b.*

HOC enim scitóte intelligéntes : † quod omnis fornicátor, aut immúndus, aut avárus, quod est idolórum sérvitus, * non habet hereditátem in regno Christi et Dei.

℟. *br.* Scápulis súis. ℣. Scúto. 249.

AD NONAM.

Ant. 1. f



Capitulum. *Ephes. 5. c.*

ERátis enim aliquándo ténebrae : nunc autem lux in Dómino : † ut fílii lucis ambuláte : * fructus enim lucis est in omni bonitáte, et justítia, et veritáte.

℟. *br.* Scúto. ℣. Angelis súis. 253.

AD VESPERAS.


Antiphonae et Psalmi de Dominica, 256.

Capitulum. *Ephes. 5.*

FRatres : Estóte imitatóres Dei, sicut fílii caríssimi : † et ambuláte in dilectióne, sicut et Christus diléxit nos, et trádidit semetípsum pro nobis, * oblatiónem et hóstiam Deo in odórem suavitátis.

Hymnus. Audi benígne Cónditor. 482. ℣. Angelis súis.

Ad Magnif. Ant. 8. G



Cant. Magníficat. 8. G. 217. — *Oratio.* Quaésumus. 492.

Sabbato ante Dominicam IV. Quadragesimae.


AD VESPERAS.

Psalmi et Antiphonae de Sabbato, 284.

Capitulum. Fratres : Scriptum est. 503.

Hymnus. Audi benígne Cónditor. 482. ℣. Angelis súis.

Ad Magnif. Ant. 3. a



Cant. Magníficat. 3. a. 214.

Oratio. Concéde, quaésumus. 499.

Dominica IV. in Quadragesima.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f

A Ccépit ergo * Jésus pánes, et cum grá-ti- as egís- set, distríbu- it discumbéntibus. E u o u a e.

AD TERTIAM.

Ant. 1.

D E quinque pánibus * et du-óbus píscibus sa-ti- á- vit Dóminus quinque mílli- a hóminum. E u o u a e.

Capitulum. Fratres : Scriptum est. *e Vesperis.* 503. ℟. *br.* Ipse liberávit me. ℣. Scápulis súis. 243.

AD MISSAM.

Intr. 5.

L Aetá- re * Jerúsa-lem : et convén-tum fá- ci- te ómnes qui di- lí-gi- tis é- am : gau- dé-te cum lae-tí- ti- a, qui in tristí- ti- a fu-

í- stis : ut exsulté- tis, et sa-ti- é- mi- ni ab ubé- ribus conso-la-ti- ó- nis vé- strae. *Ps.* Laetá- tus sum in his quae dícta sunt mí-hi : * in dómum Dó- mini íbimus. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

Concéde, quaésumus omnípotens Deus : † ut, qui ex mérito nostrae actiónis afflígimur, * tuae grátiae consolatióne respirémus. Per Dóminum.


2. A cunctis. 446. — 3. Omnípotens. 469.


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Galatas. *Gal. 4. c.*

Fratres : Scriptum est : Quóniam Abraham duos fílios hábuit : unum de ancílla, et unum de líbera. Sed qui de ancílla, secúndum carnem natus est : qui autem de líbera, per repromissiónem : quae sunt per allegoríam dicta. Haec enim sunt duo testaménta. Unum quidem in monte Sina, in servitútem génerans : quae est Agar : Sina enim mons est in Arábia, qui conjúnctus est ei, quae nunc est Jerúsalem, et servit cum fíliis suis. Illa autem, quae sursum est Jerúsalem, líbera est, quae est mater nostra. Scriptum est enim : Laetáre stérilis, quae non paris : erúmpe, et clama quae non párturis : quia multi fílii desértae, magis quam ejus, quae habet virum. Nos autem, fratres, secúndum Isaac promissiónis fílii sumus. Sed quómodo tunc is, qui secúndum carnem natus fúerat, persequebátur eum, qui secúndum spíritum : ita et nunc. Sed quid dicit Scriptúra? Ejice ancíllam, et fílium ejus : non enim haeres erit fílius ancíllae cum fílio líberae. Itaque, fratres, non sumus ancíllae fílii, sed líberae : qua libertáte Christus nos liberávit.

Grad. 7.


L Ae-tá-tus sum * in his quae dí-cta sunt





✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joañ. 6.*

IN illo témpore : Abiit Jesus trans mare Galilaéae, quod est Tiberíadis : et sequebátur eum multitúdo magna, quia vidébant signa, quae faciébat super his, qui infirmabántur. Subiit ergo in montem Jesus : et ibi sedébat cum discípulis suis. Erat autem próximum Pascha, dies festus Judaeórum. Cum sublevásset ergo óculos Jesus, et vidísset quia multitúdo máxima venit ad eum, dixit ad Philíppum : Unde emémus panes, ut mandúcent hi? Hoc autem dicébat tentans eum : ipse enim sciébat quid esset factúrus. Respóndit ei Philíppus : Ducentórum denariórum panes non suffíciunt eis, ut unusquísque módicum quid accípiat. Dicit ei unus ex discípulis ejus, Andréas, frater Simónis Petri : Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeáceos, et duos pisces : sed haec quid sunt inter tantos? Dixit ergo Jesus : Fácite hómines discúmbere. Erat autem foenum multum in loco. Discubuérunt ergo viri, número quasi quinque míllia. Accépit ergo Jesus panes : et cum grátias egísset, distríbuit discumbéntibus : simíliter et ex píscibus quantum volébant. Ut autem impléti sunt, dixit discípulis suis : Collígite quae superavérunt fragménta, ne péreant. Collegérunt ergo, et implevérunt duódecim cóphinos fragmentórum ex quinque pánibus hordeáceis quae superfuérunt his, qui manducáverant. Illi ergo hómines cum vidíssent quod Jesus fécerat signum, dicébant : Quia hic est vere Prophéta, qui ventúrus est in mundum. Jesus ergo cum cognovísset, quia ventúri essent ut ráperent eum, et fácerent eum regem, fugit íterum in montem ipse solus. Credo.




Secreta.

SAcrifíciis praeséntibus, Dómine quaésumus, inténde placátus : ut et devotióni nostrae profíciant, et salúti. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. Deus, cui soli. 472.

Comm. 4.




Postcommunio.

DA nobis, quaésumus miséricors Deus : ut sancta tua, quibus incessánter explémur, sincéris tractémus obséquiis, et fidéli semper mente sumámus. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. Puríficent nos. 473.

AD SEXTAM.

Ant. 4. A*




Capitulum. *Galat. 4. d.*

LAetáre stérilis quae non paris : † erúmpe et clama quae non párturis : * quia multi fílii desértae, magis quam ejus quae habet virum.

℟. *br.* Scápulis súis. ℣. Scúto. 249.

AD NONAM.

Ant. 1. D



Capitulum. *Galat. 4. d.*

ITaque, fratres, non sumus ancíllae fílii, sed líberae : * qua libertáte Christus nos liberávit.

℟. *br.* Scúto. ℣. Angelis súis. 253.

AD VESPERAS.


Antiphonae et Psalmi de Dominica, 256.

Capitulum. *Galat. 4. c.*

FRatres : Scriptum est quóniam Abraham duos fílios hábuit : unum de ancílla, et unum de líbera : † sed qui de ancílla, secúndum carnem natus est : qui autem de líbera, per repromissiónem : * quae sunt per allegóriam dicta.

Hymnus. Audi benígne Cónditor. 482. ℣. Angelis súis.

Ad Magnif. Ant. 1. g



Cant. Magníficat. 1. g. 212. — *Oratio.* Concéde. 499.

Sabbato ante Dominicam Passionis.

AD VESPERAS.

Psalmi et Antiphonae de Sabbato, 284.
Capitulum. Fratres : Christus assístens. *ut infra,* 511.
Hymnus. Vexílla Régis. 511. ℣. Eripe me.

Ad Magnif. Ant. 8. G

E-go sum * qui testimóni-um perhíbe-o de me-ípso : et testimóni-um pérhibet de me, qui mí-sit me Pá-ter. E u o u a e. *Cant.* Magníficat. 8. G. 217.

Oratio. Quaésumus omnípotens. 506.

¶ *Ab his Vesperis usque ad Festum Ss. Trinitatis inclusive, omittitur commemoratio seu Suffragium de Omnibus Sanctis.*

Ad Completorium *Hymnus cantatur ut infra,* 513.

DOMINICA DE PASSIONE.

AD PRIMAM.

Hymnus cantatur in tono infrascripto ad Tertiam.

Ant. 8. c

E-go * daemóni-um non hábe-o, sed honorí-fi-co Pátrem mé-um, dí-cit Dóminus. E u o u a e.

In ℟. *br.* Chríste Fíli Déi vívi, *non dicitur* ℣. Glória Pátri, *sed ejus loco statim repetitur* ℟. Chríste, *etc. Quod servandum est toto Tempore Passionis, praeterquam in Festis Sanctorum, in quibus dicitur* ℣. Glória Pátri, *more consueto.*

Ad Absolutionem Capituli, Lectio brevis. Fáciem méam. 239. *Et dicitur in Officio de Tempore usque ad Feriam V. in Coena Domini exclusive.*

AD TERTIAM.

2.

N Unc Sáncte nó-bis Spí-ri-tus, Unum Pátri cum Fí-li-o, Dignáre prómptus ínge-ri, Nóstro re-fúsus pécto-ri.

Os, língua, mens, sénsus, vígor
Confessiónem pérsonent :
Flamméscat ígne cáritas,
Accéndat árdor próximos.

Praésta, Páter píissime,
Patríque cómpar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Régnans per ómne saéculum.
Amen.

Hic tonus servatur ad Horas usque ad Fer. V. in Coena Domini etiam in Festis Sanctorum, nisi aliter notetur.

Ant. 8. c

E-go * glóri-am mé-am non quaé-ro : est qui quaérat, et júdicet. E u o u a e.

Capitulum. Fratres : Christus assístens. *e Vesperis,* 511. ℟. *br.* Erue a frámea. ℣. De óre leónis. 244.

AD MISSAM.

Intr. 4.

J U-di-ca me * Dé-us, et dis-cérne cáu-sam mé-am de génte non sán-cta : ab hómine in-í-quo et do-ló-so é-ripe me : qui-a tu es Dé-

us mé- us, et forti-tú- do mé- a. *Ps.* Emítte lúcem tú-am, et ve-rí-tátem tú-am : * ípsa me deduxé-runt, et adduxérunt in móntem sánctum tú-um, et in taberná-cu-la tú-a. Jú-di-ca.

Non dicitur Glória Pátri *ad Introitum usque ad Pascha, nisi in Missa de Festo, si occurrerit : sed finito Psalmo, absolute repetitur Introitus usque ad Psalmum.*

Oratio.

Quaésumus omnípotens Deus, famíliam tuam propítius réspice : † ut te largiénte regátur in córpore ; * et te servánte custodiátur in mente. Per Dóminum.

2. *pro Ecclesia vel pro Papa,* 296.

Non dicitur tertia Oratio.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Hebraeos. *Hebr. 9. c.*

Fratres : Christus assístens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manufáctum, id est, non hujus creatiónis; neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, aetérna redemptióne invénta. Si enim sanguis hircórum et taurórum, et cinis vítulae aspérsus, inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis; quanto magis sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti? Et ídeo novi testaménti mediátor est : ut morte intercedénte, in redemptiónem eárum praevaricatiónum, quae erant sub prióri testaménto, repromissiónem accípiant, qui vocáti sunt aetérnae haereditátis, in Christo Jesu Dómino nostro.


Grad. 3.

Eri- pe me * Dó- mi-ne, de in-imí- cis mé- is :

dóce me fá- ce-re vo-luntá- tem tú- am. ℣. Libe-rá-tor mé- us, Dó- mi-ne, de génti- bus i-racún- dis : ab insurgénti- bus in me ex-altá- bis me : a ví-ro in-íquo * e-rí-pi- es me

Tract 8.


Saepe * expugna-vé-runt me a ju- ven-tú-te mé- a. ℣. Dí- cat nunc Isra-el : saepe expugna- vé-



✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joan. 8. f.*

In illo témpore : Dicébat Jesus turbis Judaeórum : Quis ex vobis árguet me de peccáto? Si veritátem dico vobis, quare non créditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Proptérea vos non audítis, quia ex Deo non estis. Respondérunt ergo Judaéi, et dixérunt ei : Nonne bene dícimus nos quia Samaritánus es tu, et daemónium habes? Respóndit Jesus : Ego daemónium non hábeo : sed honorífico Patrem meum, et vos inhonorástis me. Ego autem non quaero glóriam meam : est qui quaerat, et júdicet. Amen, amen dico vobis : si quis sermónem meum serváverit, mortem non vidébit in aetérnum. Dixérunt ergo Judaéi : Nunc cognóvimus quia daemónium habes. Abraham mórtuus est, et prophétae : et tu dicis : Si quis sermónem meum serváverit, non gustábit mortem in aetérnum. Numquid tu major es patre nostro Abraham, qui mórtuus est? et prophétae mórtui sunt. Quem teípsum facis? Respóndit Jesus : Si ego glorífico meípsum, glória mea


nihil est : est Pater meus, qui gloríficat me, quem vos dícitis quia Deus vester est, et non cognovístis eum : ego autem novi eum : et si díxero, quia non scio eum, ero símilis vobis, mendax. Sed scio eum, et sermónem ejus servo. Abraham pater vester exsultávit, ut vidéret diem meum : vidit, et gavísus est. Dixérunt ergo Judaéi ad eum : Quinquagínta annos nondum habes, et Abraham vidísti? Dixit eis Jesus : Amen, amen dico vobis, ántequam Abraham fíeret, ego sum. Tulérunt ergo lápides, ut jácerent in eum. Jesus autem abscóndit se, et exívit de templo. Credo.



Secreta.

Haec múnera, quaésumus Dómine, et víncula nostrae pravitátis absólvant, et tuae nobis misericórdiae dona concílient. Per Dóminum nostrum.

2. *pro Ecclesia, vel pro Papa,* 299. — *Praefatio de Cruce,* 7.



dí- cit Dómi- nus : hoc fá- ci-te, quo-ti- escúmque sú-

mi- tis, in mé- am commemo-ra-ti- ó-nem.

Postcommunio.

ADésto nobis, Dómine Deus noster : et quos tuis mystériis recreásti, perpétuis defénde subsídiis. Per Dóminum.

2. pro Ecclesia, vel pro Papa, 300.

AD SEXTAM.

Ant. 1. f

A-men, amen díco vóbis : * si quis sermónem mé-um

servá- ve- rit, mórtem non gustá- bit in ae-térnum.

E u o u a e.

Capitulum. *Hebr. 9. d.*

SI enim sanguis hircórum et taurórum, et cinis vítulae aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis : † quanto magis sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, * emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti?

℟. *br.* De óre leónis. ℣. Ne pérdas. 249.

AD NONAM.

Ant. 1. g

TU-lérunt * lápides Judaé-i, ut jácerent in é- um :

Jé-sus autem abscóndit se, et exí-vit de témplo.

E u o u a e.

Capitulum. *Hebr. 9. d.*

ET ídeo novi Testaménti mediátor est : ut morte intercedénte, in redemptiónem eárum praevaricatiónum, quae erant sub prióri Testaménto, † repromissiónem accípiant qui vocáti sunt aetérnae haereditátis, * in Christo Jesu Dómino nostro.

℟. *br.* Ne pérdas cum ímpiis. ℣. Eripe me. 253.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Dominica, 256.

Capitulum. *Hebr. 9. c.*

FRatres : Christus assístens póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manufáctum, id est, non hujus creatiónis : † neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, * aetérna redemptióne invénta.

Hymn. 1.


VExíl-la Ré- gis pród-e- unt : Fúlget Crú-cis mysté-

ri- um, Qua ví-ta mórtem pértu-lit, Et mór- te ví- tam pró-


tu-lit. 2. Quae vulne-rá- ta lánce- ae Mucróne dí-ro, crími-

num Ut nos lavá-ret sórdibus, Ma-ná- vit únd*a* et sán-

guine. 3. Implé-ta sunt quae cón-ci-nit Dávid fidé- li cár-




℣. Eripe me Dómine ab hómine málo.
℟. A víro iníquo éripe me.



Cant. Magníficat. 2. D. 213. — *Oratio.* Quaésumus omnípotens. 506.

¶ *Omittitur Suffragium de Omnibus Sanctis usque ad festum Ss. Trinitatis.*

Tonus Hymni ad Completorium.



Hic tonus servatur ad Completorium usque ad Fer. V. in Coena Domini, etiam in Festis Sanctorum, nisi aliter notetur.


¶ *Ab hac die usque ad Feriam V. in Coena Domini, ad Completorium, quando fit Officium de Tempore, in* ℟. *brevi non dicitur* ℣. Glória Pátri, *sed ejus loco statim repetitur* ℟. In mánus túas.

Sabbato ante Dominicam in Palmis.

AD VESPERAS.

Psalmi et Antiphonae de Sabbato, 284.

Capitulum. Fratres : Hoc enim sentíte. *ut infra,* 538. *Hymnus.* Vexílla Régis. 511. ℣. Eripe me.



Cant. Magníficat. 4. E. 215. — *Oratio.* Omnípotens sempitérne. 527.


DOMINICA IN PALMIS.

Ad Primam. *Ant.* Púeri Hebraeórum portántes. 519.

AD TERTIAM.

Ant. Púeri Hebraeórum vestiménta. 519. *Capitulum.* Fratres : Hoc enim sentíte. *e Vesperis,* 538. ℟. *br.* Erue a frámea. ℣. De óre leónis. 244.

Completa Tertia, et facta aspersione aquae, more solito, Sacerdos procedit ad benedicendum Ramos palmarum, et olivarum, sive aliarum arborum, in medio ante Altare, vel ad cornu Epistolae positos. Et primo cantatur e Choro Antiphona.



Deinde Sacerdos dicit :

Oratio.


Deus, quem dilígere et amáre justítia est, ineffábilis grátiae tuae in nobis dona multíplica : et qui fecísti nos in morte Fílii tui speráre quae crédimus; fac nos eódem resurgénte perveníre quo téndimus. Qui tecum vivit.


Postea Subdiaconus cantat sequentem Lectionem in tono Epistolae


Lectio libri Exodi. ***Exodi 15. d. et 16.***

In diébus illis : Venérunt fílii Israel in Elim, ubi erant duódecim fontes aquárum, et septuagínta palmae : et castrametáti sunt juxta aquas. Profectíque sunt de Elim, et venit omnis multitúdo filiórum Israel in desértum Sin, quod est inter Elim et Sínai : quintodécimo die mensis secúndi, postquam egréssi sunt de terra Aegýpti. Et murmurávit omnis congregátio filiórum Israel contra Móysen et Aaron in solitúdine. Dixerúntque fílii Israel ad eos : Utinam mórtui essémus per manum Dómini in terra Aegýpti, quando sedebámus super ollas cárnium, et comedebámus panem in saturitáte : cur eduxístis nos in desértum istud, ut occiderétis omnem multitúdinem fame? Dixit autem Dóminus ad Móysen : Ecce, ego pluam vobis panes de caelo : egrediátur pópulus, et cólligat quae sufficiunt per síngulos dies : ut tentem eum, utrum ámbulet in lege mea, an non. Die autem sexto parent quod ínferant : et sit duplum, quam collígere solébant per síngulos dies. Dixerúntque Móyses et Aaron ad omnes fílios Israel : Véspere sciétis, quod Dóminus edúxerit vos de terra Aegýpti : et mane vidébitis glóriam Dómini.

Deinde cantatur pro Graduali unus e sequentibus Responsoriis.







Deinde Diaconus cantat Evangelium, ut infra, more consueto.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 21.*

In illo témpore : Cum appropinquásset Jesus Jerosólymis, et venísset Béthphage ad montem Olivéti : tunc misit duos discípulos suos, dicens eis : Ite in castéllum, quod contra vos est, et statim inveniétis ásinam alligátam, et pullum cum ea : sólvite, et addúcite mihi : et si quis vobis áliquid díxerit, dícite, quia Dóminus his opus habet, et conféstim dimíttet eos. Hoc autem totum factum est, ut adimplerétur quod dictum est per Prophétam, dicéntem : Dícite filiæ Sion : Ecce Rex tuus venit tibi mansuétus, sedens super ásinam, et pullum fílium subjugális. Eúntes autem discípuli, fecérunt sicut praecépit illis Jesus. Et adduxérunt ásinam, et pullum : et imposuérunt super eos vestiménta sua, et eum désuper sedére fecérunt. Plúrima autem turba stravérunt vestiménta sua in via : álii autem caedébant ramos de arbóribus, et sternébant in via : turbae autem, quae praecedébant, et quae sequebántur, clamábant, dicéntes : Hosánna fílio David : benedíctus, qui venit in nómine Dómini.

Post haec benedicuntur Rami.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Oratio.

Orémus.

Auge fidem in te sperántium, Deus, et súpplicum preces cleménter exáudi : véniat super nos múltiplex misericórdia tua : bene✠dicántur et hi pálmites palmárum, seu olivárum : et sicut in figúra

Ecclésiae multiplicásti Noe egrediéntem de arca, et Móysen exeúntem de Aegýpto cum fíliis Israel; ita nos portántes palmas, et ramos olivárum, bonis áctibus occurrámus óbviam Christo : et per ipsum in gáudium introeámus aetérnum : Qui tecum vivit.

℣℣. et ℟℟. ad Praefationem in tono feriali, 103.

Vere dignum et justum est, aequum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus. Qui gloriáris in consílio sanctórum tuórum. Tibi enim sérviunt creatúrae tuae : quia te solum auctórem et Deum cognóscunt, et omnis factúra tua te colláudat, et benedícunt te sancti tui. Quia illud magnum Unigéniti tui nomen coram régibus et potestátibus hujus saéculi líbera voce confiténtur. Cui assístunt Angeli et Archángeli, Throni et Dominatiónes : cumque omni milítia caeléstis exércitus, hymnum glóriae tuae cóncinunt, sine fine dicéntes.

Et cantatur Sánctus *a Choro ut in Feriis Quadragesimae,* 61.

Oratio.

Orémus.

Petimus, Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus : ut hanc creatúram olívae, quam ex ligni matéria prodíre jussísti, quamque colúmba rédiens ad arcam próprio pértulit ore, bene✠dícere, et sancti✠ficáre dignéris; ut quicúmque ex ea recéperint, accípiant sibi protectiónem ánimae et córporis : fiátque, Dómine, nostrae salútis remédium, tuae grátiae sacraméntum. Per Dóminum. ℟. Amen.

Orémus.

Deus, qui dispérsa cóngregas, et congregáta consérvas : qui pópulis óbviam Jesu ramos portántibus benedixísti : béne✠dic étiam hos ramos palmae et olívae, quos tui fámuli ad honórem nóminis tui fidéliter suscípiunt; ut in quemcúmque locum introdúcti fúerint, tuam benedictiónem habitatóres loci illíus consequántur; et omni adversitáte effugáta, déxtera tua prótegat quos redémit Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster : Qui tecum vivit.

Orémus.

Deus, qui miro dispositiónis órdine, ex rebus étiam insensibílibus, dispensatiónem nostrae salútis osténdere voluísti : da, quaésumus; ut devóta tuórum corda fidélium salúbriter intélligant, quid mýstice desígnet in facto, quod hódie caelésti lúmine affláta, Redemptóri óbviam procédens, palmárum atque olivárum ramos vestígiis ejus turba substrávit. Palmárum ígitur rami de mortis príncipe triúmphos expéctant; súrculi vero olivárum, spirituálem unctiónem advenísse quodámmodo clamant. Intelléxit enim jam tunc illa hóminum beáta multitúdo praefigurári : quia Redémptor noster humánis cóndolens misériis, pro totíus mundi vita cum mortis príncipe esset pugnatúrus, ac moriéndo triumphatúrus. Et ídeo tália óbsequens administrávit, quae in illo, et triúmphos victóriae, et misericórdiae pinguédinem declarárent. Quod nos quoque plena fide, et factum et significátum retinéntes, te, Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus, per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum supplíciter exorámus : ut in ipso, atque per ipsum, cujus nos membra fíeri voluísti, de mortis império victóriam reportántes, ipsíus gloriósae resurrectiónis partícipes esse mereámur : Qui tecum vivit.

Orémus.

Deus, qui per olívae ramum, pacem terris colúmbam nuntiáre jussísti : praesta, quaésumus; ut hos olívae, ceterarúmque árborum ramos, caelésti bene✠dictióne sanctífices : ut cuncto pópulo tuo profíciant ad salútem. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

Bene✠dic, quaésumus Dómine, hos palmárum, seu olivárum ramos : et praesta; ut quod pópulus tuus in tui veneratiónem hodiérna die corporáliter agit, hoc spirituáliter summa devotióne perfíciat, de hoste victóriam reportándo, et opus misericórdiae summópere diligéndo. Per Dóminum.

Hic Celebrans ponit incensum in thuribulum, deinde ter aspergit Ramos aqua benedicta, dicendo Ant. Aspérges me, *sine cantu, et sine Psalmo : et ter adolet incenso. Postea dicit :*


℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.


Deus, qui Fílium tuum Jesum Christum Dóminum nostrum pro salúte nostra in hunc mundum misísti, ut se humiliáret ad nos, et nos revocáret ad te : cui étiam, dum Jerúsalem veníret, ut adimpléret Scriptúras, credéntium populórum turba, fidelíssima devotióne vestiménta sua cum ramis palmárum in via sternébant : praesta, quaésumus; ut illi fídei viam praeparémus, de qua, remóto lápide offensiónis, et petra scándali, fróndeant apud te ópera nostra justítiae ramis : ut ejus vestígia sequi mereámur : Qui tecum vivit.

Completa benedictione, Celebrans distribuit Ramos. Et cum inceperit distribuere, a Choro cantantur sequentes Antiphonae.


Ant. 1. f



Pu-e-ri Hebrae-órum, * portántes rámos o- livárum,




obvi- avérunt Dómi-no, clamán-tes, et di-céntes : Hosán-




na in excél-sis. E u o u a e.


Alia Ant. 1. f



Pu-e-ri Hebrae-órum * vestiménta prosternébant in



ví- a, et clamábant di-céntes : Hosánna fí-li-o Dávid :



benedíctus qui vénit in nómine Dómi-ni. E u o u a e.


Quae si non sufficiant, repetantur quousque Ramorum distributio finiatur. Deinde Sacerdos dicit :

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.


Omnípotens sempitérne Deus, qui Dóminum nostrum Jesum Christum super pullum ásinae sedére fecísti, et turbas populórum vestiménta, vel ramos árborum in via stérnere, et Hosánna decantáre in laudem ipsíus docuísti : da, quaésumus ; ut illórum innocéntiam imitári possímus, et eórum méritum cónsequi mereámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Postea fit Processio. Et primo Celebrans imponit incensum in thuribulum : et Diaconus vertens se ad populum dicit :



Procedámus in páce.


Et Chorus respondet :




In nómine Chrísti. Amen. *vel :* Amen.

Deinde cantantur sequentes Antiphonae, vel omnes vel aliquae, quousque durat Processio.


Ant. 7.




CUM appropinquáret * Dó- minus Je-ro-só- ly-




mam, mí- sit dú- os ex discípu-lis sú- is, dí- cens :




I- te in castéllum, quod est contra vos : et in-




veni- é- tis púllum á-sinae alli- gá-tum, super quem




núllus hó- minum sédit : sólvi- te, et addú- ci-te mí-




hi. Si quis vos interrogá- ve- rit, dí- ci- te :




Opus Dó- mi- no est. Solvén- tes adduxé-runt




ad Jé-sum : et imposu-é-runt íl- li vestiménta, et sédit




super é- um á-li- i expandébant vestiménta sú-a




in ví- a : á- li i rámos de arbó-ribus exsterné-bant :




et qui sequebántur, clamá-bant : Hosánna, benedíctus




qui vénit in nómine Dómi- ni : benedíctum régnum pá-




tris nóstri Dá- vid : Hosánna in excél- sis : mi-se-ré-re



nó-bis, fí-li Dá- vid.


Alia Ant. 5.
CUM audís- set * pó- pu- lus, qui-a Jésus vé- nit
Je-rosó- lymam, accepérunt rámos palmá-rum : et
exi- érunt é- i ób- vi- am, et clamábant pú- e- ri,
dicéntes : Hic est, qui ventú-rus est in sa-
lú- tem pópu- li. Hic est sálus nóstra,
et red-émpti- o Isra- el. Quántus est í-
ste, cú-i Thró-ni et Domina-tí- ó- nes occúr-
runt! Nó-li timé-re, fí-li- a Sí- on : ecce Rex tú- us vé- nit
tí- bi, sé- dens super púllum ási-nae, sicut
scrí- ptum est. Sál- ve Rex, fabricá-tor mún-


di, qui ve-ní-sti redí- me-re nos.
Alia Ant. 8.
ANte sex dí- es * sol-émnis Páschae,
quando vé- nit Dóminus in ci- vi-tá-tem Je-rú-sa-
lem, occurrérunt é- i pú- e-ri : et in mánibus porta-
bant rámos palmá- rum, et clamábant vóce mágna dicén-
tes : Hosánna in excélsis : benedí-
ctus qui venísti in multi-tú-di-ne mise-ri-cór-di-ae : Ho-
sánna in excélsis.
Alia Ant. 8.
OCcúrrunt túrbae * cum fló-ribus et pálmis Redem-
ptó-ri óbvi- am : et victó-ri tri-umphánti dígna dant obsé-

qui- a : Fí-li- um Dé- i óre géntes praédicant : et in lau-

dem Chrí-sti vóces tónant per núbi-la : Hosánna !

Alia Ant. 7.

CUM Ange-lis et pú- e-ris * fidéles inve-ni- ámur,

tri-umpható-ri mórtis clamántes : Hosánna in excél-sis.

Alia Ant. 4.

TUrba múlta, * quae convénerat ad dí- em féstum,

clamábat Dómino : Benedíctus qui vénit in nómine Dó-

mini : Hosánna in excél-sis.

In reversione Processionis, duo vel quatuor Cantores intrant in ecclesiam, et clauso ostio, stantes versa facie ad Processionem, incipiunt :

1.

GLó-ri- a, laus, et hónor, tí-bi sit Rex Chríste Redém-

ptor : Cú- i pu-e- rí-le dé-cus prómpsit Hosánna pí- um.

Chorus extra ecclesiam repetit : Glória, laus. *Deinde qui sunt intus, cantant alios versus sequentes : vel omnes, vel partem, prout videbitur : et qui sunt extra ad quoslibet duos versus respondent :* Glória, laus, *sicut a principio.*

1. Isra-el es tu Rex, Daví-dis et ínclyta pró-les : Nómine

qui in Dómi- ni, Rex benedícte, vénis. Glória, laus.

2. Coétus in excél-sis te láudat caé-licus ómnis, Et mor-

tá-lis hómo, et cúncta cre- á-ta simul. Glória, laus.

3. Plebs Hebraé-a tí- bi cum pálmis óbvi- a vénit : Cum

préce, vóto, hýmnis, ádsumus ecce tí-bi. Glória, laus.


4. Hi tíbi passú-ro solvébant mú-ni-a láudis : Nos tíbi

regnánti pángimus ecce mé-los. Glória, laus.

5. Hi placu- é-re tí- bi, pláce-at devó-ti- o nóstra : Rex bó-


ne, Rex clémens, cui bóna cúncta plácent. Glória, laus.


Postea Subdiaconus hastili Crucis percutit portam : qua statim aperta, Processio intrat ecclesiam cantando :



Deinde celebratur Missa, et Rami tenentur in manibus dum cantatur Passio et Evangelium tantum.

AD MISSAM.






Oratio.


OMnipotens sempitérne Deus, qui humáno géneri, ad imitándum humilitátis exémplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, et crucem subíre fecísti : † concéde propítius ; ut et patiéntiae ipsíus habére documénta, * et resurrectiónis consórtia mereámur. Per eúmdem Dóminum.


Et haec Oratio tantum dicitur :


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Philippenses. *Phil. 2.*


FRatres : Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se aequálem Deo : sed semetípsum exinanívit formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo. Humiliávit semetípsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum : et donávit illi nomen, quod est super omne nomen : (*Hic genuflectitur*) ut in nómine Jesu omne genu flectátur caeléstium, terréstrium, et infernórum : et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.




ri- a as-sumpsí-sti me.
℣. Quam bó- nus Isra-el Dé-
us ré- ctis
cór- de! mé-i au-tem pene mó-
ti sunt pé- des, pene effú-
si sunt grés- sus mé- i : quí-a ze-lávi in
pec-ca-tó- ribus, pá-
cem pec- ca-tó- rum * ví- dens.
Tract. 2.
D E-us, * Dé-us mé-
us, réspi-ce in me : quare me dere-li-


quí- sti? ℣. Lon- ge a sa-lúte
mé- a vér- ba de-li-ctó- rum me-
ó- rum. ℣. Dé- us mé- us cla-
má- bo per dí- em, nec exáu-di- es : in
nócte, et non ad insipi- én- ti- am mí- hi.
℣. Tu au- tem in sáncto há- bi- tas,
laus Is- ra- el. ℣. In te spe-
ravé- runt pátres nó- stri : speravé-
runt, et li- be- rásti é- os. ℣. Ad te cla-mavé-
runt, et sál-vi fá- cti sunt : in te


speravé- runt, et non sunt confú- si.
℣. Ego au- tem sum vérmis, et non hó-
mo : oppróbri- um hó- minum, et
abjécti- o plé- bis. ℣. Omnes qui vi- dé-
bant me, aspernabán- tur me :
locú-ti sunt lá- bi- is, et movérunt cá- put.
℣. Sperávit in Dómi- no, e-rí-pi- at é- um :
sálvum fáci- at é- um, quóni- am vult é- um.
℣. Ipsi ve-ro consideravérunt, et conspexé- runt
me : divi-sérunt sí- bi vestiménta mé-


a, et super véstem mé- am mi- sérunt sór-
tem. ℣. Lí-bera me
de ó-re le- ó- nis : et a córni-
bus unicornu-ó- rum humi- li- tá-tem mé-am.
℣. Qui timé-tis Dómi- num, laudáte é- um :
univérsum sémen Já- cob, magni- fi- cá-te é- um.
℣. Annunti- ábi- tur Dómi- no gene-ra-ti- o ven-
tú- ra : et annunti- ábunt caé- li ju-
stí- ti- am é- jus. ℣. Pópu-lo
qui nascé- tur, quem fé- cit * Dó- minus.

Passio Domini incipitur absolute : non dicitur Munda cor meum, *non petitur benedictio, non deferuntur luminaria, nec incensum : non dicitur* Dóminus vobíscum, *nec respondetur* Glória tibi Dómine, *et Celebrans, seu Diaconus, dum pronuntiat* Pássio Dómini nostri, *non signat librum, neque seipsum. Quod et in aliis diebus servatur quando legitur Passio.*

Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Matthaeum.

Matth. 26. et 27.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : ✠ Scitis quia post bíduum Pascha fiet, et Fílius hóminis tradétur ut crucifigátur? C. Tunc congregáti sunt príncipes sacerdótum, et senióres pópuli in átrium príncipis sacerdótum, qui dicebátur Cáiphas : et consílium fecérunt ut Jesum dolo tenérent, et occíderent. Dicébant autem : S. Non in die festo, ne forte tumúltus fíeret in pópulo. C. Cum autem Jesus esset in Bethánia in domo Simónis leprósi, accéssit ad eum múlier habens alabástrum unguénti pretiósi, et effúdit super caput ipsíus recumbéntis. Vidéntes autem discípuli, indignáti sunt dicéntes : S. Ut quid perdítio haec? pótuit enim istud venúmdari multo, et dari paupéribus. C. Sciens autem Jesus, ait illis : ✠ Quid moléstí estis huic mulíeri? opus enim bonum operáta est in me. Nam semper páuperes habétis vobíscum : me autem non semper habétis. Mittens enim haec unguéntum hoc in corpus meum, ad sepeliéndum me fecit. Amen dico vobis, ubicúmque praedicátum fúerit hoc Evangélium in toto mundo, dicétur et quod haec fecit in memóriam ejus. C. Tunc ábiit unus de duódecim, qui dicebátur Judas Iscariótes, ad príncipes sacerdótum, et ait illis : S. Quid vultis mihi dare, et ego vobis eum tradam? C. At illi constituérunt ei trigínta argénteos. Et exínde quaerébat opportunitátem ut eum tráderet. Prima autem die azymórum accessérunt discípuli ad Jesum, dicéntes : S. Ubi vis parémus tibi comédere pascha? C. At Jesus dixit : ✠ Ite in civitátem ad quemdam, et dícite ei : Magíster dicit : Tempus meum prope est, apud te fácio pascha cum discípulis meis. C. Et fecérunt discípuli sicut constítuit illis Jesus, et paravérunt pascha. Véspere autem facto, discumbébat cum duódecim discípulis suis. Et edéntibus illis, dixit : ✠ Amen dico vobis, quia unus vestrum me traditúrus est. C. Et contristáti valde, coepérunt sínguli dícere : S. Numquid ego sum, Dómine? C. At ipse respóndens, ait : ✠ Qui intíngit mecum manum in parópside, hic me tradet. Fílius quidem hóminis vadit, sicut scriptum est de illo; vae autem hómini illi, per quem Fílius hóminis tradétur : bonum erat ei, si natus non fuísset homo ille. C. Respóndens autem Judas, qui trádidit eum, dixit : S. Numquid ego sum, Rabbi? C. Ait illi : ✠ Tu dixísti. C. Coenántibus autem eis, accépit Jesus panem, et benedíxit, ac fregit, dedítque discípulis suis, et ait : ✠ Accípite, et comédite : hoc est corpus meum. C. Et accípiens cálicem, grátias egit : et dedit illis, dicens : ✠ Bíbite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testaménti, qui pro multis effundétur in remissiónem peccatórum. Dico autem vobis : non bibam ámodo de hoc genímine vitis, usque in diem illum, cum illud bibam vobíscum novum in regno Pátris mei. C. Et hymno dicto, exiérunt in montem Olivéti. Tunc dicit illis Jesus : ✠ Omnes vos scándalum patiémini in me, in ista nocte. Scriptum est enim : Percútiam pastórem, et dispergéntur oves gregis. Postquam autem resurréxero, praecédam vos in Galilaéam. C. Respóndens autem Petrus, ait illi : S. Et si omnes scandalizáti fúerint in te, ego nunquam

scandalizábor. C. Ait illi Jesus : ✠ Amen dico tibi, quia in hac nocte, ántequam gallus cantet, ter me negábis. C. Ait illi Petrus : S. Etiam si oportúerit me mori tecum, non te negábo. C. Simíliter et omnes discípuli dixérunt. Tunc venit Jesus cum illis in villam, quae dícitur Gethsémani, et dixit discípulis suis : ✠ Sedéte hic donec vadam illuc, et orem. C. Et assúmpto Petro, et duóbus fíliis Zebedaéi, coepit contristári, et moestus esse. Tunc ait illis : ✠ Tristis est ánima mea usque ad mortem : sustinéte hic, et vigiláte mecum. C. Et progréssus pusíllum, prócidit in fáciem suam, orans, et dicens : ✠ Pater mi, si possíbile est, tránseat a me calix iste. Verúmtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. C. Et venit ad discípulos suos, et invénit eos dormiéntes : et dicit Petro : ✠ Sic non potuístis una hora vigiláre mecum? Vigiláte, et oráte, ut non intrétis in tentatiónem. Spíritus quidem promptus est, caro autem infírma. C. Iterum secúndo ábiit, et orávit, dicens : ✠ Pater mi, si non potest hic calix transíre, nisi bibam illum, fiat volúntas tua. C. Et venit íterum, et invénit eos dormiéntes : erant enim óculi eórum graváti. Et relíctis illis, íterum ábiit, et orávit tértio, eúmdem sermónem dicens. Tunc venit ad discípulos suos, et dicit illis : ✠ Dormíte jam, et requiéscite : ecce appropinquávit hora, et Fílius hóminis tradétur in manus peccatórum. Súrgite, eámus : ecce appropinquávit qui me tradet. C. Adhuc eo loquénte, ecce Judas unus de duódecim venit, et cum eo turba multa cum gládiis, et fústibus, missi a princípibus sacerdótum, et senióribus pópuli. Qui autem trádidit eum, dedit illis signum, dicens : S. Quemcúmque osculátus fúero, ipse est, tenéte eum. C. Et conféstim accédens ad Jesum, dixit : S. Ave Rabbi. C. Et osculátus est eum. Dixítque illi Jesus : ✠ Amíce, ad quid venísti? C. Tunc accessérunt, et manus injecérunt in Jesum, et tenuérunt eum. Et ecce unus ex his, qui erant cum Jesu, exténdens manum, exémit gládium suum, et percútiens servum príncipis sacerdótum, amputávit aurículam ejus. Tunc ait illi Jesus : ✠ Convérte gládium tuum in locum suum. Omnes enim, qui accéperint gládium, gládio períbunt. An putas, quia non possum rogáre Patrem meum, et exhibébit mihi modo plus quam duódecim legiónes Angelórum? Quómodo ergo implebúntur Scriptúrae, quia opórtet fíeri? C. In illa hora dixit Jesus turbis : ✠ Tamquam ad latrónem exístis cum gládiis, et fústibus comprehéndere me : quotídie apud vos sedébam docens in templo, et non me tenuístis. C. Hoc autem totum factum est, ut adimpleréntur Scriptúrae prophetárum. Tunc discípuli omnes, relícto eo, fugérunt. At illi tenéntes Jesum, duxérunt ad Cáipham príncipem sacerdótum, ubi scribae, et senióres convénerant. Petrus autem sequebátur eum a longe, usque in átrium príncipis sacerdótum. Et ingréssus intro, sedébat cum minístris ut vidéret finem. Príncipes autem sacerdótum, et omne concílium, quaerébant falsum testimónium contra Jesum, ut eum morti tráderent : et non invenérunt, cum multi falsi testes accessíssent. Novíssime autem venérunt duo falsi testes, et dixérunt : S. Hic dixit : Possum destrúere templum Dei, et post tríduum reaedificáre illud. C. Et surgens princeps sacerdótum ait illi : S. Nihil respóndes ad ea, quae isti advérsum te testificántur? C. Jesus autem tacébat. Et princeps sacerdótum ait illi : S. Adjúro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus Fílius Dei. C. Dicit illi Jesus : ✠ Tu dixísti. Verúmtamen dico vobis, ámodo vidébitis Fílium hóminis sedéntem a dextris virtútis Dei, et veniéntem in núbibus caeli. C. Tunc princeps sacerdótum scidit vestiménta sua dicens : S. Blasphemávit : quid adhuc egé-

mus téstibus? Ecce nunc audístis blasphémiam : quid vobis vidétur? C. At illi respondéntes, dixérunt : S. Reus est mortis. C. Tunc expuérunt in fáciem ejus, et cólaphis eum cecidérunt, álii autem palmas in fáciem ejus dedérunt, dicéntes : S. Prophetíza nobis, Christe, quis est qui te percússit? C. Petrus vero sedébat foris in átrio : et accéssit ad eum una ancílla, dicens : S. Et tu cum Jesu Galilaéo eras. C. At ille negávit coram ómnibus, dicens : S. Néscio quid dicis. C. Exeúnte autem illo jánuam, vidit eum ália ancílla, et ait his qui erant ibi : S. Et hic erat cum Jesu Nazaréno. C. Et íterum negávit cum juraménto : Quia non novi hóminem. Et post pusíllum accessérunt qui stabant, et dixérunt Petro : S. Vere et tu ex illis es : nam et loquéla tua maniféstum te facit. C. Tunc coepit detestári, et juráre quia non novísset hóminem. Et contínuo gallus cantávit. Et recordátus est Petrus verbi Jesu, quod díxerat : Priúsquam gallus cantet, ter me negábis. Et egréssus foras, flevit amáre. Mane autem facto, consílium iniérunt omnes príncipes sacerdótum, et senióres pópuli advérsus Jesum, ut eum morti tráderent. Et vinctum adduxérunt eum, et tradidérunt Póntio Piláto praésidi. Tunc videns Judas, qui eum trádidit, quod damnátus esset, paeniténtia ductus, rétulit trigínta argénteos princípibus sacerdótum, et senióribus, dicens : S. Peccávi, tradens sánguinem justum. C. At illi dixérunt : S. Quid ad nos? Tu víderis. C. Et projéctis argénteis in templo, recéssit : et ábiens, láqueo se suspéndit. Príncipes autem sacerdótum, accéptis argénteis, dixérunt : S. Non licet eos míttere in córbonam : quia prétium sánguinis est. C. Consílio autem ínito, emérunt ex illis agrum fíguli, in sepultúram peregrinórum. Propter hoc vocátus est ager ille, Hacéldama, hoc est, ager sánguinis, usque in hodiérnum diem. Tunc implétum est, quod dictum est per Jeremíam prophétam, dicéntem : Et accepérunt trigínta argénteos prétium appretiáti, quem appretiavérunt a fíliis Israel : et dedérunt eos in agrum fíguli, sicut constítuit mihi Dóminus. Jesus autem stetit ante praésidem : et interrogávit eum praeses, dicens : S. Tu es Rex Judaeórum? C. Dicit illi Jesus : ✠ Tu dicis. C. Et cum accusarétur a princípibus sacerdótum, et senióribus, nihil respóndit. Tunc dicit illi Pilátus : S. Non audis quanta advérsum te dicunt testimónia? C. Et non respóndit ei ad ullum verbum, ita ut mirarétur praeses veheménter. Per diem autem solémnem consuéverat praeses pópulo dimíttere unum vinctum, quem voluíssent. Habébat autem tunc vinctum insígnem, qui dicebátur Barábbas. Congregátis ergo illis, dixit Pilátus : S. Quem vultis dimíttam vobis : Barábbam, an Jesum, qui dícitur Christus? C. Sciébat enim quod per invídiam tradidíssent eum. Sedénte autem illo pro tribunáli, misit ad eum uxor ejus, dicens : S. Nihil tibi, et justo illi : multa enim passa sum hódie per visum propter eum. C. Príncipes autem sacerdótum, et senióres persuasérunt pópulis ut péterent Barábbam, Jesum vero pérderent. Respóndens autem praeses, ait illis : S. Quem vultis vobis de duóbus dimítti? C. At illi dixérunt : S. Barábbam. C. Dicit illis Pilátus : S. Quid ígitur fáciam de Jesu, qui dícitur Christus? C. Dicunt omnes : S. Crucifigátur. C. Ait illis praeses : S. Quid enim mali fecit? C. At illi magis clamábant, dicéntes : S. Crucifigátur. C. Videns autem Pilátus quia nihil profíceret, sed magis tumúltus fíeret : accépta aqua, lavit manus coram pópulo, dicens : S. Innocens ego sum a sánguine justi hujus : vos vidéritis. C. Et respóndens univérsus pópulus dixit : S. Sanguis ejus super nos, et super fílios nostros. C. Tunc dimísit illis Barábbam : Jesum autem flagellátum


trádidit eis, ut crucifigerétur. Tunc mílites praésidis suscipiéntes Jesum in praetórium, congregavérunt ad eum univérsam cohórtem : et exuéntes eum, chlámydem coccíneam circumdedérunt ei : et plecténtes corónam de spinis, posuérunt super caput ejus et arúndinem in déxtera ejus. Et genu flexo ante eum, illudébant ei, dicéntes : S. Ave Rex Judaeórum. C. Et exspuéntes in eum, accepérunt arúndinem, et percutiébant caput ejus. Et postquam illusérunt ei, exuérunt eum chlámyde, et induérunt eum vestiméntis ejus, et duxérunt eum ut crucifígerent. Exeúntes autem, invenérunt hóminem Cyrenaéum, nómine Simónem : hunc angariavérunt ut tólleret crucem ejus. Et venérunt in locum, qui dícitur Gólgotha, quod est Calváriae locus. Et dedérunt ei vinum bíbere cum felle mixtum. Et cum gustásset, nóluit bíbere. Postquam autem crucifixérunt eum, divisérunt vestiménta ejus, sortem mitténtes : ut implerétur quod dictum est per Prophétam, dicéntem : Divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam misérunt sortem. Et sedéntes, servábant eum. Et imposuérunt super caput ejus causam ipsíus scriptam : Hic est Jesus Rex Judaeórum. Tunc crucifíxi sunt cum eo duo latrónes : unus a dextris, et unus a sinístris. Praetereúntes autem blasphemábant eum, movéntes cápita sua, et dicéntes : S. Vah, qui déstruis templum Dei, et in tríduo illud reaedíficas : salva temetípsum. Si Fílius Dei es, descénde de cruce. C. Simíliter et príncipes sacerdótum illudéntes cum scribis et senióribus dicébant : S. Alios salvos fecit, seípsum non potest salvum fácere : si Rex Israel est, descéndat nunc de cruce, et crédimus ei : confídit in Deo : líberet nunc, si vult eum; dixit enim : Quia Fílius Dei sum. C. Idípsum autem et latrónes, qui crucifíxi erant cum eo, improperábant ei. A sexta autem hora ténebrae factae sunt super univérsam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamávit Jesus voce magna, dicens : ✠ Eli, Eli, lamma sabactháni? C. Hoc est : ✠ Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquísti me? C. Quidam autem illic stantes, et audiéntes, dicébant S. Elíam vocat iste. C. Et contínuo currens unus ex eis, accéptam spóngiam implévit acéto, et impósuit arúndini, et dabat ei bíbere. Céteri vero dicébant : S. Sine, videámus an véniat Elías líberans eum. C. Jesus autem íterum clamans voce magna, emísit spíritum. (*Hic genuflectitur, et pausatur aliquantulum.*) Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deórsum : et terra mota est, et petrae scissae sunt, et monuménta apérta sunt : et multa córpora sanctórum, qui dormíerant, surrexérunt. Et exeúntes de monuméntis post resurrectiónem ejus, venérunt in sanctam civitátem, et apparuérunt multis. Centúrio autem, et qui cum eo erant, custodiéntes Jesum, viso terraemótu, et his quae fiébant, timuérunt valde, dicéntes : S. Vere Fílius Dei erat iste. C. Erant autem ibi mulíeres multae a longe, quae secútae erant Jesum a Galilaéa, ministrántes ei : inter quas erat María Magdaléne, et María Jacóbi, et Joseph mater, et mater filiórum Zebedaéi. Cum autem sero factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathaéa, nómine Joseph, qui et ipse discípulus erat Jesu. Hic accéssit ad Pilátum, et pétiit corpus Jesu. Tunc Pilátus jussit reddi corpus. Et accépto córpore, Joseph invólvit illud in síndone munda. Et pósuit illud in monuménto suo novo, quod excíderat in petra. Et advólvit saxum magnum ad óstium monuménti, et ábiit. Erat autem ibi María Magdaléne, et áltera María, sedéntes contra sepúlchrum.

Hic dicitur Munda cor meum, *petitur benedictio, defertur incensum sine luminaribus, et incensatur liber : non dicitur* Dóminus vobíscum, *et Celebrans,*

aut Diaconus non signat librum, neque seipsum : et quod sequitur, cantatur in tono Evangelii : in cujus fine Celebrans osculatur librum et incensatur.

Altera autem die, quae est post Parascéven, convenérunt príncipes sacerdótum, et pharisaéi ad Pilátum, dicéntes : Dómine, recordáti sumus quia sedúctor ille dixit adhuc vivens : Post tres dies resúrgam. Jube ergo custodíri sepúlchrum usque in diem tértium : ne forte véniant discípuli ejus, et furéntur eum, et dicant plebi : Surréxit a mórtuis : et erit novíssimus error pejor prióre. Ait illis Pilátus : Habétis custódiam, ite, custodíte sicut scitis. Illi autem abeúntes, muniérunt sepúlchrum, signántes lápidem, cum custódibus. Credo.


Offert. 8.



Secreta.

Concéde, quaésumus Dómine : ut óculis tuae majestátis munus oblátum, et grátiam nobis devotiónis obtíneat, et effectum beátae perennitátis acquírat. Per Dóminum.

Comm. 8.




Postcommunio.

Per hujus, Dómine, operatiónem mystérii : et vítia nostra purgéntur, et justa desidéria compleántur. Per Dóminum.

AD SEXTAM.

Ant. 4. A*



Philipp. 2.


Capitulum.

Humiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. † Propter quod et Deus exaltávit illum, * et donávit illi nomen, quod est super omne nomen.

℟. *br.* De óre leónis. ℣. Ne pérdas. 249.

AD NONAM.

Ant. 4. A*



Philipp. 2. b.

Capitulum.

In nómine Jesu omne genu flectátur caeléstium, terréstrium, et infernórum : † et omnis lingua confiteátur, * quia Dóminus noster Jesus Christus in glória est Dei Patris.

℟. *br.* Ne pérdas cum ímpiis. ℣. Eripe me. 253.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Dominica, 256.


Capitulum. *Philipp. 2.*

Fratres : Hoc enim sentíte in vobis quod et in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se aequálem Deo : † sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, * et hábitu invéntus ut homo.


Hymnus. Vexílla Régis. 511.

℣. Eripe me Dómine ab hómine málo.
℟. A víro iníquo éripe me.


Ad Magnif. Ant. 8. G*




Críptum est enim : * Percú-ti- am pastó-rem, et



dispergéntur óves grégis : postquam autem re-surréxe-ro,



praecédam vos in Ga- lilaé- am : i-bi me vidébi-tis, dí-cit



Dóminus. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G*. 217.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri, ad imitándum humilitátis exémplum, Salvatórem nostrum cárnem súmere, et crucem subíre fecísti : † concéde propítius ; ut et patiéntiae ipsíus habére documénta, * et resurrectiónis consórtia mereámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Tribus sequentibus diebus, dicto secreto Pater noster. Ave María. *et ad Matutinum et in principio Primae,* Credo. *omnibus aliis praetermissis, absolute incipitur Officium ad Matutinum, Laudes, et Vesperas ab Antiphona primi Psalmi : et Antiphonae duplicantur sicut in Festo Duplici.*

In fine Psalmorum non dicitur Glória Patri. *per omnes Horas nec in Responsoriis, et in fine cujuslibet Psalmi ad Matutinum et ad Laudes exstinguitur una ex quindecim candelis vositis in candelabro triangulari ante Altare.*

FERIA QUINTA IN COENA DOMINI.


AD MATUTINUM.

Hodie et biduo sequenti, dictis secreto Pater noster, Ave María *et* Credo, *et omnibus aliis praetermissis, Matutinum absolute incipitur ab Antiphona primi Psalmi : et in fine cujuslibet Psalmi ad Matutinum et ad Laudes exstinguitur una ex quindecim candelis candelabri triangularis positi ante Altare.*


Ad omnes autem Horas usque ad Nonam Sabbati sancti inclusive, in fine Psalmorum, et in Responsoriis, omittitur Glória Patri. *In officio cantato ultimi versiculi Psalmorum et Canticorum terminantur sicut et alii, scilicet in finali Antiphonae convenienti. In officio vero recitato, ad omnes Horas, vox deprimitur per tonum in fine cujusque Psalmi, Cantici et cujusque divisionis item etiam in fine Psalmi* Miserére *qui post Horas voce submissa recitatur. — Oratio* Réspice *dicitur gravi et recta voce, et ultima syllaba deprimitur ut in Psalmis.*

IN I. NOCTURNO.

1. Ant. 8. c




Elus dómus tú-ae * comédit me, et oppróbri- a




exprobránti-um tí-bi ce-cidé-runt super me.

Psalmus 68.



1. Sálvum me fac, Dé- us: * quóni- am intravérunt áquae



usque ad *ánimam* mé- am. *Flexa:* tempéstas áquae, †

2. Infíxus sum in límo profúndi : * et non *est subs*tántia.
3. Véni in altitúdinem máris : * et tempés*tas de*mérsit me.
4. Laborávi clámans, ráucae fáctae sunt fáuces méae : * defecérunt óculi méi, dum spéro in *Déum* méum.
5. Multiplicáti sunt super capíllos cápitis méi, * qui odé*runt me* grátis.
6. Confortáti sunt qui persecúti sunt me inimíci méi injúste : * quae non rápui, tunc *exsol*vébam.
7. Déus, tu scis insipiéntiam méam : * et delícta méa a te non *sunt abs*cóndita.
8. Non erubéscant in me qui exspéctant te, Dómine,* Dómi*ne vir*tútum.
9. Non confundántur súper me * qui quaérunt te, *Déus* Israel.
10. Quóniam propter te sustínui oppróbrium : * opéruit confúsio *fáciem* méam.

11. Extráneus fáctus sum frátribus méis, * et peregrínus fíliis *mátris* méae.

12. Quóniam zélus dómus túae comédit me : * et oppróbria exprobrántium tíbi, cecid*érunt* súper me.

13. Et opérui in jejúnio ánimam méam : * et fáctum est in oppró*brium* mihi.

14. Et pósui vestiméntum méum cilícium : * et fáctus sum íllis *in* pa*rá*bolam.

15. Advérsum me loquebántur, qui sedébant in pórta : * et in me psallébant qui bi*bébant* vinum.

16. Ego vero oratiónem méam ad te, Dómine : * témpus benepláci*ti*, Déus.

17. In multitúdine misericórdiae túae exáudi me, * in veritáte sa*lútis* túae :

18. Eripe me de lúto, ut non infígar : * líbera me ab íis, qui odérunt me, et de profúnd*is a*quárum.

19. Non me demérgat tempéstas áquae, † neque absórbeat me profúndum : * neque úrgeat super me púte*us os* súum.

20. Exáudi me, Dómine, quóniam benígna est misericórdia túa : * secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum ré*spice* in me.

21. Et ne avértas fáciem túam a púero túo : * quóniam tríbulor, velóci*ter ex*áudi me.

22. Inténde ánimae méae, et líbera éam : * propter inimícos méos *éri*pe me.

23. Tu scis impropérium méum, et confusiónem méam, * et reverén*tiam* méam.

24. In conspéctu túo sunt ómnes qui tríbulant me, * impropérium exspectávit cor méum, *et mis*ériam.

25. Et sustínui qui simul contristarétur, et non fúit : * et qui consolarétur, et *non in*véni.

26. Et dedérunt in éscam méam fel : * et in síti méa potavérunt *me acé*to.

27. Fíat ménsa eórum coram ípsis in láqueum, * et in retributiónes, *et in* scándalum.

28. Obscuréntur óculi eórum ne vídeant : * et dórsum eórum sem*per in*cúrva.

29. Effúnde super éos íram túam : * et fúror írae túae compre*héndat* éos.

30. Fíat habitátio eórum desérta : * et in tabernáculis eórum non sit *qui in*hábitet.

31. Quóniam quem tu percussísti, persecúti sunt : * et super dolórem vúlnerum meórum *addi*dérunt.

32. Appóne iniquitátem super iniquitátem eórum : * et non intrent in justí*tiam* túam.

33. Deleántur de líbro vivéntium : * et cum jústis *non scri*bántur.

34. Ego sum páuper et dólens : * sálus túa, Déus, *sus*cépit me.

35. Laudábo nómen Déi cum cántico : * et magnificábo *éum in* láude.

36. Et placébit Déo super vítulum novéllum : * córnua producén*tem et* úngulas.

37. Vídeant páuperes et laeténtur : * quaérite Déum, et vívet á*nima* vestra :

38. Quóniam exaudívit páuperes Dóminus : * et vínctos súos *non de*spéxit.

39. Láudent íllum caéli et térra, * máre, et ómnia reptíl*ia in* éis.


40. Quóniam Déus sálvam fáciet Sion : * et aedificabúntur civi*tátes* Júda.

41. Et inhabitábunt íbi, * et haereditáte ac*quirent* éam.


42. Et sémen servórum éjus possidébit éam, * et qui díligunt nómen éjus, habitá*bunt in* éa.

Hic repetitur integra Antiphona, et idem fit in fine cujusque Psalmi.

2. Ant. 8. c




A-vertántur retrórsum, * et e-ru-bé-scant, qui có-




gi-tant mí-hi má-la.

Psalmus 69.



1. Dé-us, in adjutó-ri-um mé-um intén-de : * Dómine, ad



adjuvándum *me fes*tína.

2. Confundántur et revereántur, * qui quaérunt á*nimam* méam.

3. Avertántur retrórsum, et erubéscant, * qui vólunt *mihi* mála.


4. Avertántur statim erubescéntes, * qui dícunt míhi : *Euge,* éuge.

5. Exsúltent et laeténtur in te ómnes qui quaérunt te, * et dícant semper : Magnificétur Dóminus : qui díligunt salu*táre* túum.

6. Ego vero egénus, et páuper sum : * Déus, *ádju*va me.


7. Adjútor méus, et liberátor méus és tu : * Dómine, *ne mor*éris.

3. Ant. 8. c




DE-us mé-us, * é-ripe me de mánu pecca-tó-ris.


Psalmus 70.



1. In te, Dómine, sperávi, non confúndar in aetér- num : *




in justí-ti- a tú-a líbera me, et *é-ri*pe me. *Flexa :* dere-



líquit é-um, †


2. Inclína ad me áurem túam, * *et* sálva me.
3. Esto míhi in Déum protectórem, et in lócum munítum : * ut sál*vum me* fácias,
4. Quóniam firmaméntum méum, * et refúgium *méum* és tu.
5. Déus méus, éripe me de mánu peccatóris, * et de mánu contra légem agéntis *et in*iqui :
6. Quóniam tu es patiéntia méa, Dómine : * Dómine, spes méa a juven*túte* méa.
7. In te confirmátus sum ex útero : * de véntre mátris méae tu es pro*téctor* méus.
8. In te cantátio méa sémper : * támquam prodígium fáctus sum múltis : et tu ad*jútor* fórtis.
9. Repleátur os méum láude, ut cántem glóriam túam : * tóta díe magnitú*dinem* túam.
10. Ne projícias me in témpore senectútis : * cum defécerit vírtus méa, ne *dere*línquas me.
11. Quia dixérunt inimíci méi míhi : * et qui custodiébant ánimam méam, consílium fecé*runt in* únum,
12. Dicéntes : Déus derelíquit éum, † persequímini, et comprehéndite éum : * quia non est *qui e*rípiat.
13. Déus, ne elongéris á me : * Déus méus, in auxílium *méum* réspice.
14. Confundántur, et defíciant detrahéntes ánimae méae : * operiántur confusióne et pudóre, qui quaérunt *mála* míhi.
15. Ego autem semper sperábo : * et adjíciam super ómnem *láudem* túam.
16. Os méum annuntiábit justítiam túam : * tóta díe salu*táre* túum.
17. Quóniam non cognóvi litteratúram, † introíbo in poténtias Dómini : * Dómine, memorábor justítiae tú*ae so*líus.
18. Déus, docuísti me a juventúte méa : * et usque nunc pronuntiábo mirabí*lia* túa.
19. Et usque in senéctam et sénium : * Déus, ne *dere*línquas me.
20. Donec annúntiem bráchium túum * generatióni ómni, *quae ventúra* est :
21. Poténtiam túam et justítiam túam, Déus, † usque in altíssima, quae fecísti magnália : * Déus, quis *símilis* tibi?
22. Quántas ostendísti míhi tribulatiónes múltas et málas : † et convérsus vivificásti me : * et de abýssis térrae íterum *redu*xisti me :
23. Multiplicásti magnificéntiam túam : * et convérsus conso*látus* és me.
24. Nam et égo confitébor tíbi in vásis psálmi veritátem túam : * Déus, psállam tíbi in cíthara, *Sánctus* Israel.

25. Exsultábunt lábia méa cum cantávero tíbi : * et ánima méa, quam *rede*misti.
26. Sed et língua méa tóta díe meditábitur justítiam túam : * cum confúsi et revériti fúerint, qui quaérunt *mála* míhi.



℣. Avertántur retrórsum, et e-ru- béscant.
℟. Qui có- gi- tant mí-hi má- la.

Vel juxta recentiorem usum :




℣. Avertántur retrórsum, et e-ru- béscant.
℟. Qui có- gi- tant mí-hi má- la.


Páter nóster. *totum secreto.*

Hoc triduo non dicitur Absolutio, neque dantur Benedictiones. In fine Lectionum non dicitur Tu autem.


Lectio I. *Cap. 1, 1-14.*




I N-ci-pit Lamentá-ti- o Je-remí-ae Prophé-tae.




ALEPH. Quómodo sédet só-la cí-vi-tas pléna pópu-lo :




fácta est qua-si vídu-a dómina Génti-um : prínceps pro-



vinci- árum fácta est sub tribú-to. BETH. Pló-rans plo-



rávit in nócte, et lácrimae é-jus in ma-xíllis é-jus : non



est qui conso-lé-tur é-am ex ómnibus cá-ris é-jus : ómnes


amí-ci é-jus spre-vé-runt é-am, et fácti sunt é-i in-i-
mí-ci. GHIMEL. Migrávit Júdas propter afflicti- ónem,
et multi-túdinem servi-tú-tis : habi-távit inter Géntes, nec
invénit réqui- em : ómnes persecu-tó-res é-jus apprehen-
dé-runt é-am inter angústi- as. DALETH. Ví-ae Sí- on
lúgent é-o quod non sint qui véni- ant ad so-lemni-tá-
tem : ómnes pórtae é-jus destrúctae : sacerdó-tes é-jus ge-
méntes : vírgines é-jus squá-lidae, et ípsa oppréssa ama-
ri-túdi-ne. HE. Fácti sunt hóstes é-jus in cápi-te,
in-imí-ci é-jus lo-cuple-tá-ti sunt : qui- a Dóminus locútus
est super é-am propter multi-túdinem in-iqui-tá-tum é-jus :


párvu-li é-jus dúcti sunt in capti-vi-tá-tem, ante fá-ci-em
tribu-lántis. Jerú-sa-lem, Je-rúsa-lem, convérte-re ad Dó-
minum Dé-um tú- um.

Resp. 8. IN món- te * Oli-vé- ti o-rá- vit ad
Pá- trem : Pá- ter, si fí- e-ri pót- est, tránse-at a me
cá- lix í- ste : * Spí- ritus qui- dem prómptus est, cá-
ro autem in- fír- ma. ℣. Vi-gi-lá-te, et o-rá-
te, ut non intré-tis in ten- ta- ti- ó- nem. * Spí- ritus.


Lectio II.


VAU. Et egréssus est a fí-li- a Sí- on ómnis
décor é-jus : fácti sunt príncipes é-jus vel-ut a-rí- e-tes


non inveni- éntes páscu- a : et abi- é-runt absque forti-tú-
dine ante fá-ci- em subsequéntis. ZA-IN. Recordá-ta
est Jerú-sa-lem di- é-rum afflicti- ónis sú-ae et praeva-ri-ca-
ti- ónis, ómni- um de-siderabí-li- um su- órum, quae habú-e-
rat a di- ébus antíquis, cum cáde-ret pópu-lus é-jus in má-
nu hostí-li, et non ésset auxi-li- á-tor : vidé-runt é- am hó-
stes, et de-ri-sé-runt sábba-ta é-jus. HETH. Peccá-tum
peccávit Jerú-sa-lem, proptér-e- a instábi-lis fácta est :
ómnes, qui glo-ri-ficábant é- am, spre-vé-runt íllam, qui-a vi-
dé-runt ignomí-ni- am é-jus : ípsa autem gémens convérsa
est retrórsum. TETH. Sórdes é-jus in pédibus é-jus,


nec recordáta est fínis sú- i : depósi-ta est veheménter,
non hábens conso-lató- rem : víde, Dómine, afflicti- ónem
mé- am, quóni- am eréctus est inimí-cus. Jerúsa-lem, Je-
rúsa-lem, convértere ad Dóminum Dé-um tú- um.
Resp. 8.
T Rístis est * á-nima mé- a us- que ad
mór- tem : sustiné-te hic, et vi-gi-láte mé- cum : nunc
vidébi- tis túrbam, quae circúmdabit me : * Vos fú-
gam capi- é- tis, et é- go vá- dam immo-
lá- ri pro vó- bis. ℣. Ecce appro-pínquat
hó- ra, et Fí-li- us hóminis tradétur in mánus pec-
cató- rum. * Vos.

Lectio III.


JOD. Mánum sú-am mí-sit hóstis ad ómni-a
de-sidera-bí-li-a éjus : qui-a vídit Géntes ingréssas San-
ctu-á-ri-um sú-um, de quíbus praecéperas ne intrárent in
ecclé-si-am tú-am. CAPH. Omnis pópulus éjus gé-
mens, et quaérens pánem : dedérunt pre-ti-ósa quaéque
pro cíbo ad refocil-lándam ánimam. Víde, Dómine, et
consíde-ra, quóni-am fácta sum ví-lis. LAMED. O vos
ómnes, qui transí-tis per ví-am, attendí-te, et vidéte si
est dólor sicut dólor mé-us : quóni-am vindemi-ávit
me, ut locútus est Dóminus in dí-e írae furó-ris sú-i.


MEM. De excélso mí-sit ígnem in óssibus mé-is, et
erudívit me : expándit réte pédibus mé-is, convértit
me retrórsum : pósu-it me deso-látam, tóta dí-e moeró-
re conféctam. NUN. Vi-gi-lávit júgum iniqui-tátum
me-árum : in mánu éjus convo-lútae sunt, et impó-sitae
cóllo mé-o : infirmáta est vírtus mé-a : dédit me Dó-
minus in mánu, de qua non pótero súrge-re. Jerúsa-lem,
Je-rúsa-lem, convértere ad Dóminum Dé-um tú-um.
Resp. 5.
Ecce * vídimus é-um non habéntem
spé-ci-em, neque de-có-rem : aspé-ctus éjus
in é-o non est : hic peccá-ta nó-

stra portá- vit, et pro nóbis dó- let : ípse

au- tem vulnerá- tus est propter in-iqui-tá-tes

nó- stras : * Cújus livó- re saná- ti sú-

mus. ℣. Vere languóres nóstros ípse tú- lit, et do-

lóres nóstros í- pse portá- vit. * Cújus. ℟. Ecce.

Repetitur Ecce vídimus *usque ad* ℣.

IN II. NOCTURNO.

1. Ant. 7. c

LIberá- vit Dómi-nus * páu-pe-rem a poténte, et

ín-opem, cú- i non é-rat adjú-tor.

Psalmus 71.

1. Dé- us, judí-ci-um tú- um régi da : * et justí-ti- am tú-am

fí-li-o ré- gis : *Flexa :* Arábi-ae, †


2. Judicáre pópulum túum in justítia, * et páuperes túos in judício.
3. Suscípiant móntes pácem pópulo : * et cólles justítiam.
4. Judicábit páuperes pópuli, et sálvos fáciet fílios páuperum : * et humiliábit calumniatórem.
5. Et permanébit cum sóle, et ánte lúnam, * in generatióne et generatiónem.
6. Descéndet sicut plúvia in véllus : * et sicut stillicídia stillántia súper térram.
7. Oriétur in diébus éjus justítia, et abundántia pácis : * donec auferátur lúna.
8. Et dominábitur a mári úsque ad máre : * et a flúmine usque ad términos órbis terrárum.
9. Coram íllo prócident Aethíopes : * et inimíci éjus térram lingent.
10. Réges Thársis, et ínsulae múnera ófferent : * réges Arabum et Sába dóna addúcent.
11. Et adorábunt éum ómnes réges térrae : * ómnes Géntes sérvient éi :
12. Quia liberábit páuperem a poténte : * et páuperem, cui non érat adjútor.
13. Parcet páuperi et ínopi : * et ánimas páuperum sálvas fáciet.
14. Ex usúris et iniquitáte rédimet ánimas eórum : * et honorábile nomen eórum córam íllo.
15. Et vívet, et dábitur éi de áuro Arábiae, † et adorábunt de ípso sémper : * tóta díe benedícent éi.
16. Et érit firmaméntum in térra in súmmis móntium, † superextollétur super Líbanum frúctus éjus : * et florébunt de civitáte sicut fóenum térrae.
17. Sit nómen éjus benedíctum in saécula : * ante sólem pérmanet nómen éjus.
18. Et benedicéntur in ípso ómnes tríbus térrae : * ómnes Géntes magnificábunt éum.
19. Benedíctus Dóminus, Déus Israel, * qui fácit mirabília sólus :
20. Et benedíctum nómen majestátis éjus in aetérnum : * et replébitur majestáte éjus ómnis térra : fíat, fíat.

2. Ant. 8. c


COgi- ta-vérunt ímpi- i, * et locú-ti sunt nequí-

ti- am : in-iqui-tá-tem in excélso locú-ti sunt.

Psalmus 72.



1. Quam bónus Isra-el Dé- us, * his qui *récto sunt* cór-de!



Flexa : déxteram mé-am : †

2. Méi autem pene móti sunt pédes : * pene effúsi sunt *gréssus* méi.

3. Quia zelávi super iníquos, * pácem pecca*tórum* vídens.

4. Quia non est respéctus mórti eórum : * et firmaméntum in plá*ga e*órum.

5. In labóre hóminum nón sunt, * et cum homínibus non fla*gella*búntur :

6. Ideo ténuit éos supérbia, * opérti sunt iniquitáte et impie*táte* súa.

7. Pródiit quasi ex ádipe iníquitas eórum : * transiérunt in af*féctum* córdis.

8. Cogitavérunt, et locúti sunt nequítiam : * iniquitátem in excél*so lo*cúti sunt.

9. Posuérunt in caélum os súum : * et língua eórum trans*ívit in* térra.

10. Ideo convertétur pópulus méus hic : * et díes pléni invenién*tur in* éis.

11. Et dixérunt : Quómodo scit Déus, * et si est sciéntia *in ex*célso?

12. Ecce ípsi peccatóres, et abundántes in saéculo, * obtinué*runt di*vítias.

13. Et dixi : Ergo sine cáusa justificávi cor méum, * et lávi inter innocéntes *mánus* méas :

14. Et fúi flagellátus tóta die, * et castigátio méa in *matu*tínis.

15. Si dicébam : Narrábo sic : * ecce natiónem filiórum tuórum *repro*bávi.

16. Existimábam ut cognóscerem hoc, * lá*bor est* ánte me :

17. Donec íntrem in Sanctuárium Déi : * et intélligam in novíssi*mis e*órum.

18. Verúmtamen propter dólos posuísti éis : * dejecísti éos dum al*le-va*réntur.

19. Quómodo fácti sunt in desolatiónem, súbito defecérunt : * periérunt propter iniqui*tátem* súam.

20. Velut sómnium surgéntium, Dómine, * in civitáte túa imáginem ipsórum ad *níhilum* rédiges.

21. Quia inflammátum est cor méum, et rénes méi commutáti sunt : * et égo ad níhilum redáctus sum, *et ne*scívi.

22. Ut juméntum fáctus sum ápud te : * et égo *semper* técum.

23. Tenuísti mánum déxteram méam : † et in voluntáte túa deduxísti me, * et cum glória *susce*písti me.

24. Quid enim míhi est in caélo? * et a te quid vólui *super* térram?


25. Defécit cáro méa, et cor méum : * Déus córdis méi, et pars méa Déus *in ae*térnum.

26. Quia ecce, qui elóngant se a te, períbunt, : * perdidísti ómnes, qui forni*cántur* abs te.

27. Míhi autem adhaerére Déo bónum est : * pónere in Dómino Déo *spem* méam :


28. Ut annúntiem ómnes praedicatiónes túas, * in pórtis *fíliae* Sion.

3. Ant. 1. g




Exsúrge, Dómine, * et júdi-ca cáusam mé- am.

Psalmus 73.



1. Ut quid, Dé-us, repu- lísti in fí- nem : * i-rá-tus est fú-



ror tú-us super óves pá*scu-ae* tú- ae?

2. Mémor ésto congregatiónis túae, * quam possedísti *ab in*ítio.

3. Redemísti vírgam hereditátis túae : * mons Síon, in quo habitá*sti in* éo.

4. Léva mánus túas in supérbias eórum in fínem : * quánta malignátus est inimí*cus in* sáncto!

5. Et gloriáti sunt qui odérunt te : * in médio solemni*tátis* túae.

6. Posuérunt sígna súa, sígna : * et non cognovérunt sicut in éxitu *super* súmmum.

7. Quasi in sílva lignórum secúribus excidérunt jánuas éjus in idípsum : * in secúri et áscia deje*cérunt* éam.

8. Incendérunt ígni sanctuárium túum : * in térra polluérunt tabernáculum *nó*minis túi.

9. Dixérunt in córde súo cognátio eórum simul : * Quiéscere faciámus ómnes dies féstos Déi *a* térra.

10. Sígna nóstra non vídimus, jam non ést prophéta : * et nos non cog*nóscet* ámplius.

11. Usquequo, Déus, improperábit inimícus? * irrítat adversárius nómen tú*um in* finem?

12. Ut quid avértis mánum túam, et déxteram túam, * de médio sinu tú*o in* finem?

13. Déus autem rex nóster ánte saécula : * operátus est salútem in mé*dio* térrae.

14. Tu confirmásti in virtúte túa máre : * contribulásti cápita dracó*num in* áquis.

15. Tu confregísti cápita dracónis : * dedísti éum éscam pópu*lis* Aethíopum.

16. Tu dirupísti fóntes, et torréntes : * tu siccásti flú*vios* Ethan.

17. Túus est díes, et túa ést nox : * tu fabricátus es auró*ram et* sólem.

18. Tu fecísti ómnes términos térrae : * aestátem et ver tu plas*má*-*sti* éa.

19. Mémor ésto hújus, inimícus improperávit Dómino : * et pópulus insípiens incitávit *nómen* túum.


20. Ne trádas béstiis ánimas confiténtes tibi, * et ánimas páuperum tuórum ne oblivisc*áris in* finem.

21. Réspice in testaméntum túum : * quia repléti sunt, qui obscuráti sunt térrae dómibus in*iquit*átum.

22. Ne avertátur húmilis fáctus confúsus : * páuper et ínops laudábunt *nómen* túum.


23. Exsúrge, Déus, júdica cáusam túam : * mémor ésto improperiórum tuórum, eórum quae ab insipiénte sunt *tóta* die.

24. Ne obliviscáris vóces inimicórum tuórum : * supérbia eórum, qui te odérunt, *ascéndit* sémper.



℣. Dé-us mé-us, é-ripe me de mánu pecca-tó- ris.
℟. Et de mánu contra légem agéntis et in-íqui.

Vel :



℣. Dé-us mé-us, é-ripe me de mánu pecca-tó- ris.
℟. Et de mánu contra légem agéntis et in-íqui.


Pater noster. *secreto.*


Ex Tractátu sancti Augustíni Epíscopi super Psalmos.

Lectio IV. *In Ps. 54. ad 1. vers.*

Exáudi, Deus, oratiónem meam, et ne despéxeris deprecatiónem meam : inténde mihi, et exáudi me. Sataséntis, sollíciti, in tribulatióne pósiti, verba sunt ista. Orat multa pátiens, de malo liberári desíderans. Súperest ut videámus in quo malo sit : et cum dícere coéperit, agnoscámus ibi nos esse : ut communicáta tribulatióne, conjungámus oratiónem. Contristátus sum, inquit, in exercitatióne mea, et conturbátus sum. Ubi contristátus? ubi conturbátus? In exercitatióne mea, inquit. Hómines malos, quos pátitur, commemorátus est : eamdémque passiónem malórum hóminum, exercitatiónem suam dixit. Ne putétis gratis esse malos in hoc mundo, et nihil boni de illis ágere Deum. Omnis malus aut ídeo vivit, ut corrigátur; aut ídeo vivit, ut per illum bonus exerceátur.

Resp. 8.






Lectio V.

Utinam ergo qui nos modo exércent, convertántur, et nobíscum exerceántur : tamen quámdiu ita sunt ut exérceant, non eos odérimus : quia in eo quod malus est quis eórum, utrum usque in finem perseveratúrus sit, ignorámus. Et plerúmque cum tibi vidéris odísse inimícum, fratrem odísti, et nescis. Diábolus, et ángeli ejus in Scriptúris sanctis manifestáti sunt nobis, quod ad ignem aetérnum sint destináti. Ipsórum tantum desperánda est corréctio, contra quos habémus occúltam luctam : ad quam luctam nos armat Apóstolus, dicens : Non est nobis colluctátio advérsus carnem et sánguinem : id est, non advérsus hómines, quos vidétis, sed advérsus príncipes, et potestátes, et rectóres mundi, tenebrárum harum. Ne forte cum dixísset, mundi, intellígeres daémones esse rectóres caeli et terrae, mundi dixit, tenebrárum harum : mundi dixit, amatórum mundi : mundi dixit, impiórum et iniquórum : mundi dixit, de quo dicit Evangélium : Et mundus eum non cognóvit.

Resp. 2.




Lectio VI.

Quóniam vidi iniquitátem et contradictiónem in civitáte. Attén de glóriam crucis ipsíus. Jam in fronte regum crux illa fixa est, cui inimíci insultavérunt. Efféctus probávit virtútem : dómuit orbem non


ferro, sed ligno. Lignum crucis contuméliis dignum visum est inimícis, et ante ipsum lignum stantes caput agitábant, et dicébant : Si Fílius Dei est, descéndat de cruce. Extendébat ille manus suas ad pópulum non credéntem, et contradicéntem. Si enim justus est, qui ex fide vivit; iníquus est, qui non habet fidem. Quod ergo hic ait, iniquitátem : perfídiam intéllige. Vidébat ergo Dóminus in civitáte iniquitátem et contradictiónem, et extendébat manus suas ad pópulum non credéntem, et contradicéntem : et tamen et ipsos exspéctans dicébat : Pater, ignósce illis, quia nésciunt quid fáciunt.

Resp. 8.




IN III. NOCTURNO.


1. Ant. 7. c



Psalmus 74.




1. Confi-tébimur tí- bi, Dé- us : * confi-tébimur, et invocá-




bimus nó-men tú- um. *Flexa :* ex hoc in hoc : †

2. Narrábimus mirabília túa : * cum accépero témpus, égo justítias judicábo.
3. Liquefácta est térra, et ómnes qui hábitant in éa : * égo confirmávi colúmnas éjus.
4. Díxi iníquis : Nolíte iníque ágere : * et delinquéntibus : Nolíte exaltáre córnu :
5. Nolíte extóllere in áltum córnu véstrum : * nolíte lóqui advérsus Déum iniquitátem.
6. Quia neque ab Oriénte, neque ab Occidénte, neque a desértis móntibus : * quóniam Déus júdex est.
7. Hunc humíliat, et hunc exáltat : * quia cálix in mánu Dómini víni méri plénus misto.
8. Et inclinávit ex hoc in hoc : † verúmtamen faex éjus non est exinaníta : * bíbent ómnes peccatóres térrae.
9. Ego autem annuntiábo saéculum : * cantábo Déo Jácob.
10. Et ómnia córnua peccatórum confríngam . * et exaltabúntur córnua jústi.

2. Ant. 8. c




T Erra trému-it * et qui-é- vit, dum exsúrge-ret




in judí-ci- o Dé- us.

Psalmus 75.




1. Nótus in Judaé-a Dé- us : * in Isra-el mágnum *nómen*




é- jus.

2. Et fáctus est in páce lócus éjus : * et habitátio é*jus in* Sion.
3. Ibi confrégit poténtias árcuum, * scútum, gládi*um, et* béllum.
4. Illúminans tu mirabíliter a móntibus aetérnis : * turbáti sunt ómnes insipi*éntes* córde.
5. Dormiérunt sómnum súum : * et nihil invenérunt ómnes víri divitiárum in má*nibus* súis.
6. Ab increpatióne túa, Déus Jácob, * dormitavérunt qui ascen*dérunt* équos.
7. Tu terríbilis es, et quis resístet tibi? * ex tunc *ira* túa.
8. De caélo audítum fecísti judícium : * térra trémuit *et quié*vit.
9. Cum exsúrgeret in judícium Déus, * ut sálvos fáceret ómnes mansu*étos* térrae.
10. Quóniam cogitátio hóminis confitébitur tibi : * et relíquiae cogitatiónis díem féstum *ágent* tibi.
11. Vovéte, et réddite Dómino Déo véstro : * ómnes, qui in circúitu éjus af*fértis* múnera.
12. Terríbili et éi qui áufert spíritum príncipum, * terríbili apud *réges* térrae.

3. Ant. 7. a




I N dí- e * tri-bu-la-ti- ónis mé- ae Dé- um exqui-




sí-vi mánibus mé- is.

Psalmus 76.



1. Vó-ce mé-a ad Dóminum clamá- vi : * vóce mé- a ad



Dé- um, et intén-dit mí- hi. *Flexa :* exqui-sí-vi, †

2. In díe tribulatiónis méae Déum exquisívi, † mánibus méis nócte cóntra éum : * et non súm decéptus.
3. Rénuit consolári ánima méa : * mémor fúi Déi, et delectátus sum, et exercitátus sum : et defécit spíritus méus.
4. Anticipavérunt vigílias óculi méi : * turbátus sum, et non súm locútus.
5. Cogitávi díes antíquos : * et ánnos aetérnos in ménte hábui.
6. Et meditátus sum nócte cum córde méo, * et exercitábar, et scopébam spíritum méum.

7. Numquid in aetérnum projíciet Déus : * aut non appónet ut complacítior sit ádhuc?

8. Aut in fínem misericórdiam súam abscíndet, * a generatióne in generatiónem?

9. Aut obliviscétur miseréri Déus? * aut continébit in íra súa misericórdias súas?

10. Et díxi : † Nunc coépi : * haec mutátio déxterae Excélsi.

11. Mémor fúi óperum Dómini : * quia mémor éro ab inítio mirabílium tuórum,

12. Et meditábor in ómnibus opéribus túis : * et in adinventiónibus túis exercébor.

13. Déus in sáncto vía túa : † quis Déus mágnus sicut Déus nóster? * tu es Déus qui fácis mirabília.

14. Nótam fecísti in pópulis virtútem túam : * redemísti in bráchio túo pópulum túum, fílios Jácob, et Jóseph.

15. Vidérunt te áquae, Déus, vidérunt te áquae : * et timuérunt, et turbátae súnt abýssi.


16. Multitúdo sónitus aquárum : * vócem dedérunt núbes.

17. Etenim sagíttae túae tránseunt : * vox tonítrui túi in róta.

18. Illuxérunt coruscatiónes túae órbi térrae : * commóta est, et contrémuit térra.

19. In mári vía túa, et sémitae túae in áquis múltis : * et vestígia túa non cognoscéntur.

20. Deduxísti sicut óves pópulum túum, * in mánu Móysi et Aaron.




Pater noster. *secreto.*

De Epístola prima beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Lectio VII. *Cap. 11. d.*

Hoc autem praecípio : non laudans quod non in mélius, sed in detérius convenítis. Primum quidem conveniéntibus vobis in Ecclésiam, áudio scissúras esse inter vos, et ex parte credo. Nam opórtet et haéreses esse, ut et qui probáti sunt, manifésti fiant in vobis. Conveniéntibus ergo vobis in unum, jam non est Domínicam coenam manducáre. Unusquísque enim suam coenam praesúmit ad manducándum. Et álius quidem ésurit, álius autem ébrius est. Numquid domos non habétis ad manducándum et bibéndum? aut Ecclésiam Dei contémnitis, et confúnditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo.



Lectio VIII.

Ego enim accépi a Dómino quod et trádidi vobis, quóniam Dóminus Jesus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit : Accípite et manducáte : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur : hoc fácite in meam commemoratiónem. Simíliter et cálicem, postquam coenávit, dicens : Hic calix novum testaméntum est in meo sánguine : hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratiónem. Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, et cálicem bibétis : mortem Dómini annuntiábitis, donec véniat.

Resp. 7.

U- na hó- ra * non po-tu- í- stis vi-gi- lá- re mé- cum, qui exhortabá- mi- ni mó- ri pro me? * Vel Jú- dam non vi-dé- tis, quómo- do non dór-mit, sed festí- nat tráde-re me Ju- daé- is? ℣. Quid dormí- tis? súrgi-te, et o-rá- te, ne intré-tis in ten- ta-tí- ó- nem. * Vel.

Lectio IX.

Itaque quicúmque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indígne, reus erit córporis et sánguinis Dómini. Probet autem seípsum homo : et sic de pane illo edat, et de cálice bibat. Qui enim mandúcat et bibit indígne, judícium sibi mandúcat et bibit, non dijúdicans corpus Dómini. Ideo inter vos multi infírmi et imbecílles, et dórmiunt multi. Quod, si nosmetípsos dijudicarémus, non útique judicarémur. Dum judicámur autem, a Dómino corrípimur, ut non cum hoc mundo damnémur. Itaque, fratres mei, cum convenítis ad manducándum, ínvicem exspectáte. Si quis ésurit, domi mandúcet : ut non in judícium conveniátis. Cétera autem, cum vénero, dispónam.

Resp. 1.

SE- ni- ó- res * pó- pu- li consí- li- um fe- cé- runt, * Ut Jé-sum dó-lo tené- rent, et occí-

de- rent : cum gládi- is et fústi-bus ex-i-é- runt tam- quam ad latró- nem. ℣. Collegé-runt pontí- fices et pha-ri- saé- i concí- li- um. * Ut Jé-sum. ℟. Se- ni- ó- res.

Si Matutinum, hodie vel biduo sequenti, extra Chorum a Laudibus separetur, subjungitur Oratio Réspice, quaésumus, Dómine; *et Laudes, dictis secreto* Pater noster *et* Ave María, *absolute a prima Antiphona incipiuntur.*

AD LAUDES.

1. Ant. 8. G

JUsti- ficé-ris, Dómine, * in sermónibus tú- is, et víncas cum judicá- ris.

Psalmus 50.

1. Mi-serére mé- i, Dé- us, * secúndum mágnam mi-se-ricór- *di- am* tú- am.

2. Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * déle iniqui*tátem* méam.

3. Amplius láva me ab iniquitáte méa : * et a peccáto *méo* múnda me.

4. Quóniam iniquitátem méam égo cognósco : * et peccátum méum contra *me est* sémper.

5. Tíbi sóli peccávi, et málum coram te féci : * ut justificéris in sermónibus túis, et víncas cum *judi*cáris.

6. Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : * et in peccátis concépit me *máter* méa.

7. Ecce enim veritátem dilexísti : * incérta et occúlta sapiéntiae túae manifes*tásti* mihi.

8. Aspérges me hyssópo, et mundábor : * lavábis me, et super nívem *deal*bábor.

9. Audítui méo dábis gáudium et laetítiam : * et exsultábunt óssa hu*mili*áta.

10. Avérte fáciem túam a peccátis méis : * et ómnes iniquitátes *méas* déle.

11. Cor múndum créa in me, Déus : * et spíritum réctum ínnova in viscé*ribus* méis.

12. Ne projícias me a fácie túa : * et spíritum sánctum túum ne áu*feras* a me.

13. Rédde míhi laetítiam salutáris túi : * et spíritu princip*áli con*fírma me.

14. Docébo iníquos vías túas : * et ímpii ad te *conver*téntur.

15. Líbera me de sanguínibus, Déus, Déus salútis méae : * et exsultábit língua méa jus*títiam* túam.

16. Dómine, lábia méa apéries : * et os méum annuntiábit *láudem* túam.


17. Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique : * holocáustis non *dele*ctáberis.

18. Sacrifícium Déo spíritus contribulátus : * cor contrítum, et humiliátum, Déus, *non de*spícies.


19. Benígne fac, Dómine, in bóna voluntáte túa Sion : * ut aedificéntur *múri Je*rúsalem.

20. Tunc acceptábis sacrifícium justítiae, oblatiónes, et holocáusta : * tunc impónent super altáre *túum* vítulos.

2. Ant.
2. D




Dominus * tamquam óvis ad ví-ctimam dúctus est,




et non a-pé-ru- it os sú- um.

Psalmus 89.



1. Dómine, re-fúgi-um fáctus es nó- bis : * a genera-ti-óne



in genera-*ti*- ó- nem. *Flexa :* tránse- at, †

2. Priúsquam móntes fíerent, aut formarétur térra et órbis : * a saéculo et usque in saéculum tu *es*, Déus.

3. Ne avértas hóminem in humilitátem : * et dixísti : Convertímini *fílii* hóminum.

4. Quóniam mílle ánni ante óculos túos, * tamquam díes hestérna quae *prae*tériit.

5. Et custódia in nócte, * quae pro níhilo habéntur, eórum án*ni* érunt.

6. Mane sicut hérba tránseat, † mane flóreat, et tránseat : * véspere décidat, indúret et *a*réscat.

7. Quia defécimus in íra túa, * et in furóre túo turbá*ti* súmus.

8. Posuísti iniquitátes nóstras in conspéctu túo : * saéculum nóstrum in illuminatióne vúl*tus* túi.

9. Quóniam ómnes díes nóstri defecérunt : * et in íra túa *de*fécimus.

10. Anni nóstri sicut tránea meditabúntur : * díes annórum nostrórum in ípsis, septuagín*ta* ánni.

11. Si autem in potentátibus, octogínta ánni : * et ámplius eórum, lábor *et* dólor.

12. Quóniam supervénit mansuetúdo : * et corri*pi*émur.

13. Quis nóvit potestátem írae túae : * et prae timóre túo íram túam dinu*me*ráre?

14. Déxteram túam sic nótam fac : * et erudítos córde in sa*pi*éntia.

15. Convértere, Dómine, úsquequo? * et deprecábilis ésto super sér*vos* túos.


16. Repléti súmus mane misericórdia túa : * et exsultávimus, et delectáti súmus ómnibus dié*bus* nóstris.

17. Laetáti súmus pro diébus, quíbus nos humiliásti : * ánnis, quíbus vídi*mus* mála.


18. Réspice in sérvos túos, et in ópera túa : * et dírige fílios *e*órum.

19. Et sit spléndor Dómini Déi nóstri super nos, † et ópera mánuum nostrárum dírige súper nos : * et ópus mánuum nostrá*rum* dírige.

8. Ant.
8. G




Contrí-tum est * cor mé-um in médi- o mé- i, con-




tremu-érunt ómni- a óssa mé- a.

Psalmus 35.



1. Díxit injústus ut de-línquat in semet-í- pso : * non est tí-



mor Dé- i ante *óc*u-*los* é- jus.

2. Quóniam dolóse égit in conspéctu éjus : * ut inveniátur iníquitas *éjus ad* ódium.

3. Vérba óris éjus iníquitas, et dólus : * nóluit intellígere ut *bene* ágeret.

4. Iniquitátem meditátus est in cubíli súo : * ástitit ómni víae non bónae, malítiam autem *non o*dívit.

5. Dómine, in caélo misericórdia túa : * et véritas túa us*que ad* núbes.

6. Justítia túa sicut móntes Déi : * judícia túa a*býssus* múlta.

7. Hómines, et juménta salvábis, Dómine : * quemádmodum multiplicásti misericórdiam *túam,* Déus.

8. Fílii autem hóminum * in tégmine alárum tuá*rum spe*rábunt.

9. Inebriabúntur ab ubertáte dómus túae : * et torrénte voluptátis túae po*tábis* éos.

10. Quóniam apud te est fons vitae : * et in lúmine túo vidé*bimus* lúmen.


11. Praeténde misericórdiam túam sciéntibus te, * et justítiam túam his, qui ré*cto sunt* córde.

12. Non véniat míhi pes supérbiae : * et mánus peccatóris non *móve*at me.


13. Ibi cecidérunt qui operántur iniquitátem : * expúlsi sunt, nec pot*uérunt* stáre.

4. Ant.

4. A*




E Xhortá-tus es * in virtú-te tú-a, et in re-fecti- ó-




ne sáncta tú-a, Dómine.


Canticum Moysi. *Exodi 15.*



1. Cantémus Dómino : glo-ri- óse enim ma*gni-fi*-cá-tus est,*



équum et ascensórem de-*jé-cit in* má- re. *Flexa :* pu-



gná- tor, †

2. Fortitúdo méa, et laus *méa* Dóminus, * et fáctus est mí*hi in* salútem

3. Iste Déus méus, et glorifi*cábo* éum : * Déus pátris méi, et ex*altábo* éum.

4. Dóminus quasi vir pugnátor, † Omnípotens *nómen* éjus. * Cúrrus Pharaónis et exércitum éjus pro*jécit in* máre.

5. Elécti príncipes éjus submérsi sunt in *Mári* Rúbro : * abýssi operuérunt éos, descendérunt in profún*dum quasi* lápis.

6. Déxtera túa, Dómine, magnificáta est in fortitúdine : † déxtera túa, Dómine, percússit *ini*micum. * Et in multitúdine glóriae túae deposuísti adver*sários* túos :

7. Misísti íram túam, quae devorávit éos *sicut* stípulam. * Et in spíritu furóris túi congre*gátae sunt* áquae :

8. Stétit *únda* flúens, * congregátae sunt abýssi in *médio* mári.

9. Díxit inimícus : Pérsequar et *compre*héndam, * dívidam spólia, implébitur *ánima* méa :

10. Evaginábo glá*dium* méum, * interfíciet é*os mánus* méa.

11. Flávit spíritus túus, et opéruit *éos* máre : * submérsi sunt quasi plúmbum in *áquis vehe*méntibus.

12. Quis símilis túi in fór*tibus,* Dómine? * quis símilis túi, magníficus in sanctitáte, terríbilis atque laudábilis, fáci*ens mira*bília?

13. Extendísti mánum túam, et devorávit *éos* térra. * Dux fuísti in misericórdia túa pópulo *quem rede*místi.

14. Et portásti éum in fortitú*dine* túa, * ad habitácu*lum sánctum* túum.

15. Ascendérunt pópuli, *et* iráti sunt : * dolóres obtinuérunt habita*tóres Phi*lísthiim.

16. Tunc conturbáti sunt príncipes Edom, † robústos Moáb obtí*nuit* trémor : * obriguérunt ómnes habi*tatóres* Chánaan.

17. Irruat super éos formí*do et* pávor, * in magnitúdine *bráchii* túi :

18. Fíant immóbiles quasi lápis, † donec pertránseat pópulus *túus,* Dómine, * donec pertránseat pópulus túus íste, *quem posse*dísti.

19. Introdúces éos, et plantábis in mónte heredi*tátis* túae, * firmíssimo habitáculo túo, quod ope*rátus es,* Dómine :

20. Sanctuárium túum, Dómine, quod firmavérunt *mánus* túae. * Dóminus regnábit in ae*térnum et* últra.

21. Ingréssus est enim éques Phárao cum cúrribus et equítibus *éjus in* máre : * et redúxit super éos Dómi*nus áquas* máris :

22. Fílii autem Israel ambulavé*runt per* siccum * in *médio* éjus.

5. Ant. 2. D.

O-blá-tus est, * qui- a ípse vó-lu- it, et peccá-ta nóstra ípse portá-vit.

Psalmus 146.

1. Laudáte Dóminum quóni-am bónus est psál-mus : * Dé- o nóstro sit jucúnda decóraque *lau*dá-ti- o.

2. Aedíficans Jerúsalem Dóminus : * dispersiónes Israélis con*gre*gábit.
3. Qui sánat contrítos córde : * et álligat contritiónes eórum.
4. Qui númerat multitúdinem stellárum : * et ómnibus éis nómi*na* vócat.
5. Mágnus Dóminus nóster, et mágna vírtus éjus : * et sapiéntiae éjus non *est* númerus.
6. Suscípiens mansuétos Dóminus : * humílians autem peccatóres usque *ad* térram.
7. Praecínite Dómino in confessióne : * psállite Déo nóstro *in* cíthara.
8. Qui óperit caélum núbibus : * et párat tér*rae* plúviam.
9. Qui prodúcit in móntibus foénum : * et hérbam servitú*ti* hóminum.
10. Qui dat juméntis éscam ipsórum : * et púllis corvórum invocánti*bus* éum.
11. Non in fortitúdine équi voluntátem habébit : * nec in tíbiis víri beneplácitum *érit* éi.
12. Beneplácitum est Dómino super timéntes éum : * et in éis, qui spérant super misericórdi*a* éjus.

Capitulum et Hymnus non dicuntur in hoc triduo.

℣. Hómo pácis mé-ae, in quo sperá-vi.
℟. Qui edébat pánes méos, ampliávit advérsum me supplanta- ti-ó-nem.

Vel :

℣. Hómo pácis mé-ae, in quo sperá-vi.
℟. Qui edébat pánes méos, ampliávit advérsum me supplanta-ti-ónem.

Ad Bened. Ant. 1. g

T Rádi-tor autem * dédit é- is sígnum, dí-cens : Quem osculátus fú-ero, ípse est, tené- te é- um.


Canticum Zachariae. *Luc. 1. 68-69.*

1. Benedíctus Dómi*nus Dé- us* Isra- el : * qui- a vi-si-távit, et fécit redempti-ónem *plébis* sú- ae :


2. Et eréxit córnu *salútis* nóbis : * in dómo Dávid, púe*ri* súi.
3. Sicut locútus est *per os san*ctórum, * qui a saéculo sunt, prophe*tárum* éjus :
4. Salútem ex in*imícis* nóstris, * et de mánu ómnium *qui o*dérunt nos :
5. Ad faciéndam misericórdiam cum *pátribus* nóstris : * et memorári testaménti *súi* sáncti.
6. Jusjurándum, quod jurávit ad Abra*ham, pátrem* nóstrum, * datú*rum se* nóbis :
7. Ut sine timóre, de mánu inimicórum nostró*rum libe*ráti, * serviá*mus* illi.
8. In sanctitáte, et justíti*a coram* ípso, * ómnibus di*ébus* nóstris.
9. Et tu, púer, Prophéta Altís*simi vo*cáberis : * praeíbis enim ante fáciem Dómini paráre *vias* éjus :
10. Ad dándam sciéntiam salú*tis plébi* éjus : * in remissiónem pecca*tórum* eórum :
11. Per víscera misericórdi*ae Déi* nóstri : * in quibus visitávit nos, ór*iens ex* álto :
12. Illumináre his, qui in ténebris, et in ú*mbra mórtis* sédent : * ad dirigéndos pédes nóstros in *viam* pácis.

Interim dum dicitur Cant. Benedíctus, *exstinctis prius omnibus candelis in candelabro triangulari, praeter unam, quae posita est in summitate candelabri, exstinguuntur paulatim sex candelae positae a principio supra Altare, ita ut in ultimo versu exstinguatur ultima candela : similiter exstinguuntur lampades et luminaria per Ecclesiam.— Cum repetitur Ant.* Tráditor , *accipitur suprema candela ex candelabro, et absconditur sub Altari in cornu Epistolae.*


Repetita Antiphona post Benedíctus, *dicitur* ℣. *sequens :*



Secunda nocte additur :



Tertia nocte additur :



Et sic dicitur etiam per omnes Horas diei (sed sine cantu).

Cum incipitur ℣. Chrístus fáctus est. *omnes genuflectunt, et eo finito, dicitur* Pater noster. *totum sub silentio. Postea Ps.* Miserére. 563. *aliquantulum altius. Quo finito, sine* Orémus. *dicitur simili voce :*

Oratio.


RESpice, quaésumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et crucis subíre torméntum.

Sed Qui tecum vivit. *dicitur sub silentio. — Finita Oratione, fit fragor et strepitus aliquantulum : mox profertur candela accensa de sub Altari, et omnes surgunt, et cum silentio discedunt.*

AD HORAS.

Prima, Tertia, Sexta et Nona, dictis secreto Pater noster, Ave María, *et ad Primam* Credo, *absolute inchoantur a Psalmis ut in Dominica ; qui ad Primam sunt ut in Festis, cum Psalmo* Deus in nómine tuo. 231 ; *quibus finitis dicitur* ℣. Chrístus fáctus est, etc., *flexis genibus, et dicitur secreto* Pater noster. *Ps.* Miserére. *Oratio.* Réspice. *ut supra (totum sine cantu). In hoc triduo non annuntiatur aliquid de Martyrologio, nec dicitur* Pretiósa.

AD MISSAM.



Dicitur Glória in excélsis. *Et tunc pulsantur campanae ; et deinceps non amplius usque ad Sabbatum sanctum.*


Oratio.


DEus, a quo et Judas reátus sui poenam, et conféssiónis suae latro praémium sumpsit, concéde nobis tuae propitiatiónis efféctum : ut, sicut in passióne sua Jesus Christus Dóminus noster divérsa utrísque íntulit stipéndia meritórum ; ita nobis, abláto vetustátis erróre, resurrectiónis suae grátiam largiátur. Qui tecum vivit.

Et haec Oratio tantum dicitur.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *1. Cor. 11.*

FRatres : Conveniéntibus vobis in unum, jam non est domínicam coenam manducáre. Unusquísque enim suam coenam praesúmit ad manducándum. Et álius quidem ésurit : álius autem ébrius est. Numquid domos non habétis ad manducándum et bibéndum? aut ecclésiam Dei contémnitis, et confúnditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo. Ego enim accépi a Dómino, quod et trádidi vobis, quóniam Dóminus Jesus in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit : Accípite, et manducáte : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur : hoc fácite in meam commemoratiónem. Simíliter et cálicem, postquam coenávit, dicens : Hic calix novum testaméntum est in meo sánguine : hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratiónem. Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, et cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis donec véniat. Itaque quicúmque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indígne, reus erit córporis et sánguinis Dómini. Probet autem seípsum homo, et sic de pane illo edat, et de cálice bibat. Qui enim mandúcat et bibit indígne, judícium sibi mandúcat et bibit : non dijúdicans corpus Dómini. Ideo inter vos multi infírmi et imbecílles, et dórmiunt multi. Quod si nosmetípsos dijudicarémus, non útique judicarémur. Dum judicámur autem, a Dómino corrípimur, ut non cum hoc mundo damnémur.






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joan. 13.*

ANte diem festum Paschae, sciens Jesus quia venit hora ejus, ut tránseat ex hoc mundo ad Patrem : cum dilexísset suos, qui erant in mundo, in finem diléxit eos. Et coena facta, cum diábolus jam misísset in cor ut tráderet eum Judas Simónis Iscariótae : sciens quia ómnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exívit et ad Deum vadit : surgit a coena, et ponit vestiménta sua : et cum accepísset línteum, praecínxit se. Deínde mittit aquam in pelvim, et coepit laváre pedes discipulórum, et extérgere línteo, quo erat praecínctus. Venit ergo ad Simónem Petrum. Et dixit ei Petrus : Dómine, tu mihi lavas pedes? Respóndit Jesus, et dixit ei : Quod ego fácio, tu nescis modo, scies autem póstea. Dicit ei Petrus : Non lavábis mihi pedes in aetérnum. Respóndit ei Jesus : Si non lávero te, non habébis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus : Dómine, non tantum pedes meos, sed et manus, et caput. Dicit ei Jesus: Qui lotus est, non índiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciébat enim quisnam esset qui tráderet eum : proptérea dixit : Non estis mundi omnes. Postquam ergo lavit pedes eórum, et accépit vestiménta sua : cum recubuísset íterum, dixit eis : Scitis quid fécerim vobis? Vos vocátis me Magíster et Dómine : et bene dícitis, sum étenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dóminus et Magíster : et vos debétis alter altérius laváre pedes. Exémplum enim dedi vobis, ut quemádmodum ego feci vobis, ita et vos faciátis.

Credo.




Secreta.

Ipse tibi, quaésumus, Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus, sacrifícium nostrum reddat accéptum, qui discípulis suis in sui commemoratiónem hoc fíeri hodiérna traditióne monstrávit, Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster : Qui tecum.


Praefatio de Cruce, 7. Agnus Déi *dicitur de more, sed Pax non datur.*

Hodie Sacerdos consecrat duas Hostias, quarum unam sumit, alteram reservat pro die sequenti, in quo non conficitur sacramentum : reservat etiam aliquas particulas consecratas, si opus fuerit pro infirmis : Sanguinem vero totum sumit : et ante ablutionem digitorum ponit Hostiam reservatam in alio calice, quem Diaconus palla et patena cooperit, et desuper velum expandit, et in medio Altaris collocat. Deinde fit communio et completur Missa.


Comm. 2




Domi- nus Jésus, * postquam coená- vit cum di-



scípu-lis sú-is, lávit pédes e- órum, et á- it íl-lis : Scí-



tis quid fé-ce-rim vó- bis, égo Dómi- nus et Magíster?



Exémplum dé-di vó- bis, ut et vos i- ta fa-ci- á- tis.

Postcommunio.

Refécti vitálibus aliméntis, quaésumus Dómine Deus noster : ut quod témpore nostrae mortalitátis exséquimur, immortalitátis tuae múnere consequámur. Per Dóminum.

Dicitur Ite missa est, *et datur benedictio et legitur Evangelium S. Joannis.*

¶ *Finita Missa, fertur Hostia, ut supra reservata, ad locum praeparatum, ubi pro crastino servanda est. Interea dum fit Processio, cantatur Hymnus* Pange lingua. *ut infra,* 808. *Postea in Choro dicuntur Vesperae sine cantu.*

AD VESPERAS.

Vesperae, dicto secreto Pater noster, Ave María, *inchoantur absolute a prima Antiphona.* [1]

1. Ant. Cálicem † salutáris accípiam, et nómen Dómini invocábo.

[1] Melodia pro sequentibus Antiphonis olim usurpata, et in editione typica Antiphonalis Romani restituta, in Appendice reperietur.

Psalmus 115.

Crédidi, propter quod locútus sum : * égo autem humiliátus sum nímis.

Ego díxi in excéssu méo : * Omnis hómo méndax.

Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus quae retríbuit míhi?

Cálicem salutáris accípiam : * et nómen Dómini invocábo.

Vóta méa Dómino réddam coram ómni pópulo éjus : * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum éjus :

O Dómine, quia égo sérvus túus : * égo sérvus túus, et fílius ancíllae túae.

Dirupísti víncula méa : * tíbi sacrificábo hóstiam láudis, et nómen Dómini invocábo.

Vóta méa Dómino réddam in conspéctu ómnis pópuli éjus : * in átriis dómus Dómini, in médio túi Jerúsalem.

Ant. Cálicem salutáris accípiam, et nómen Dómini invocábo.

2. Ant. Cum his † qui odérunt pácem, éram pacíficus : dum loquébar íllis, impugnábant me gratis.

Psalmus 119.

Ad Dóminum cum tribulárer clamávi : * et exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam méam a lábiis iníquis, * et a língua dolósa.

Quid détur tíbi, aut quid apponátur tíbi, * ad línguam dolósam?

Sagíttae poténtis acútae, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu míhi! quia incolátus méus prolongátus est : habitávi cum habitántibus Cédar : * multum íncola fúit ánima méa.

Cum his qui odérunt pácem, éram pacíficus : * cum loquébar íllis, impugnábant me gratis.

Ant. Cum his qui odérunt pácem, éram pacíficus : dum loquébar íllis, impugnábant me gratis.

3. Ant. Ab homínibus † iníquis líbera me, Dómine.

Psalmus 139.

Eripe me, Dómine, ab hómine málo : * a víro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in córde : * tóta díe constituébant praélia.

Acuérunt línguas súas sicut serpéntis : * venénum áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me, Dómine, de mánu peccatóris : * et ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantáre gréssus méos : * abscondérunt supérbi láqueum míhi :

Et fúnes extendérunt in láqueum : * júxta íter scándalum posuérunt míhi.

Díxi Dómino : Déus méus es tu : * exáudi, Dómine, vócem deprecatiónis méae.

Dómine, Dómine, vírtus salútis méae : * obumbrásti super cáput méum in díe bélli :

Ne trádas me, Dómine, a desidério méo peccatóri : * cogitavérunt contra me, ne derelínquas me, ne forte exalténtur.

Cáput circúitus eórum : * lábor labiórum ipsórum opériet éos.

Cádent super éos carbónes, in ígnem dejícies éos : * in misériis non subsístent.

Vir linguósus non dirigétur in térra : * vírum injústum mála cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus judícium ínopis, * et vindíctam páuperum.

Verúmtamen jústi confitebúntur nómini túo : * et habitábunt récti cum vúltu túo.

Ant. Ab homínibus iníquis líbera me, Dómine.

4. Ant. Custódi me † a láqueo quem statuérunt míhi, et a scándalis operántium iniquitátem.

Psalmus 140.

Domine, clamávi ad te, exáudi me : * inténde vóci méae, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátio méa sicut incénsum in conspéctu túo : * elevátio mánuum meárum sacrifícium vespertínum.

Póne, Dómine, custódiam óri méo : * et óstium circumstántiae lábiis méis.

Non declínes cor méum in vérba malítiae, * ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem : * et non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me jústus in misericórdia, et increpábit me : * óleum autem peccatóris non impínguet cáput méum.

Quóniam adhuc et orátio méa in beneplácitis eórum : * absórpti sunt júncti pétrae júdices eórum.

Audient vérba méa quóniam potuérunt : * sicut crassitúdo térrae erúpta est super térram.

Dissipáta sunt óssa nóstra secus inférnum : * quia ad te, Dómine, Dómine, óculi méi : in te sperávi, non áuferas ánimam méam.

Custódi me a láqueo quem statuérunt míhi : et a scandális operántium iniquitátem.

Cádent in retiáculo éjus peccatóres : * singuláriter sum égo donec tránseam.

Ant. Custódi me a láqueo quem statuérunt míhi, et a scandális operántium iniquitátem.

5. Ant. Considerábam † ad déxteram, et vidébam, et non érat qui cognósceret me.

Psalmus 141.

Voce méa ad Dóminum clamávi : * vóce méa ad Dóminum deprecátus sum.

Effúndo in conspéctu éjus oratiónem méam, * et tribulatiónem méam ante ípsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spíritum méum, * et tu cognovísti sémitas méas.

In vía hac qua ambulábam, * abscondérunt láqueum míhi.

Considerábam ad déxteram et vidébam : * et non érat qui cognósceret me.

Périit fúga a me, * et non est qui requírat ánimam méam.

Clamávi ad te, Dómine, * díxi : Tu es spes méa, pórtio méa in térra vivéntium.

Inténde ad deprecatiónem méam : * quia humiliátus sum nímis.

Líbera me a persequéntibus me: * quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam méam ad confiténdum nómini túo : * me exspéctant jústi, donec retríbuas míhi.

Ant. Considerábam ad déxteram, et vidébam, et non érat qui cognósceret me.

Capitulum, Hymnus et ℣. non dicuntur.

Ad Magnificat, Antiphona :

Coenántibus autem íllis, † accépit Jésus pánem, et benedíxit, ac frégit, déditque discípulis suis.

Cant. Magníficat. 265.

Feria Sexta.

Cum accepisset † acétum, díxit : Consummátum est : et inclináto cápite, trádidit spíritum.

Repetita Antiphona, dicitur ℣. Christus fáctus est, *cum reliquis ut supra ad Laudes (sine cantu).*


¶ *Sacerdos cum Ministris denudat Altaria, legendo Antiphonam.*

Divisérunt sibi † vestiménta méa, et super véstem méam misérunt sórtem.


Ps. 21. Déus, Déus méus réspice in me. 583. *Et repetitur Antiphona.*

AD MANDATUM.

Diaconus cantat Evangelium, Ante diem festum Paschae. 573, *cum caeremoniis consuetis. Quo finito, dum Sacerdos cum Ministris lotionem pedum agit, haec subscripta cantantur.*



Et repetitur immediate Antiphona Mandátum nóvum.
Et sic aliae Antiphonae, quae habent Psalmos, vel Versus, repetuntur. Et de quolibet Psalmo dicitur tantum primus Versus



minus, et laudá-bi-lis nimis : * in civi-táte Dé- i nóstri, in

mónte sáncto é-jus. Postquam.

Ant. 2. **D** Omi- nus Jésus, * postquam coená- vit cum di-

scípu-lis sú- is, lávit pédes e- órum, et á- it il-lis : Scí-

tis quid féce- rim vó- bis égo Dómi- nus et Magíster?

Exémplum dé-di vó- bis, ut et vos i- ta fa-ci- á- tis.

Ps. Bene-dixísti Dómi-ne térram tú-am : * a-vertísti capti-

vi-tá-tem Já-cob. Dómi- nus Jésus.

Ant. 5. **D** Omi-ne, * tu mí- hi lá-vas pé-des? Respóndit

Jésus et díxit é- i : Si non láve-ro tí-bi pé-des, non

habébis pártem mé-cum. ℣. Vénit ergo ad Simónem Pé-

trum, * et díxit é- i Pétrus. Dómi-ne. ℣. Quod égo fá-ci-o,

tu néscis modo : * scí-es autem póste- a. Dómi-ne.

Ant. 4. **S** I égo Dóminus * et Ma-gíster vé- ster lávi

vóbis pé-des : quanto ma-gis vos debé-tis álter alté-

ri- us lavá-re pé-des? *Ps.* Audí-te haec ómnes géntes : *

áuribus percí-pi-te qui habi-tá-tis órbem. Si égo.

Ant. 7. **I** N hoc cognóscent ómnes, * qui- a mé- i éstis discí-

pu-li, si di-lecti- ónem habu- é-ri-tis ad ínvi-cem. ℣. Dí-xit

Jésus discípu-lis sú- is. In hoc cognóscent ómnes.

Ant. 7.


MAne-ant in vó- bis * fídes, spes, cá-ri-tas, trí- a
haec : májor autem hó-rum est cá-ri-tas. ℣. Nunc autem
mánent fídes, spes, cá-ri-tas, trí- a haec : * má-jor autem hó-
rum est cá-ri- tas. Máne-ant in vó- bis.

Ant. 2.


BEnedí-cta sit * sáncta Trí-ni-tas, atque indi-ví-
sa Uni-tas : confi-tébimur é- i, qui- a fé- cit nobíscum
mi-se-ricórdi- am sú- am. ℣. Benedicámus Pátrem et Fí-
li-um, * cum Sáncto Spí-ri-tu. *Ps.* Quam di- lécta taberná-
cu-la tú-a, Dómi-ne virtú-tum! * concupíscit, et dé-fi-cit
ánima mé-a in átri- a Dómi-ni. Benedí-cta sit.

Ant. 6.

Ubi cá-ri-tas et ámor, Dé-us i-bi est. ℣. Congre-
gávit nos in ú-num Chrísti ámor. ℣. Exsultémus, et in í-
pso jucundémur. ℣. Time-ámus, et amémus Dé-um vívum.
℣. Et ex córde di-ligámus nos sin-cé- ro. *Ant.* Ubi cá-ri-tas
et ámor, Dé-us i-bi est. ℣. Simul ergo cum in ú-num
congregámur : ℣. Ne nos ménte di- vidámur cave-ámus.
℣ Céssent júrgi- a ma-lígna, céssent lí-tes. ℣. Et in médi- o
nóstri sit Chrí-stus Dé- us. *Ant.* Ubi cá-ri- tas et ámor,
Dé-us ibi est. ℣. Simul quoque cum be-á-tis vide-ámus.
℣. Glo-ri-ánter vúltum tú- um, Chríste Dé-us. ℣. Gáudi- um



quod est imménsum, atque próbum : ℣. Saécula per infiní-



ta saecu- ló- rum. Amen.

Post lotionem, Sacerdos dicit :

Páter nóster. *secreto.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a málo.

℣. Tu mandásti mandáta túa Dómine. ℟. Custodíri nimis.

℣. Tu lavásti pédes discipulórum tuórum.

℟. Opera mánuum tuárum ne despícias.

℣. Dómine exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor méus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus. *Oratio.*

Adésto, Dómine quaésumus, offício servitútis nostrae : et quia tu discípulis tuis pedes laváre dignátus es, ne despícias ópera mánuum tuárum, quae nobis retinénda mandásti : ut sicut hic nobis, et a nobis exterióra abluúntur inquinaménta ; sic a te ómnium nostrum interióra laventur peccáta. Quod ipse praestáre dignéris, qui vivis et regnas Deus, per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.

Ad Completorium.

Non dicitur Jube domne. *nec Lectio brevis, nec* Adjutórium. *neque Oratio Dominica : sed facta Confessione et Absolutione, incipitur a Ps.* Cum invocárem; *et dicuntur Psalmi de Dominica, 269. Dictis Psalmis, dicitur* Nunc dimíttis, *276. Deinde* ℣. Christus factus est. *cum reliquis, ut supra, 570.*

Sic terminantur omnes Horae in hoc triduo, usque ad Nonam Sabbati Sancti inclusive.


FERIA VI. IN PARASCEVE.

AD MATUTINUM.


Pater noster. Ave María. Credo. *secreto.*

IN I. NOCTURNO.

1. Ant. 8. G




Adsti-térunt * réges térrae, et príncipes convenérunt




in únum, advérsus Dóminum, et advérsus Chrístum é-jus.

Psalmus 2.




1. Quare fremu-érunt Gén- tes, * et pópu-li medi-tá-ti *sunt*




*i*náni- a. 2. Astitérunt réges térrae, *etc.*, 338.

2. Ant. 8. G




Divi-sérunt sí-bi * vestiménta mé- a, et super vé-




stem mé- am mi-sérunt sórtem.


Psalmus 21.



1. Dé-us, Dé-us mé-us, réspi-ce in me : † quare me de-re-



liquí- sti? * longe a sa-lú-te mé-a vérba de-lictó*rum*



me-ó- rum. *Flexa :* vírtus mé- a. †

2. Déus méus, clamábo per díem, et non exáudies : * et nócte, et non ad insipién*tiam* mihi.

3. Tu autem in sáncto hábitas, * *laus* Israel.

4. In te speravérunt pátres nóstri : * speravérunt, et libe*rásti* éos.

5. Ad te clamavérunt, et sálvi fácti sunt : * in te speravérunt, et non *sunt* con*fú*si.

6. Ego autem sum vérmis, et non hómo : * oppróbrium hóminum, et abjé*ctio* plébis.

7. Omnes vidéntes me, derisérunt me : * locúti sunt lábiis, et *movérunt* cáput.

8. Sperávit in Dómino, erípiat éum : * sálvum fáciat éum, quóni*am vult* éum.

9. Quóniam tu es, qui extraxísti me de véntre : * spes méa ab ubéribus mátris méae. In te projéctus *sum ex* útero :

10. De véntre mátris méae Déus méus és tu, * ne discés*seris* á me :

11. Quóniam tribulátio próxima est : * quóniam non *est qui* ádjuvet.

12. Circumdedérunt me vítuli múlti : * táuri píngues *obse*dérunt me.

13. Aperuérunt super me os súum, * sicut léo rápi*ens et* rúgiens.

14. Sicut áqua effúsus sum : * et dispérsa sunt ómnia *óssa* méa.

15. Fáctum est cor méum tamquam céra liquéscens * in médio *véntris* méi.

16. Aruit tamquam tésta vírtus méa, † et língua méa adhaésit fáucibus méis : * et in púlverem mórtis *dedu*xísti me.

17. Quóniam circumdedérunt me cánes múlti : * concílium malignánti*um ob*sédit me.

18. Fodérunt mánus méas et pédes méos : * dinumeravérunt ómnia *óssa* méa.

19. Ipsi vero consideravérunt et inspexérunt me : * divisérunt síbi vestiménta méa, et super véstem méam mi*sérunt* sórtem.

20. Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxílium túum á me : * ad defensiónem *méam* cónspice.

21. Erue a frámea, Déus, ánimam méam : * et de mánu cánis ú*nicam* méam :

22. Sálva me ex óre leónis : * et a córnibus unicórnium humili*tátem* méam.

23. Narrábo nómen túum frátribus méis : * in médio ecclési*ae lau*dábo te.

24. Qui timétis Dóminum, laudáte éum : * univérsum sémen Jácob, glorifi*cáte* éum.

25. Tímeat éum ómne sémen Israel : * quóniam non sprévit, neque despéxit deprecati*ónem* páuperis :

26. Nec avértit fáciem súam á me : * et cum clamárem ad éum, *exau*dívit me.

27. Apud te laus méa in ecclésia mágna : * vóta méa réddam in conspéctu timén*tium* éum.

28. Edent páuperes, et saturabúntur : † et laudábunt Dóminum qui requírunt éum : * vívent córda eórum in saé*culum* saéculi.

29. Reminiscéntur et converténtur ad Dóminum * univérsi *fines* térrae :

30. Et adorábunt in conspéctu éjus * univérsae famí*liae* Géntium.


31. Quóniam Dómini est régnum : * et ípse domin*ábitur* Géntium.

32. Manducavérunt et adoravérunt ómnes píngues térrae : * in conspéctu éjus cádent ómnes qui descén*dunt in* térram.


33. Et ánima méa ílli vívet : * et sémen méum sér*viet* ípsi.

34. Annuntiábitur Dómino generátio ventúra : * et annuntiábunt caéli justítiam éjus pópulo qui nascétur, quem *fécit* Dóminus.

3. Ant.
8. G




I Nsurrexérunt in me * téstes iníqui, et mentí-ta




est iníqui-tas sí-bi.

Psalmus 26.



1. Dóminus illuminá-ti-o mé-a, et sá-lus mé- a, * *quem*



*ti*mé- bo?

2. Dóminus protéctor vítae méae, * a quo *trepi*dábo?

3. Dum apprópiant super me nocéntes, * ut édant *cárnes* méas :

4. Qui tríbulant me inimíci méi, * ípsi infirmáti sunt, et *ceci*dérunt.

5. Si consístant advérsum me cástra, * non timé*bit cor* méum.

6. Si exsúrgat advérsum me praélium, * in hoc é*go spe*rábo.

7. Unam pétii a Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus *vitae* méae :

8. Ut vídeam voluptátem Dómini, * et vísitem *témplum* éjus.

9. Quóniam abscóndit me in tabernáculo súo : * in díe malórum protéxit me in abscóndito taberná*culi* súi.

10. In pétra exaltávit me : * et nunc exaltávit cáput méum super ini*micos* méos.

11. Circuívi, et immolávi in tabernáculo éjus hóstiam vociferatiónis : * cantábo, et psálmum *dicam* Dómino.

12. Exáudi, Dómine, vócem méam, qua clamávi ád te : * miserére méi, *et ex*áudi me.

13. Tíbi díxit cor méum, exquisívit te fácies méa : * fáciem túam, Dómi*ne, re*quíram.

14. Ne avértas fáciem túam á me : * ne declínes in íra a *sérvo* túo.

15. Adjútor méus ésto : * ne derelínquas me, neque despícias me, Déus, salu*táris* méus.

16. Quóniam páter méus, et máter méa dereliquérunt me : * Dóminus au*tem as*súmpsit me.

17. Légem póne míhi, Dómine, in vía túa : * et dírige me in sémitam réctam propter in*imicos* méos.

18. Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me : * quóniam insurrexérunt in me téstes iníqui, et mentíta est iní*quitas* sibi.

19. Crédo vidére bóna Dómini * in té*rra vi*véntium.

20. Exspécta Dóminum, virílliter áge : * et confortétur cor túum, et sús*tine* Dóminum.

℣. Divi-sérunt sí-bi vestimén-ta mé- a.
℟. Et super véstem méam misé-runt sórtem.

Vel :

℣. Divi-sérunt sí-bi vestimén-ta mé- a.
℟. Et super véstem méam misé-runt sórtem.

Pater noster. *secreto.*

Lectio I. *Cap. 2, 8-15.*

De Lamenta-ti-óne Jere-mí-ae Prophé-tae. Heth. Cogi-távit Dóminus dissipáre múrum fí-li-ae Sí- on : tetén-dit funícu-lum sú-um, et non avértit mánum sú-am a per-di-ti- ó-ne : luxítque antemurá-le, et múrus pári-ter dis-sipá-tus est. Teth. De-fíxae sunt in térra pórtae éjus :

pérdi-dit, et contrí-vit véctes é-jus : régem é-jus et prínci-pes é-jus in Génti-bus : non est lex, et prophétae é-jus non invené-runt vi-si- ónem a Dómi-no. Jod. Sedé-runt in térra, conticu-é-runt sénes fí-li-ae Sí- on : conspersé-runt cíne-re cápi-ta sú-a, accíncti sunt ci-lí-ci- is, abjecé-runt in térram cápi-ta sú- a vírgines Je-rú-sa-lem. Caph. De-fecérunt prae lácrimis ócu-li mé- i, conturbá-ta sunt ví-sce-ra mé- a : effúsum est in térra jécur mé-um super con-tri-ti- óne fí-li-ae pópu-li mé- i, cum de-fí-ce-ret párvu-lus et láctens in pla-té- is óppi-di. Je-rú-sa-lem, Je-rú-sa-lem, convérte-re ad Dóminum Dé-um tú- um.

Resp. 3.

Omnes * amí-ci mé- i de-re- liqué-runt me, et prae- va-lu-é- runt insi-dí- án-tes mí- hi : trádidit me quem di-ligé- bam : * Et terri-bí-li-bus ó- cu- lis plá- ga crudé- li percu- ti- éntes, acé- to po-tá- bant me. ℣. In- ter in-í-quos pro-jecé-runt me, et non pepercé-runt á- ni-mae mé- ae. * Et terri-bí-li-bus.

Lectio II.

Lamed. Mátribus sú- is dixérunt : Ubi est trí-ti-cum et vínum? cum de-fí-ce-rent quasi vulne-rá-ti in pla-té- is ci-vi-tá-tis : cum exha-lá-rent ánimas sú-as in sínu

mátrum su-á-rum. Mem. Cú-i compa-rábo te? vel cú-i assimi-lábo te, fí-li- a Je-rú-sa-lem? cú- i exaequábo te, et conso-lábor te, vírgo fí-li- a Sí- on? Mágna est enim vel-ut má-re contrí- ti- o tú- a : quis medébi-tur tú- i? Nun. Prophétae tú- i vidé-runt tí-bi fálsa et stúlta, nec ape-ri- ébant in-iqui-tá-tem tú- am, ut te ad poeni-ténti- am provo-cá-rent : vidé-runt autem tíbi assum-pti- ónes fálsas, et e-jecti- ó-nes. Samech. Plausé-runt super te mánibus ómnes transe- úntes per ví- am : si-bi-lavé-runt, et mové-runt cáput sú-um super fí-li- am Je-rú-sa-lem : Haéccine est urbs, di-céntes, perfécti decó-ris,

gáudi- um univérsae térrae? Je-rú-sa-lem, Je-rú-sa-lem, con-

vérte-re ad Dóminum Dé- um tú- um.

Resp. 2.

V Elum témpli * scís- sum est, * Et ómnis tér-

ra trému- it : látro de crú- ce clamábat,

dí- cens : Meménto mé- i, Dómi- ne, dum vé-ne-

ris in régnum tú- um. ℣. Pé-trae scíssae sunt,

et monuménta apérta sunt, et múlta córpo-ra sanctó-

rum, qui dormí- e-rant, surre- xé- runt. * Et ómnis.

Lectio III. *Cap. 3, 1-9.*

A - LEPH. Ego vir vídens paupertá-tem mé- am in

vírga indigna-ti- ónis é-jus. ALEPH. Me minávit, et

addúxit in ténebras, et non in lú-cem. ALEPH. Tantum

in me vértit, et convértit mánum sú-am tóta dí- e.

BETH. Vetústam fécit péllem mé-am, et cárnem mé-am,

contrívit óssa mé- a. BETH. Aedi-ficávit in gýro mé-

o, et circúmdedit me félle et labó-re. BETH. In te-


nebró-sis collocávit me, qua-si mórtu-os sempi-térnos.

GHIMEL. Circumaedi-ficávit advérsum me, ut non egré-


di- ar : aggravávit cómpedem mé- um. GHIMEL. Sed et,

cum clamávero et rogávero, exclúsit ora-ti-ónem mé-

am. GHIMEL. Conclú-sit ví- as mé-as la-pídibus quá-




dris, sémi-tas mé-as subvér-tit. Jerú-salem, Je-rúsa-lem,




convértere ad Dóminum Dé-um tú-um.


Resp. 8.




VI-ne-a mé-a * e- lé- cta, égo te plan-




tá- vi : * Quómo-do convér- sa es in ama-



ri- túdi- nem, ut me cru- ci-fí- ge-res, et Ba-



rábbam di- mítte- res? ℣. Sepí-vi te, et




lápides e-légi ex te, et aedi-fi- cá- vi túr-



rim. * Quómo-do. ℟. Ví-ne-a.


IN II. NOCTURNO.

1. Ant. 8. G




VIM fa-ci-ébant * qui quaerébant ánimam mé- am.

Psalmus 37.



1. Dómine, ne in furóre tú-o argú-as me, * neque in



íra tú-a corrípi- as me. *Flexa :* conturbátum est, †

2. Quóniam sagíttae túae infíxae sunt míhi : * et confirmásti super me *mánum* túam.

3. Non est sánitas in cárne méa a fácie írae túae : * non est pax óssibus méis a fácie peccató*rum me*órum.

4. Quóniam iniquitátes méae supergréssae sunt cáput méum : * et sicut ónus gráve gravá*tae sunt* súper me.

5. Putruérunt et corrúptae sunt cicatríces méae, * a fácie insipién*tiae* méae.

6. Míser fáctus sum, et curvátus sum usque in fínem : * tóta díe contristátus in*gredi*ébar.

7. Quóniam lúmbi méi impléti sunt illusiónibus : * et non est sánitas in *cárne* méa.

8. Afflíctus sum, et humiliátus sum nímis : * rugiébam a gémitu *córdis* méi.

9. Dómine, ante te ómne desidérium méum : * et gémitus méus a te non *est abs*cónditus.

10. Cor méum conturbátum est, † derelíquit me vírtus méa : * et lúmen oculórum meórum, et ípsum *non est* mécum.

11. Amíci méi, et próximi méi * advérsum me appropinquavérunt *et ste*térunt.

12. Et qui juxta me érant, de longe stetérunt : * et vim faciébant qui quaerébant *ánimam* méam.

13. Et qui inquirébant mála míhi, locúti sunt vanitátes : * et dólos tóta díe me*dita*bántur.

14. Ego autem tamquam súrdus non audiébam : * et sicut mútus non apéri*ens os* súum.

15. Et fáctus sum sicut hómo non áudiens : * et non hábens in óre súo redar*gutió*nes.

16. Quóniam in te, Dómine, sperávi : * tu exáudies me, Dómine, *Déus* méus.

17. Quia díxi : Nequándo supergáudeant míhi inimíci méi : * et dum commovéntur pédes méi, super me má*gna lo*cúti sunt.

18. Quóniam égo in flagélla parátus sum : * et dólor méus in conspéctu *méo* sémper.

19. Quóniam iniquitátem méam annuntiábo : * et cogitábo pro pec*cáto* méo.


20. Inimíci autem méi vívunt, et confirmáti sunt súper me : * et multiplicáti sunt qui odérunt *me i*nique.

21. Qui retríbuunt mála pro bónis, detrahébant mihi : * quóniam sequébar *boni*tátem.


22. Ne derelínquas me, Dómine, Déus méus : * ne discés*seris* a me.

23. Inténde in adjutórium méum, * Dómine, Déus sa*lútis* méae.

2. Ant. 4. A*




Confundántur * et reve-re- ántur, qui quaérunt áni-



mam mé- am, ut áuferant é- am.

Psalmus 39.



1. Exspéctans exspe*ctávi* Dóminum, * et *inténdit* mí- hi.

2. Et exaudívit *préces* méas : * et edúxit me de lácu misériae, et *de lúto* faécis.

3. Et státuit super pétram *pédes* méos : * et diré*xit gréssus* méos.

4. Et immísit in os méum cán*ticum* nóvum, * cár*men Déo* nóstro.

5. Vidébunt múlti, *et ti*mébunt : * et spe*rábunt in* Dómino.

6. Beátus vir cújus est nómen Dómi*ni spes* éjus : * et non respéxit in vanitátes et in*sánias* fálsas.

7. Múlta fecísti tu, Dómine, Déus méus, mirabí*lia* túa : * et cogitatiónibus túis non est qui *símilis sit* tíbi.

8. Annuntiávi *et lo*cútus sum : * multiplicáti *sunt super* númerum.

9. Sacrifícium et oblatiónem *nolu*isti : * áures autem per*fecisti* mihi.

10. Holocáustum et pro peccáto non *postu*lásti : * tunc *díxi : Ecce* vénio.

11. In cápite líbri scríptum est de me ut fácerem volun*tátem* túam : * Déus méus, vólui, et légem túam in médio *córdis* méi.

12. Annuntiávi justítiam túam in eccl*ésia* mágna, * ecce lábia méa non prohibébo : *Dómine, tu* scisti.

13. Justítiam túam non abscóndi in *córde* méo : * veritátem túam et salutár*e túum* díxi.

14. Non abscóndi miseri córdiam túam et veri*tátem* túam * a con*cilio* múlto.

15. Tu autem, Dómine, ne longe fácias miseratiónes *túas* á me : * misericórdia túa et véritas túa sem*per susce*pérunt me.

16. Quóniam circumdedérunt me mála, quórum *non est* númerus : * comprehendérunt me iniquitátes méae, et non pótu*i ut vi*dérem.

17. Multiplicátae sunt super capíllos cá*pitis* méi : * et cor mé*um dere*líquit me.

18. Compláceat tíbi, Dómine, ut *éru*as me : * Dómine, ad adju*vándum me* réspice.

19. Confundántur et revereántur simul qui quaérunt á*nimam* méam, * ut *áuferant* éam.

20. Convertántur retrórsum et re*vere*ántur, * qui vó*lunt mihi* mála.


21. Férant conféstim confusi*ónem* súam, * qui dícunt mí*hi : Euge*, éuge.

22. Exsúltent et laeténtur super te óm*nes quae*réntes te : * et dícant semper : Magnificétur Dóminus, qui díligunt sa*lutáre* túum.


23. Ego autem mendícus *sum et* páuper : * Dóminus sollí*citus est* méi.

24. Adjútor méus, et protéctor *méus* tú es : * Déus *méus, ne tar*dáveris.

3. Ant. 4. A*




Alii-éni * insurrexérunt in me, et fórtes quae-




si-é-runt ánimam mé- am.

Psalmus 53.



1. Dé-us, in nómine tú-o *sálvum* mé fac : * et in virtúte



tú-*a júdi*ca me. *Flexa :* advérsum me : †

2. Déus, exáudi orati*ónem* méam : * áuribus pércipe vér*ba óris* méi.


3. Quóniam aliéni insurrexérunt advérsum me, † et fórtes quaesiérunt ánimam méam : * et non proposuérunt Déum ante *conspéctum* súum.

4. Ecce enim Déus *ádju*vat me : * et Dóminus suscéptor est *ánimae* méae.

5. Avérte mála ini*mícis* méis : * et in veritáte túa *dispérde* íllos.

6. Voluntárie sacrifi*cábo* tíbi, * et confitébor nómini túo, Dómine : *quóniam* bónum est :


7. Quóniam ex ómni tribulatióne e*ripu*isti me : * et super inimícos méos despéxit *óculus* méus.



℣. Insurrexérunt in me téstes in- íqui.

℟. Et mentíta est in- íqui-tas sí- bi.

Vel :



℣. Insurrexérunt in me téstes in- íqui.
℟. Et mentíta est in- íqui-tas sí- bi.


Pater noster. *secreto.*

Ex Tractátu sancti Augustíni Epíscopi super Psalmos.


Lectio IV. *In Ps. 63, ad vers. 2.*

Protexísti me, Deus, a convéntu malignántium, a multitúdine operántium iniquitátem. Jam ipsum caput nostrum intueámur. Multi mártyres tália passi sunt, sed nihil sic elúcet, quómodo caput mártyrum : ibi mélius intuémur, quod illi expérti sunt. Protéctus est a multitúdine malignántium, protegénte se Deo, protegénte carnem suam ipso Fílio, et hómine, quem gerébat : quia fílius hóminis est, et Fílius Dei est : Fílius Dei, propter formam Dei : fílius hóminis, propter formam servi, habens in potestáte pónere ánimam suam, et recípere eam. Quid ei potuérunt fácere inimíci? Occidérunt corpus, ánimam non occidérunt. Inténdite. Parum ergo erat, Dóminum hortári mártyres verbo, nisi firmáret exémplo.


Resp. 8.




TAmquam * ad latrónem exístis cum gládi- is et




fú-sti-bus comprehén- de- re me : * Quo-tí-




di- e apud vos é- ram in témplo dó- cens, et




non me tenu- í-stis : et ecce flagellátum dú-ci-



tis ad cru- ci- fi- gén- dum. ℣. Cumque



inje-císsent mánus in Jésum, et te-nu- íssent é- um,




dí- xit ad é- os. * Quo-tí- di- e.


Lectio V.

Nostis qui convéntus erat malignántium Judaeórum, et quae multitúdo erat operántium iniquitátem. Quam iniquitátem? Quia voluérunt occídere Dóminum Jesum Christum. Tanta ópera bona, inquit, osténdi vobis : propter quod horum me vultis occídere? Pértulit omnes infírmos eórum, curávit omnes lánguidos eórum, praedicávit regnum caelórum, non tácuit vítia eórum, ut ipsa pótius eis displicérent, non médicus, a quo sanabántur. His ómnibus curatiónibus ejus ingráti, tamquam multa febre phrenétici, insaniéntes in médicum qui vénerat curáre eos, excogitavérunt consílium perdéndi eum : tamquam ibi voléntes probáre, utrum vere homo sit, qui mori possit, an áliquid super hómines sit, et mori se non permíttat. Verbum ipsórum agnóscimus in Sapiéntia Salomónis : Morte turpíssima, ínquiunt, condemnémus eum. Interrogémus eum : erit enim respéctus in sermónibus illíus. Si enim vere Fílius Dei est, líberet eum.


Resp. 7.




TEnebrae * fáctae sunt, dum cruci-fi-xíssent Jé-




sum Ju- daé- i : et cir-ca hó- ram nó- nam



excla-má- vit Jé- sus vó- ce má- gna :



Dé- us mé- us, ut quid me dere- liquí- sti?



* Et incliná-to cá- pi-te, emí-sit spí- ri- tum.

℣. Exclá- mans Jésus vóce mágna, á- it : Pá- ter, in mánus tú-as comméndo spí- ri- tum mé- um. * Et inclináto.

Lectio VI.

Exacuérunt tamquam gládium linguas suas. Non dicant Judaéi : Non occídimus Christum. Etenim proptérea eum dedérunt júdici Piláto, ut quasi ipsi a morte ejus videréntur immúnes. Nam cum dixísset eis Pilátus : Vos eum occídite; respondérunt : Nobis non licet occídere quemquam. Iniquitátem facínoris sui in júdicem hóminem refúndere volébant : sed numquid Deum júdicem fallébant? Quod fecit Pilátus, in eo ipso quod fecit, aliquántum párticeps fuit : sed in comparatióne illórum, multo ipse innocéntior. Institit enim quantum pótuit, ut illum ex eórum mánibus liberáret : nam proptérea flagellátum prodúxit ad eos. Non persequéndo Dóminum flagellávit, sed eórum furóri satisfácere volens : ut vel sic jam mitéscerent, et desínerent velle occídere, cum flagellátum vidérent. Fecit et hoc. At ubi perseveravérunt, nostis illum lavísse manus, et dixísse, quod ipse non fecísset, mundum se esse a morte illíus. Fecit tamen. Sed si reus, quia fecit vel invítus : illi innocéntes, qui coëgérunt ut fáceret? Nullo modo. Sed ille dixit in eum senténtiam, et jussit eum crucifígi, et quasi ipse occídit : et vos, o Judaéi, occidístis. Unde occidístis? Gládio linguae : acuístis enim linguas vestras. Et quando percussístis, nisi quando clamástis : Crucífige, crucífige?

Resp. 8.

Animam mé- am * di-lé-ctam trádi- di in má- nus ini-quó- rum, et fácta est mí- hi herédi- tas mé- a sic- ut lé- o in sílva : dédit contra me vóces adver-sá- ri- us, dí-cens : Congregá-

mini, et prope-rá- te ad devorán-dum íllum : po-su-é-runt me in de- sérto so-li- túdi- nis, et lú-xit super me ómnis tér- ra : * Qui- a non est in-véntus qui me agnó- sce- ret, et fá- ce- ret be- ne. ℣. Insurrexé-runt in me ví-ri absque mi-se-ricór-di- a, et non pepercé-runt á- ni-mae mé- ae. * Quia. ℟. Animam.

IN III. NOCTURNO.

1. Ant. 1. f

Ab insurgéntibus in me * líbe-ra me, Dómi-ne, qui- a occupavé-runt ánimam mé- am.

Psalmus 58.

1. Eripe me de in-imí-cis mé- is, Dé- us mé- us : * et ab insurgéntibus in me *lí-be*-ra me. *Flexa :* óre sú- o, †

2. Eripe me de operántibus iniquitátem : * et de víris sán*guinum* sálva me.

3. Quia ecce cepérunt ánimam méam : * irruérunt *in me* fórtes.

4. Neque iníquitas méa, neque peccátum méum, Dómine : * sine iniquitáte cucúrri, *et di*réxi.

5. Exsúrge in occúrsum méum, et vide : * et tu, Dómine, Déus virtútum, *Déus* Israël,

6. Inténde ad visitándas ómnes Géntes : * non misereáris ómnibus qui operántur in*iqui*tátem.

7. Converténtur ad vésperam : et fámem patiéntur ut cánes, * et circuíbunt *civi*tátem.

8. Ecce loquéntur in óre súo, † et gládius in lábiis eórum : * quóniam *quis au*dívit?

9. Et tu, Dómine, deridébis éos : * ad níhilum dedúces *ómnes* Géntes.

10. Fortitúdinem méam ad te custódiam, † quia, Déus, suscéptor méus es : * Déus méus, misericórdia éjus praeve*ní*et me.

11. Déus osténdet míhi super inimícos méos, ne occídas éos : * nequándo obliviscántur pó*puli* méi.

12. Dispérge íllos in virtúte túa : * et depóne éos, protéctor *méus,* Dómine :

13. Delíctum óris eórum, sermónem labiórum ipsórum : * et comprehendántur in supér*bia* súa.

14. Et de exsecratióne et mendácio annuntiabúntur in consummatióne : * in íra consummatiónis, *et non* érunt.

15. Et scíent quia Déus dominábitur Jácob : * et fí*nium* térrae.

16. Converténtur ad vésperam : et fámem patiéntur ut cánes, * et circuíbunt *civi*tátem.


17. Ipsi dispergéntur ad manducándum : * si vero non fúerint saturáti, et *murmu*rábunt.

18. Ego autem cantábo fortitúdinem túam : * et exsultábo mane misericór*diam* túam.


19. Quia fáctus es suscéptor méus, * et refúgium méum, in díe tribulati*ónis* méae.

20. Adjútor méus, tíbi psállam, † quia, Déus, suscéptor méus es : * Déus méus, misericór*dia* méa.

2. Ant. 8. G




LOnge fecísti * nó-tos mé-os a me : trádi-tus sum,




et non egredi-é-bar.

Psalmus 87.



1. Dómine, Dé-us sa-lú-tis mé- ae : * in dí-e clamávi, et



nócte có-ram te.

2. Intret in conspéctu túo orátio méa : * inclína áurem túam ad *précem* méam :

3. Quia repléta est mális ánima méa : * et víta méa inférno ap*propin*quávit.

4. Aestimátus sum cum descendéntibus in lácum : * fáctus sum sicut hómo sine adjutório, inter mór*tuos* líber.

5. Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, quórum non es mémor ámplius : * et ípsi de mánu tú*a re*púlsi sunt.

6. Posuérunt me in lácu inferióri : * in tenebrósis, et in *úmbra* mórtis.

7. Super me confirmátus est fúror túus : * et ómnes flúctus túos indu*xisti* súper me.

8. Longe fecísti nótos méos á me : * posuérunt me abominati*ónem* síbi.

9. Tráditus sum, et non egrediébar : * óculi méi languérunt *prae i*nópia.

10. Clamávi ad te, Dómine, tóta díe : * expándi ad te *mánus* méas.

11. Numquid mórtuis fácies mirabília : * aut médici suscitábunt, et confite*búntur* tíbi?

12. Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam túam, * et veritátem túam in per*diti*óne?

13. Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília túa, * et justítia túa in térra *oblivi*ónis?

14. Et égo ad te, Dómine, clamávi : * et mane orátio méa praeve*ní*et te.

15. Ut quid, Dómine, repéllis oratiónem méam : * avértis fáciem *túam* á me?


16. Páuper sum égo, et in labóribus a juventúte méa : * exaltátus autem, humiliátus sum et *contur*bátus.

17. In me transiérunt írae túae : * et terróres túi con*turba*vérunt me.


18. Circumdedérunt me sicut áqua tóta díe : * circumdedé*runt me* símul.

19. Elongásti a me amícum et próximum : * et nótos méos *a mi*séria.

3. Ant. 8. G




CAptábunt * in ánimam jústi, et sánguinem inno-




céntem condemná-bunt.

Psalmus 93.



1. Dé- us ulti- ónum Dóminus : * Dé- us ulti- ónum lí-*be-re*



é- git.

2. Exaltáre, qui júdicas térram : * rédde retributió*nem su*pérbis.

3. Usquequo peccatóres, Dómine, * úsquequo peccatóres glori*a*-búntur :

4. Effabúntur, et loquéntur iniquitátem : * loquéntur ómnes, qui operántur *inju*stitiam?

5. Pópulum túum, Dómine, humiliavérunt : * et hereditátem túam *vexa*vérunt.

6. Víduam, et ádvenam interfecérunt : * et pupíllos *occi*dérunt.

7. Et dixérunt : Non vidébit Dóminus, * nec intélliget *Déus* Jácob.

8. Intellígite, insipiéntes in pópulo : * et stúlti, ali*quándo* sápite.

9. Qui plantávit áurem, non áudiet? * aut qui fínxit óculum, *non con*siderat?

10. Qui córripit Géntes non árguet : * qui dócet hómi*nem sci*éntiam?

11. Dóminus scit cogitatiónes hóminum, * quó*niam* vánae sunt.

12. Beátus hómo, quem tu erudíeris, Dómine : * et de lége túa docú*eris* éum,

13. Ut mítiges ei a diébus mális : * donec fodiátur pecca*tóri* fóvea.

14. Quia non repéllet Dóminus plébem súam : * et hereditátem súam non *dere*línquet.

15. Quoadúsque justítia convertátur in judícium : * et qui juxta íllam ómnes qui ré*cto sunt* córde.

16. Quis consúrget míhi advérsus malignántes? * aut quis stábit mécum advérsus operántes *iniqui*tátem?

17. Nisi quia Dóminus adjúvit me : * paulo minus habitásset in inférno á*nima* méa.

18. Si dicébam : Mótus est pes méus : * misericórdia túa, Dómine, *adju*vábat me.


19. Secúndum multitúdinem dolórum meórum in córde méo : * consolatiónes túae laetificavérunt á*nimam* méam.

20. Numquid adhaéret tíbi sédes iniquitátis : * qui fíngis labórem *in prae*cépto?

21. Captábunt in ánimam jústi : * et sánguinem innocéntem *condem*nábunt.

22. Et fáctus est míhi Dóminus in refúgium : * et Déus méus in adjutórium *spéi* méae.

23. Et réddet íllis iniquitátem ipsórum : et in malítia eórum dispérdet éos : * dispérdet íllos Dóminus *Déus* nóster.



℣. Locú-ti sunt advérsum me língua do- ló-sa.
℟. Et sermónibus ódii circumdedérunt me, et expugna- vé- runt me gra-tis.

Vel :



℣. Locú-ti sunt advérsum me língua do- ló-sa.
℟. Et sermónibus ódii circumdedérunt me, et expugnavérunt me gra-tis.


Pater noster. *secreto.*

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Hebraéos.


Lectio VII. *Cap. 4, 11-16 et 5, 1-10.*

FEstinémus íngredi in illam réquiem : ut ne in idípsum quis íncidat incredulitátis exémplum. Vivus est enim sermo Dei, et éfficax, et penetrabílior omni gládio ancípiti : et pertíngens usque ad divisiónem ánimae ac spíritus, compágum quoque ac medullárum, et discrétor cogitatiónum et intentiónum cordis. Et non est ulla creatúra invisíbilis in conspéctu ejus : ómnia autem nuda et apérta sunt óculis ejus, ad quem nobis sermo. Habéntes ergo Pontíficem magnum, qui penetrávit caelos, Jesum Fílium Dei : teneámus confessiónem. Non enim habémus Pontíficem qui non possit cómpati infirmitátibus nostris : tentátum autem per ómnia pro similitúdine absque peccáto.


Resp. 6.




TRadidé- runt me * in mánus impi- ó-




rum, et inter in-í- quos proje- cé-runt me, et




non peper- cé- runt áni- mae mé- ae : congregá-




ti sunt advérsum me fór- tes : * Et sic- ut gi-gán-



tes ste-té- runt contra me. ℣. A-li- é-



ni insur-rexé-runt advérsum me, et fórtes quae-




si- é-runt á- nimam mé- am. * Et sic- ut.


Lectio VIII.

Adeámus ergo cum fidúcia ad thronum grátiae : ut misericórdiam consequámur, et grátiam inveniámus in auxílio opportúno. Omnis namque Póntifex ex homínibus assúmptus, pro homínibus constitúitur in iis quae sunt ad Deum, ut ófferat dona et sacrifícia pro peccátis : qui condolére possit iis qui ignórant et errant : quóniam et ipse circumdátus est infirmitáte : et proptérea debet, quemádmodum pro pópulo, ita étiam et pro semetípso offérre pro peccátis.

Resp. 8.




Jesum * trá- di-dit ímpi- us súmmis




princí-pibus sacerdó- tum, et seni- ó- ribus




pópu- li : * Pétrus autem sequebátur é-um a lon-



ge, ut vi-dé- ret fí- nem. ℣. Adduxé-runt



autem é-um ad Cá- ipham prínci- pem sacerdó- tum,




u-bi scríbae et pha-risaé- i convéne- rant. * Pétrus.


Lectio IX.

Nec quisquam sumit sibi honórem, sed qui vocátur a Deo, tamquam Aaron. Sic et Christus non semetípsum clarificávit ut Póntifex fíeret : sed qui locútus est ad eum : Fílius meus es tu, ego hódie génui te. Quemádmodum et in álio loco dicit : Tu es sacérdos in aetérnum, secúndum órdinem Melchísedech. Qui in diébus carnis suae, preces supplicationésque ad eum, qui possit illum salvum fácere a morte, cum clamóre válido et lácrimis, ófferens, exaudítus est pro sua reveréntia. Et quidem cum esset Fílius Dei, dídicit ex iis quae passus est, obediéntiam : et consummátus, factus est ómnibus obtemperántibus sibi causa salútis aetérnae, appellátus a Deo Póntifex juxta órdinem Melchísedech.


Resp. 5.




Caligavé- runt * óculi mé- i a flé- tu




mé- o : qui- a e-longátus est a me, qui conso- la-




bá- tur me : Vidé-te, ómnes pó-pu- li, * Si est dó- lor



sí- mi- lis sic-ut dó-lor mé- us. ℣. O vos




ómnes, qui transí- tis per ví- am, atténdi-te et vi-




dé- te. * Si est. ℟. Ca-ligavé- runt.

AD LAUDES.

1. Ant. 7. c



Psalmus 50.



2. Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * déle iniquitátem méam.

3. Amplius láva me ab iniquitáte méa : * et a peccáto méo múnda me.

4. Quóniam iniquitátem méam égo cognósco : * et peccátum méum contra mé est sémper.

5. Tíbi sóli peccávi, et málum córam te féci : * ut justificéris in sermónibus túis, et víncas cum judicáris.

6. Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : * et in peccátis concépit me máter méa.

7. Ecce enim veritátem dilexísti : * incérta et occúlta sapiéntiae túae *manifestásti* míhi.

8. Aspérges me hyssópo ét mundábor : * lavábis me, et super nívem dealbábor.

9. Audítui méo dábis gáudium ét laetítiam : * et exsultábunt óssa humiliáta.

10. Avérte fáciem túam a peccátis méis : * et ómnes iniquitátes méas déle.

11. Cor múndum créa ín me, Déus : * et spíritum réctum ínnova in viscéribus méis.

12. Ne projícias me a fácie túa : * et spíritum sánctum túum ne áuferas á me.

13. Rédde míhi laetítiam salutáris túi : * et spíritu principáli confírma me.

14. Docébo iníquos vías túas : * et ímpii ad te converténtur.

15. Líbera me de sanguínibus, Déus, Déus salútis méae : * et exsultábit língua méa justítiam túam.

16. Dómine lábia méa apéries : * et os méum annuntiábit láudem túam.


17. Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique : * holocáustis non delectáberis.

18. Sacrifícium Déo spíritus contribulátus : * cor contrítum et humiliátum Déus nón despícies.


19. Benígne fac Dómine in bóna voluntáte túa Sion : * ut aedificéntur múri Jerúsalem.

20. Tunc acceptábis sacrifícium justítiae, oblatiónes et holocáusta : * tunc impónent super altáre túum vítulos.

2. Ant. 4. E



Psalmus 142.



2. Et non íntres in judícium cum *sérvo* túo : * quia non justificábitur in conspéctu tú*o ómnis* vívens.

3. Quia persecútus est inimícus á*nimam* méam : * humiliávit in térr*a vitam* méam.

4. Collocávit me in obscúris sicut mór*tuos* saéculi : * et anxiátus est super me spíritus méus, in me turbá*tum est cor* méum.

5. Mémor fúi diérum antiquórum, † meditátus sum in ómnibus opé*ribus* túis : * in fáctis mánuum tuá*rum medi*tábar.

6. Expándi mánus *méas* ád te : * ánima méa sicut térra si*ne áqua* tíbi.

7. Velóciter exáu*di me* Dómine : * defécit *spiritus* méus.

8. Non avértas fáciem *túam* á me : * et símilis éro descendén*tibus in* lácum.

9. Audítam fac míhi mane misericór*diam* túam : * quia *in te sper*ávi.

10. Nótam fac míhi víam *in qua* ámbulem : * quia ad te levávi *ánimam* méam.


11. Eripe me de inimícis méis Dómine, ad *te con*fúgi : * dóce me fácere voluntátem túam, quia Dé*us méus* és tu.

12. Spíritus túus bónus dedúcet me in *térram* réctam : * propter nómen túum, Dómine, vivificábis me in ae*quitáte* túa.


13. Edúces de tribulatióne á*nimam* méam : * et in misericórdia túa dispérdes in*imícos* méos.

14. Et pérdes ómnes qui tríbulant á*nimam* méam : * quóniam *égo sérvus* túus sum.

3. Ant. 1. f



Psalmus 84.



2. Remisísti iniquitátem plébis túae : * operuísti ómnia peccá*ta e*órum.

3. Mitigásti ómnem íram túam : * avertísti ab íra indignati*ónis* túae.

4. Convérte nos Déus salutáris nóster : * et avérte íram *túam a* nóbis.

5. Numquid in aetérnum irascéris nóbis? * aut exténdes íram túam a generatióne in gener*atió*nem?

6. Déus, tu convérsus vivificábis nos : * et plebs túa laetá*bitur* in te.

7. Osténde nóbis, Dómine, misericórdiam túam : * et salutáre *túum da* nóbis.

8. Audiam quid loquátur in me Dóminus Déus : * quóniam loquétur pácem in *plébem* súam.

9. Et super sánctos súos : * et in éos, qui conver*túntur* ád cor.

10. Verúmtamen prope timéntes éum salutáre ipsíus : * ut inhábitet glória in *térra* nóstra.


11. Misericórdia, et véritas obviavérunt síbi : * justítia, et pax *osculátae* sunt.

12. Véritas de térra órta est : * et justítia de caé*lo pro*spéxit.


13. Etenim Dóminus dabit benignitátem : * et térra nóstra dábit *frúctum* súum.

14. Justítia ante éum ambulábit : * et pónet in vía *gréssus* súos.

4. Ant. 1. f



Canticum Habacuc. *Cap. 3.*



Flexa : Dómine? †

2. Dómine, ópus túum, * in médio annórum viví*fica* illud :

3. In médio annórum nótum fácies : * cum irátus fúeris, misericórdiae *recor*dáberis.

4. Déus ab Austro véniet, * et sánctus de *mónte* Pháran :

5. Opéruit caélos glória éjus : * et láudis éjus plé*na est* térra.

6. Spléndor éjus út lux érit : * córnua in má*nibus* éjus :

7. Ibi abscóndita est fortitúdo éjus : * ante fáciem *éjus* íbit mors.

8. Et egrediétur diábolus ante pédes éjus. * Stétit, et mén*sus est* térram.

9. Aspéxit, et dissólvit Géntes : * et contríti sunt *móntes* saéculi.

10. Incurváti sunt cólles múndi, * ab itinéribus aetern*itátis* éjus.

11. Pro iniquitáte vídi tentória Aethiópiae, * turbabúntur pélles *térrae* Mádian.

12. Numquid in flumínibus irátus es, Dómine? * aut in flumínibus furor túus? vel in mári indignát*io* túa?

13. Qui ascéndes super équos túos : * et quadrígae tú*ae sal*vátio.

14. Súscitans suscitábis árcum túum : * juraménta tríbubus *quae locútus* es.


15. Flúvios scíndes térrae : † vidérunt te, et doluérunt móntes : * gúrges a*quárum* tránsiit.

16. Dédit abýssus vócem súam : * altitúdo mánus sú*as le*vávit.


17. Sol et lúna stetérunt in habitáculo súo, * in lúce sagittárum tuárum, íbunt in splendóre fulgurántis *hástae* túae.

18. In frémitu conculcábis térram : * et in furóre obstupefácies Géntes.
19. Egréssus es in salútem pópuli túi : * in salútem cum *Christo* túo.
20. Percussísti cáput de dómo ímpii : * denudásti fundaméntum éjus us*que ad* cóllum.
21. Maledixísti scéptris éjus, † cápiti bellatórum éjus, * veniéntibus ut túrbo ad *disper*géndum me.
22. Exsultátio eórum * sicut éjus qui dévorat páuperem *in abs*cóndito.
23. Víam fecísti in mári équis túis, * in lúto aquá*rum mul*tárum.
24. Audívi, et conturbátus est vénter méus : * a vóce contremuérunt lá*bia* méa.
25. Ingrediátur putrédo in óssibus méis, * et sub*ter me* scáteat.
26. Ut requiéscam in díe tribulatiónis : * ut ascéndam ad pópulum ac*cinctum* nóstrum.
27. Fícus enim nón florébit : * et non érit gér*men in* víneis.
28. Mentiétur ópus olívae : * et árva non áf*ferent* cíbum.
29. Abscindétur de ovíli pécus : * et non érit arméntum *in prae*sépibus.
30. Ego autem in Dómino gaudébo : * et exsultábo in Déo *Jésu* méo.
31. Déus Dóminus fortitúdo méa : * et pónet pédes méos qua*si cer*vórum.
32. Et super excélsa méa dedúcet me víctor, * in psál*mis ca*néntem.

5. Ant. 8. G




MEménto mé- i * Dómine Dé-us, dum véne-ris in




régnum tú- um.

Psalmus 147.




1. Láuda, Jerúsalem, Dóminum : * láuda Dé-um *tú-um*, Sí- on.
2. Quóniam confortávit séras portárum tuárum : * benedíxit fíliis *túis* in te.
3. Qui pósuit fínes túos pácem : * et ádipe fruménti *sáti*at te.
4. Qui emíttit elóquium súum térrae : * velóciter cúrrit *sérmo* éjus.
5. Qui dat nívem sicut lánam : * nébulam sicut c*inerem* spárgit.
6. Míttit crystállum súam sicut buccéllas : * ante fáciem frígoris éjus quis *susti*nébit?
7. Emíttet vérbum súum, et liquefáciet éa : * flábit spíritus éjus, et *flúent* áquae.

8. Qui annúntiat vérbum súum Jácob : * justítias, et judícia *súa* Israël.
9. Non fécit táliter ómni natióni : * et judícia súa non manife*stávit* éis.




℣. Collocávit me in obscú-ris. ℟. Sicut mórtu- os saécu-li.

Vel :




℣. Collocávit me in obscú-ris. ℟. Sicut mórtu- os saécu-li.


Ad Bened. Ant. 1. g



POsu- é-runt * super cáput é- jus cáusam ipsí-



us scríptam : Jésus Nazaré-nus, Rex Ju-dae-ó-rum.



E u o u a e.

Cant. Benedíctus Dóminus. 569.

Deinde dicitur Chrístus fáctus est. *cum reliquis, ut supra,* 570.


AD MISSAM PRAESANCTIFICATORUM.


Finita Nona, Sacerdos et Ministri, induti paramentis nigri coloris, sine luminaribus et incenso, procedunt ad Altare : et ante illud prostrati aliquandiu orant. Facta oratione, Sacerdos cum Ministris ascendit ad Altare, et osculatur illud in medio ; deinde Lector accedit ad Legendum Prophetiam in loco ubi legitur Epistola, et incipit eam sine titulo.

Osee 6.

HAec dicit Dóminus : In tribulatióne sua mane consúrgent ad me : Veníte, et revertámur ad Dóminum : quia ipse cepit et sanábit nos : percútiet, et curábit nos. Vivificábit nos post duos dies : in die tértia suscitábit nos, et vivémus in conspéctu ejus. Sciémus, sequemúrque ut cognoscámus Dóminum : quasi dilúculum praeparátus est egréssus ejus, et véniet quasi imber nobis temporáneus et serótinus terrae. Quid fáciam tibi Ephraim? quid fáciam tibi Juda? Misericórdia vestra quasi nubes matutína, et quasi ros mane pertránsiens. Propter hoc dolávi in prophétis, occídi eos in verbis oris mei : et judícia tua quasi lux egrediéntur. Quia misericórdiam vólui, et non sacrifícium, et sciéntiam Dei plus quam holocáusta.

Tract. 2.





Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Oratio.

Deus, a quo et Judas reátus sui poenam, et confessiónis suae latro praémium sumpsit, concéde nobis tuae propitiatiónis efféctum : ut, sicut in passióne sua Jesus Christus Dóminus noster divérsa utrísque íntulit stipéndia meritórum; ita nobis, abláto vetustátis erróre, resurrectiónis suae grátiam largiátur : Qui tecum vivit et regnat.


Subdiaconus in tono Epistolae similiter sine titulo cantat sequentem Lectionem.


Exodi 12.


In diébus illis : Dixit Dóminus ad Móysen et Aaron in terra Aegýpti : Mensis iste, vobis princípium ménsium : primus erit in ménsibus anni. Loquímini ad univérsum coetum filiórum Israel, et dícite eis : Décima die mensis hujus tollat unusquísque agnum per famílias et domos suas. Sin autem minor est númerus ut sufficere possit ad vescéndum agnum, assúmet vicínum suum qui junctus est dómui suae, juxta númerum animárum quae sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque mácula, másculus, annículus : juxta quem ritum tollétis et haedum. Et servábitis eum usque ad quartamdéci-

mam diem mensis hujus : immolabítque eum univérsa multitúdo filiórum Israel ad vésperam. Et sument de sánguine ejus, ac ponent super utrúmque postem, et in superlimináribus domórum, in quibus cómedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, et ázymos panes cum lactúcis agréstibus. Non comedétis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni : caput cum pédibus ejus et intestínis vorábitis. Nec remanébit quidquam ex eo usque mane. Si quid resíduum fúerit, igne comburétis. Sic autem comedétis illum : renes vestros accingétis, et calceaménta habébitis in pédibus, tenéntes báculos in mánibus, et comedétis festinánter : est enim Phase (id est tránsitus) Dómini.

Tract. 2.







Finito Tractu, dicitur Passio super nudum pulpitum.

Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Joannem.

Joann. 18. et 19.

In illo témpore : Egréssus est Jesus cum discípulis suis trans torréntem Cedron, ubi erat hortus, in quem introívit ipse, et discípuli ejus. Sciébat autem et Judas, qui tradébat eum, locum : quia frequénter Jesus convénerat illuc cum discípulis suis. Judas ergo cum accepísset cohórtem, et a pontifícibus et pharisaéis minístros, venit illuc cum latérnis, et fácibus, et armis. Jesus ítaque sciens ómnia quae ventúra erant super eum, procéssit, et dixit eis : ✠ Quem quaéritis? C. Respondérunt ei : S. Jesum Nazarénum. C. Dicit eis Jesus : ✠ Ego sum. C. Stabat autem et Judas, qui tradébat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis : Ego sum : abiérunt retrórsum, et cecidérunt in terram. Iterum ergo interrogávit eos : ✠ Quem quaéritis? C. Illi autem dixérunt : S. Jesum Nazarénum. C. Respóndit Jesus : ✠ Dixi vobis, quia ego sum : si ergo me quaéritis, sínite hos abíre. C. Ut implerétur sermo, quem dixit : Quia quos dedísti mihi, non pérdidi ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gládium edúxit eum : et percússit pontíficis servum : et abscídit aurículam ejus déxteram. Erat autem nomen servo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro : ✠ Mitte gládium tuum in vagínam. Cálicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? C. Cohors ergo, et tribúnus, et minístri Judaeórum comprehendérunt Jesum, et ligavérunt eum : et adduxérunt eum ad Annam primum; erat autem socer Cáiphae, qui erat póntifex anni illíus. Erat autem Cáiphas, qui consílium déderat Judaéis : Quia éxpedit unum hóminem mori pro pópulo. Sequebátur autem Jesum Simon Petrus, et álius discípulus. Discípulus autem ille erat notus pontífici, et introívit cum Jesu in átrium pontíficis. Petrus autem stabat ad óstium foris. Exívit ergo discípulus álius, qui erat notus pontífici, et dixit ostiáriae : et introdúxit Petrum. Dicit ergo Petro ancílla ostiária : S. Numquid et tu ex discípulis es hóminis istíus? C. Dicit ille : S. Non sum. C. Stabant autem servi, et minístri ad prunas : quia frigus erat, et calefaciébant se : erat autem cum eis et Petrus stans, et calefáciens se. Póntifex ergo interrogávit Jesum de discípulis suis, et de doctrína ejus. Respóndit ei Jesus : ✠ Ego palam locútus sum mundo : ego semper dócui in synagóga, et in templo, quo omnes Judaéi convéniunt : et in occúlto locútus sum nihil. Quid me intérrogas? intérroga eos, qui audiérunt quid locútus sim ipsis : ecce hi sciunt quae díxerim ego. C. Haec autem cum dixísset, unus assístens ministrórum dedit álapam Jesu, dicens : S. Sic respóndes pontífici? C. Respóndit ei Jesus : ✠ Si male locútus sum, testimónium pérhibe de malo : si autem bene, quid me caedis? C. Et misit eum Annas ligátum ad Cáipham pontíficem. Erat autem Simon Petrus stans, et calefáciens se. Dixérunt ergo ei : S. Numquid et tu ex discípulis ejus es? C. Negávit ille, et dixit : S. Non sum. C. Dicit ei unus ex servis pontíficis, cognátus ejus, cujus abscídit Petrus aurículam : S. Nonne ego te vidi in horto cum illo? C. Iterum ergo negávit Petrus : et statim gallus cantávit. Addúcunt ergo Jesum a Cáipha in praetórium. Erat autem mane : et ipsi non introiérunt in praetórium, ut non contaminaréntur, sed ut manducárent pascha. Exívit ergo Pilátus ad eos foras, et dixit : S. Quam accusatiónem affértis advérsus hóminem hunc? C. Respondérunt, et dixérunt ei : S. Si non esset hic malefáctor, non tibi tradidissémus eum. C. Dixit ergo eis Pilátus : S. Accípite eum vos, et

secúndum legem vestram judicáte eum. C. Dixérunt ergo ei Judaéi : S. Nobis non licet interfícere quemquam. C. Ut sermo Jesu implerétur, quem dixit, signíficans qua morte esset moritúrus. Introívit ergo íterum in praetórium Pilátus et vocávit Jesum, et dixit ei : S. Tu es Rex Judaeórum? C. Respóndit Jesus : ✠ A temetípso hoc dicis, an álii dixérunt tibi de me? C. Respóndit Pilátus : S. Numquid ego Judaéus sum? Gens tua, et pontífices tradidérunt te mihi : quid fecísti? C. Respóndit Jesus : ✠ Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, minístri mei útique decertárent ut non tráderer Judaéis: nunc autem regnum meum non est hinc. C. Dixit ítaque ei Pilátus : S. Ergo Rex es tu? C. Respóndit Jesus : ✠ Tu dicis quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimónium perhíbeam veritáti : omnis, qui est ex veritáte, audit vocem meam. C. Dicit ei Pilátus : S. Quid est véritas? C. Et cum hoc dixísset, íterum exívit ad Judaéos, et dicit eis : S. Ego nullam invénio in eo causam. Est autem consuetúdo vobis ut unum dimíttam vobis in Pascha : vultis ergo dimíttam vobis Regem Judaeórum? C. Clamavérunt ergo rursum omnes, dicéntes : S. Non hunc, sed Barábbam. C. Erat autem Barábbas latro. Tunc ergo apprehéndit Pilátus Jesum, et flagellávit. Et mílites plecténtes corónam de spinis, imposuérunt cápiti ejus : et veste purpúrea circumdedérunt eum. Et veniébant ad eum, et dicébant : S. Ave Rex Judaeórum. C. Et dabant ei álapas. Exívit ergo íterum Pilátus foras, et dicit eis : S. Ecce addúco vobis eum foras, ut cognoscátis quia nullam invénio in eo causam. C. (Exívit ergo Jesus portans corónam spíneam, et purpúreum vestiméntum.) Et dicit eis : S. Ecce homo. C. Cum ergo vidíssent eum pontífices et minístri, clamábant, dicéntes : S. Crucifíge, crucifíge eum. C. Dicit eis Pilátus : S. Accípite eum vos, et crucifígite : ego enim non invénio in eo causam. C. Respondérunt ei Judaéi : S. Nos legem habémus, et secúndum legem debet mori, quia Fílium Dei se fecit. C. Cum ergo audísset Pilátus hunc sermónem, magis tímuit. Et ingréssus est praetórium íterum : et dixit ad Jesum : S. Unde es tu? C. Jesus autem respónsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilátus : S. Mihi non lóqueris? Nescis quia potestátem hábeo crucifígere te, et potestátem hábeo dimíttere te? C. Respóndit Jesus : ✠ Non habéres potestátem advérsum me ullam, nisi tibi datum esset désuper. Proptérea qui me trádidit tibi, majus peccátum habet. C. Et exínde quaerébat Pilátus dimíttere eum. Judaéi autem clamábant, dicéntes : S. Si hunc dimíttis, non es amícus Caésaris. Omnis enim qui se regem facit, contradícit Caésari. C. Pilátus autem cum audísset hos sermónes, addúxit foras Jesum : et sedit pro tribunáli, in loco qui dícitur Lithóstrotos, hebráice autem Gábbatha. Erat autem Parascéve Paschae, hora quasi sexta, et dicit Judaéis : S. Ecce Rex vester. C. Illi autem clamábant : S. Tolle, tolle, crucifíge eum. C. Dicit eis Pilátus : S. Regem vestrum crucifígam? C. Respondérunt pontífices : S. Non habémus regem, nisi Caésarem. C. Tunc ergo trádidit eis illum ut crucifigerétur. Suscepérunt autem Jesum, et eduxérunt. Et bájulans sibi crucem, exívit in eum, qui dícitur Calváriae, locum, hebráice autem Gólgotha : ubi crucifixérunt eum, et cum eo álios duos hinc et hinc, médium autem Jesum. Scripsit autem et títulum Pilátus : et pósuit super crucem. Erat autem scriptum : Jesus Nazarénus, Rex Judaeórum. Hunc ergo títulum multi Judaeórum legérunt : quia prope civitátem erat locus ubi crucifíxus est Jesus

Et erat scriptum hebráice, graece, et latíne. Dicébant ergo Piláto pontífices Judaeórum : S. Noli scríbere, Rex Judaeórum, sed quia ipse dixit : Rex sum Judaeórum. C. Respóndit Pilátus : S. Quod scripsi, scripsi. C. Mílites ergo cum crucifixíssent eum, accepérunt vestiménta ejus (et fecérunt quátuor partes : unicuíque míliti partem), et túnicam. Erat autem túnica inconsútilis, désuper contéxta per totum. Dixérunt ergo ad ínvicem : S. Non scindámus eam, sed sortiámur de illa cujus sit. C. Ut Scriptúra implerétur, dicens : Partíti sunt vestiménta mea sibi : et in vestem meam misérunt sortem. Et mílites quidem haec fecérunt. Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, et soror matris ejus María Cléophae, et María Magdaléne. Cum vidísset ergo Jesus matrem, et discípulum stantem, quem diligébat, dicit matri suae : ✠ Múlier, ecce fílius tuus. C. Deínde dicit discípulo : ✠ Ecce mater tua. C. Et ex illa hora accépit eam discípulus in sua. Póstea sciens Jesus quia ómnia consummáta sunt, ut consummarétur Scriptúra, dixit : ✠ Sítio. C. Vas ergo erat pósitum acéto plenum. Illi autem spóngiam plenam acéto, hyssópo circumponéntes, obtulérunt ori ejus. Cum ergo accepísset Jesus acétum, dixit : ✠ Consummátum est. C. Et inclináto cápite trádidit spíritum. (*Hic genuflectitur et pausatur aliquantulum.*) C. Judaéi ergo (quóniam Parascéve erat), ut non remanérent in cruce córpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mílites : et primi quidem fregérunt crura, et altérius qui crucifíxus est cum eo. Ad Jesum autem cum venísent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura, sed unus mílitum láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis, et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit : et verum est testimónium ejus. Et ille scit quia vera dicit : ut et vos credátis. Facta sunt enim haec ut Scriptúra implerétur : Os non comminuétis ex eo. Et íterum ália Scriptúra dicit : Vidébunt in quem transfixérunt.

Quod sequitur, legitur in tono Evangelii : et dicitur Munda cor meum, *sed non petitur benedictio, et non deferuntur luminaria, neque incensum, et Celebrans in fine non osculatur librum.*

Post haec autem rogávit Pilátum Joseph ab Arimathaéa (eo quod esset discípulus Jesu, occúltus autem propter metum Judaeórum), ut tólleret corpus Jesu. Et permísit Pilátus. Venit ergo, et tulit corpus Jesu. Venit autem et Nicodémus, qui vénerat ad Jesum nocte primum, ferens mixtúram myrrhae, et áloës, quasi libras centum. Accepérunt ergo corpus Jesu, et ligavérunt illud línteis cum aromátibus, sicut mos est Judaéis sepelíre. Erat autem in loco ubi crucifíxus est, hortus : et in horto monuméntum novum, in quo nondum quisquam pósitus erat. Ibi ergo propter Parascéven Judaeórum, quia juxta erat monuméntum, posuérunt Jesum.

Deinde Sacerdos stans in cornu Epistolae, incipit absolute junctis manibus.

Orémus, dilectíssimi nobis, pro Ecclésia sancta Dei : ut eam Deus et Dóminus noster pacificáre, adunáre, et custodíre dignétur toto orbe terrárum : subjíciens ei principátus, et potestátes : detque nobis quiétam et tranquíllam vitam degéntibus, glorificáre Deum Patrem omnipoténtem.

Orémus. *Diaconus :* Flectámus génua. *Subdiaconus :* ℟. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, qui glóriam tuam ómnibus in Christo géntibus revelásti : custódi ópera misericórdiae tuae; ut Ecclésia tua toto orbe diffúsa, stábili fide in confessióne tui nóminis persevéret. Per eúmdem Dóminum. ℟. Amen.

Orémus et pro beatíssimo Papa nostro *N.*, ut Deus et Dóminus noster, qui elégit eum in órdine episcopátus, salvum atque incólumen custódiat Ecclésiae suae sanctae, ad regéndum pópulum sanctum Dei.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, cujus judício univérsa fundántur : réspice propítius ad preces nostras, et eléctum nobis Antístitem tua pietáte consérva; ut christiána plebs, quae te gubernátur auctóre, sub tanto pontífice, credulitátis suae méritis augeátur. Per Dóminum. ℟. Amen.

Orémus et pro ómnibus Epíscopis, Presbýteris, Diacónibus, Subdiacónibus, Acólythis, Exorcístis, Lectóribus, Ostiáriis, Conféssóribus Virgínibus, Víduis : et pro omni pópulo sancto Dei.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, cujus spíritu totum corpus Ecclésiae sanctificátur et régitur : exáudi nos pro univérsis ordínibus supplicántes; ut grátiae tuae múnere, ab ómnibus tibi grádibus fidéliter serviátur. Per Dóminum. ℟. Amen.

Orémus et pro catechúmenis nostris : ut Deus et Dóminus noster adapériat aures praecordiórum ipsórum, januámque misericórdiae; ut per lavácrum regeneratiónis accépta remissióne ómnium peccatórum, et ipsi inveniántur in Christo Jesu Dómino nostro.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, qui Ecclésiam tuam nova semper prole foecúndas : auge fidem et intelléctum catechúmenis nostris; ut renáti fonte baptísmatis, adoptiónis tuae fíliis aggregéntur. Per Dóminum. ℟. Amen.

Orémus, dilectíssimi nobis, Deum Patrem omnipoténtem, ut cunctis mundum purget erróribus : morbos áuferat : famem depéllat : apériat cárceres : víncula dissólvat : peregrinántibus réditum : infirmántibus sanitátem : navigántibus portum salútis indúlgeat.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, moestórum consolátio, laborántium fortitúdo : pervéniant ad te preces de quacúmque tribulatióne clamántium; ut omnes sibi in necessitátibus suis misericórdiam tuam gáudeant affuísse. Per Dóminum. ℟. Amen.

Orémus et pro haeréticis, et schismáticis : ut Deus et Dóminus noster éruat eos ab erróribus univérsis; et ad sanctam matrem Ecclésiam cathólicam atque apostólicam revocáre dignétur.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, qui salvas omnes, et néminem vis períre : réspice ad ánimas diabólica fraude decéptas; ut omni haerética pravitáte depósita, errántium corda resipíscant, et ad veritátis tuae rédeant unitátem. Per Dóminum. ℟. Amen.

Orémus et pro pérfidis Judaéis : ut Deus et Dóminus noster áuferat velámen de córdibus eórum; ut et ipsi agnóscant Jesum Christum Dóminum nostrum.

Omnípotens sempitérne Deus, qui étiam judáicam perfídiam a tua misericórdia non repéllis : exáudi preces nostras, quas pro illíus pópuli obcaecatióne deférimus; ut, ágnita


veritátis tuae luce, quae Christus est, a suis ténebris eruántur. Per eúmdem Dóminum. ℟. Amen.

Orémus et pro pagánis : ut Deus omnípotens áuferat iniquitátem a córdibus eórum; ut relíctis idólis suis, convertántur ad Deum vivum et verum, et únicum Fílium ejus Jesum Christum Deum et Dóminum nostrum.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.


Omnípotens sempitérne Deus, qui non mortem peccatórum, sed vitam semper inquíris : súscipe propítius oratiónem nostram, et líbera eos ab idolórum cultúra; et ággrega Ecclésiae tuae sanctae, ad laudem et glóriam nóminis tui. Per Dóminum. ℟. Amen.

Completis orationibus, Sacerdos, versus ad populum discooperit Crucem, incipiens solus Ant. Ecce lignum Crucis., *ac deinceps in reliquis juvatur in cantu a Ministris usque ad verba* Veníte adorémus. *Choro autem cantante* Veníte adorémus, *omnes se prosternunt excepto Celebrante. Eadem vero Antiphona ter dicitur eodem modo ; et singulis vicibus Sacerdos altius incipit.*



Dum fit adoratio Crucis, cantantur Improperia, et alia quae sequuntur, vel omnia, vel pars eorum, prout multitudo adorantium, vel paucitas requirit, hoc modo :

Duo Cantores in medio chori cantant :



va-tó- ri tú- o.

Unus Chorus cantat :

A - gi- os o The- ós.

Alius Chorus respondet :

S Anctus Dé- us.

Primus Chorus :

A - gi- os ischy-rós.

Secundus Chorus :

S Anctus fórtis.

Primus Chorus :

A - gi- os athánatos, e-lé- i-son imas.

Secundus Chorus :

S Anctus immortá-lis, mi-se- ré-re nó-bis.

Postea duo de secundo Choro cantant :

Q Ui- a e-dú- xi te per de-sér- tum quadra-gínta ánnis, et mánna ci-bávi te, et introdú-xi in tér- ram sa- tis óptimam : pa-rá- sti crúcem Salva-tó- ri tú- o.

Chori respondent alternatim : Agios o Theós. *etc.* Sánctus Déus. *etc. ita tamen ut primus Chorus semper repetat* Agios, *ut supra.*

Deinde duo de primo Choro cantant :

Q Uid ultra dé-bu- i fáce-re tí-bi, et non fé-ci? E- go quidem plantá-vi te víne- am mé-am spe-ci- o-sís-simam : et tu fácta es mí-hi nimis amá-ra : acé-to nam-que sí-tim mé- am po-tásti : et lánce- a perfo-rásti lá-tus Salvató- ri tú- o.

Item Chori alternatim respondent Agios o Theós. Sánctus Déus.

¶ *Versus sequentis Improperii a duobus Cantoribus alternatim cantantur, utroque Choro simul repetente post quemlibet versum :* Pópule méus. *ut supra, usque ad* ℣. Quia.

Duo de secundo Choro cantant .

℣. E -go propter te flagellávi Aegýptum cum primo-géni-tis sú- is : et tu me flagellátum tradidí-sti.

Chorus repetit : Pópule méus.

Duo de primo Choro :

℣. Ego te edúxi de Aegýpto, deméRso Pha-ra- óne in

máre Rú-brum : et tu me tradidísti princí-pibus sacer-dó-tum. Pópule méus.

Duo de secundo Choro :

℣. Ego ante te apéru-i má- re : et tu aperu- ísti lán-ce-a látus mé-um. Pópule méus.

Duo de primo Choro :

℣. Ego ante te prae-í-vi in colúmna nú- bis : et tu me duxísti ad praetó-ri- um Pi-lá-ti. Pópule méus.

Duo de secundo Choro :

℣. Ego te pávi mánna per desér-tum : et tu me ceci-dísti á-lapis et flagéllis. Pópule méus.

Duo de primo Choro :

℣. Ego te potávi áqua salú-tis de pé-tra : et tu me po-

tásti félle et acéto. Pópule méus.

Duo de secundo Choro .

℣. Ego propter te Chananaeórum réges percús-si : et tu percussísti arúndine cáput mé- um. Pópule méus.

Duo de primo Choro :

℣. Ego dédi tí-bi scéptrum regá- le : et tu dedísti cápi-ti mé-o spíne- am corónam. Pópule méus.

Duo de secundo Choro :

℣. Ego te exaltávi mágna virtú- te : et tu me suspendí-sti in pa-tíbu-lo crúcis. Pópule méus.

Deinde cantatur communiter :

Ant. 4.

CRúcem tú-am * adorámus, Dómi-ne : et sánctam re-surrecti-ó-nem tú-am laudámus et glo-ri- ficámus : ecce

enim propter lígnum vé- nit gáudi- um in uni-vérso

múndo. *Ps.* Dé- us mi-sere- átur nóstri, et bene-dícat nó-

bis : * illúminet vúltum sú-um super nos, et mi-sere- á-

tur nóstri.

Et repetitur immediate Ant. Crúcem túam.

Postea cantatur ℣. Crux fidélis. *cum Hymno* Pánge língua gloriósi. *et post quemlibet ejus versum repetitur* Crux fidélis. *vel* Dúlce lígnum. *eo modo quo inferius notatur.*

1. CRux fidé-lis, inter ómnes Arbor úna nóbi- lis :

Núlla sílva tá-lem pró-fert, Frónde, fló-re, gérmi-ne :

* Dúlce lígnum, dúlces clávos, Dúlce póndus sústi-net.

Hymn. 1. PAnge, língua, glo-ri- ó-si Láure-am certámi-nis,

Et su- per crú-cis trophaé-o Dic tri- úmphum nóbi-lem :

Quá-li- ter Redémptor órbis Immo-lá-tus ví-ce-rit.

Repetitur Crux fidélis. *usque ad* * Dúlce lígnum.

℣. De pa-réntis pro-toplásti Fráude Fáctor cóndo-lens, Quan-

do pómi noxi- á-lis In nécem mórsu rú- it : Ipse

lígnum tunc no-távit, Dámna lígni ut sólve-ret. * Dúlce.

℣. Hoc ópus nóstrae sa-lú- tis Ordo depopósce-rat ; Multi-


fórmis prodi-tó-ris Ars ut ártem fálle-ret : Et me- dé-lam


férret inde, Hóstis unde laése-rat. Crux fidélis.

℣. Quando vénit ergo sácri Pleni-túdo témpo-ris, Míssus

est ab árce Pátris Ná-tus, órbis Cóndi-tor ; Atque vén-

tre virgi-ná-li Cárne amíctus pródi- it. * Dúlce lígnum.





Post adorationem Crucis ordinatur Processio ad locum ubi pridie Hostia reservata reposita fuerat, et reportatur Sacramentum ad Altare. Interim cantatur Hymnus. Vexílla Régis. 511.

Cum venerit Sacerdos ad Altare, posito super illud Calice, genuflexus rursum incensat. Interim Diaconus imponit vinum in calicem, et Subdiaconus aquam.

Deinde Sacerdos incensat oblata et Altare, more solito; lavat manus suas, nihil dicens. Postea in medio Altaris inclinatus, junctis manibus dicit : In

spíritu humilitátis. 3. *Deinde versus ad populum dicit more solito* Oráte frátres. (*Non respondetur* Suscípiat).

Omissis aliis, dicit : Orémus. Praecéptis salutáribus móniti. Pater noster, *et eadem voce qua dicit* Pater noster. Líbera nos quaésumus. 5.

Tunc Celebrans elevat Sacramentum, ut videri possit a populo. Pax Dómini. *non dicitur, nec* Agnus Dei. *Postmodum praetermissis aliis Orationibus dicit :* Percéptio Córporis tui. *et reliqua ante Communionem,* 6. *Postquam communicavit, et sumpsit purificationem, dicit :* Quod ore súmpsimus. 6, *et statim, facta reverentia Altari, cum Ministris discedit.*

Deinde Vesperae dicuntur sine cantu : et denudatur Altare.

AD VESPERAS.

Ut heri, 574, *praeter Ant. ad Magnificat.* Cum accepísset. 577.

Ad Completorium. *Omnia ut heri,* 582.


SABBATO SANCTO.

AD MATUTINUM.


Pater noster. Ave María. Credo. *secreto.*

IN I. NOCTURNO.

1. Ant. 8. G




IN páce * in id-ípsum, dórmi-am et requi-éscam.




E u o u a e. *Ps.* Cum invocárem. 269.

2. Ant. 4. E




Habi-tábit * in tabernácu-lo tú-o, requi- éscet in




mónte sáncto tú-o.

Psalmus 14.



1. Dómine, quis habi-tábit in taberná*cu-lo* tú- o? * aut quis



requi- éscet in món*te sáncto* tú- o?

2. Qui ingréditur *sine* mácula, * et oper*átur jus*títiam :

3. Qui lóquitur veritátem in *córde* súo, * qui non égit dólum *in lingua* súa :


4. Nec fécit próximo *súo* málum, * et oppróbrium non accépit advérsus *próximos* súos.

5. Ad níhilum dedúctus est in conspéctu *éjus ma*lignus : * timéntes autem Dó*minum glo*rificat :

6. Qui júrat próximo súo, *et non* décipit, * qui pecúniam súam non dédit ad usúram, et múnera super innocén*tem non ac*cépit.


7. *Qui* fácit haec, * non movébi*tur in ae*térnum.

3. Ant. 7. c




CAro mé- a * requi- éscet in spe.


Psalmus 15.



1. Consérva me, Dómine, quóni- am sperá- vi in te:* Dixi



Dómino : Dé-us mé-us es tu, quóni- am bonórum me-órum



non é- ges. *Flexa :* ví-as vitae, †

2. Sánctis, qui sunt in térra éjus, * mirificávit ómnes voluntátes méas in éis.

3. Multiplicátae sunt infirmitátes eórum : * póstea acceleravérunt.

4. Non congregábo conventícula eórum de sanguínibus, * nec mémor éro nóminum eórum per lábia méa.

5. Dóminus pars hereditátis meae, et cálicis méi : * tu es, qui restítues hereditátem méam míhi.

6. Fúnes cecidérunt míhi in praeclàris : * étenim heréditas méa praeclára est míhi.

7. Benedícam Dóminum, qui tríbuit míhi intelléctum : * ínsuper et usque ad nóctem increpuérunt me rénes méi.

8. Providébam Dóminum in conspéctu méo sémper : * quóniam a déxtris est míhi, né commóvear.

9. Propter hoc laetátum est cor méum, et exsultávit lingua méa : * ínsuper et cáro méa requiéscet in spe.

10. Quóniam non derelínques ánimam méam in inférno : * nec dabis sánctum túum vidére corrúptiónem.

11. Nótas míhi fecísti vías vítae, † adimplébis me laetítia cum vúltu túo : * delectatiónes in déxtera túa úsque in fínem.

℣. In páce in idípsum. ℟. Dórmi- am et requi- éscam.

Vel :

℣. In páce in idípsum. ℟. Dórmi- am et requi- éscam.

Pater noster. *secreto.*

Lectio I. *Cap. 3, 22-30.*

DE Lamenta-ti-óne Jeremí-ae Prophétae. HETH. Mi-se-ricórdi-ae Dómini qui-a non súmus consúmpti : qui-a non defecé-runt mi-sera-ti- ónes é-jus. HETH. Nóvi di-lúculo, múlta est fídes tú- a. HETH. Pars mé- a Dóminus, díxit ánima mé-a : propté-re-a exspectábo é-um. TETH. Bónus est Dóminus speránti-bus in é-um, ánimae quaerénti íl-lum. TETH. Bónum est praesto-lá-

ri cum si-lénti-o salu-táre Dé- i. TETH. Bónum est ví-ro, cum portáve-rit júgum ab ado-lescénti- a sú- a. JOD. Sedébit so-li-tá-ri-us, et tacébit : qui- a levávit super se. JOD. Pónet in púlve-re os sú-um, si forte sit spes. JOD. Dábit percu-ti- énti se maxíllam, saturábi-tur oppró-bri- is. Jerúsa-lem, Je-rúsa-lem, convértere ad Dóminum Dé-um tú- um.

Resp. 4.

SIcut óvis * ad occi-si- ó- nem dú- ctus est, et dum ma-le tracta-ré- tur, non apéru- it os sú- um : trádi-tus est ad mór- tem, * Ut vi-vi- fi-cá- ret pó- pu-lum sú- um. ℣. Trádi-dit in

mórtem á-nimam sú- am, et inter sce-lerátos re- pu-

tá- tus est. * Ut vi-vi- ficá- ret.

Lectio II. *Cap. 4. 1-6.*

A - LEPH. Quómodo obscu-rá-tum est áurum, mu-

tátus est có-lor óptimus, dispérsi sunt lápides sanctu-á-

ri- i in cápi-te ómni-um pla-te-á-rum? BETH. Fí-li- i

Sí-on íncly-ti, et amícti áuro prímo : quómodo reputá-

ti sunt in vása téste- a, ópus mánu-um fígu- li?

GHIMEL. Sed et lámi-ae nudavé-runt mámmam, lacta-

vérunt cátu-los sú-os : fí-li- a pópu-li mé- i crudé-lis, qua-

si strúthi-o in desérto. DALETH. Adhaésit língua

lacténtis ad pa-látum é-jus in sí-ti : párvu- li pe-ti- érunt

pánem, et non é-rat qui fránge-ret é- is. HE. Qui

vescebántur vo-luptu-óse, inter-i- érunt in ví- is : qui

nutri- ebántur in cróce- is, amplexá-ti sunt stérco-ra.

VAU. Et má-jor effécta est iní-qui-tas fí-li-ae pópu-li

mé- i peccáto Sodomórum, quae subvérsa est in momén-

to, et non cepérunt in é-a má-nus. Jerúsa-lem, Je-rúsa-

lem, convérte-re ad Dóminum Dé-um tú- um.

Resp. 5.

J Erú-sa-lem, * súr- ge, et éxu-e te vé-sti- bus

jucun- di- tá- tis : indú- e-re cíne-re et ci-lí-

ci- o, * Qui-a in te oc-cí- sus est Salvá-

tor Isra- el. ℣. Déduc quasi torréntem lácri-

mas per dí- em et nó- ctem, et non táce-at pupílla

ó- cu-li tú- i. * Qui-a.

Lectio III. *Cap. 5. 1-11.*

INcipit Orá-ti-o Je-remí-ae Prophé-tae. Recordá-

re, Dómine, quid accíde-rit nóbis : intu-é-re, et réspi-ce

oppróbri-um nóstrum. He-rédi-tas nóstra vérsa est ad

a-li-énos : dómus nóstrae ad extráne- os. Pupílli fácti

súmus absque pátre, mátres nóstrae quasi vídu- ae.

Aquam nóstram pe-cúni-a bíbimus : lígna nóstra pré-ti-o

comparávimus. Cerví-cibus nóstris minabámur, lássis non

dabátur réqui- es. Aegýpto dédimus mánum, et Assý-

ri- is, ut satu-rarémur páne. Pátres nóstri pecca-vérunt,

et non sunt : et nos iniqui-tátes e-órum portávimus. Sér-

vi domi-ná-ti sunt nóstri : non fú-it qui redímeret de mánu

e- ó-rum. In animábus nóstris afferebámus pánem nóbis,

a fáci-e gládi- i in de-sérto. Péllis nóstra, quasi clíba-

nus exústa est a fáci-e tempestátum fámis. Mu-lí- eres

in Sí-on humi-li-avérunt, et vírgines in civi-tá-tibus

Júda. Jerúsa-lem, Je-rúsa-lem, convértere ad Dóminum

Dé-um tú-um.


Alter tonus ad libitum.

INcípit Orá-ti- o Je-remí- ae Prophétae. Recor-
dáre, Dómine, quid accíde-rit nó- bis : intu-é-re, et réspice
oppró-bri-um nóstrum. He-rédi-tas nóstra vérsa est ad
a-li-é- nos : dómus nó-strae ad extrá- ne-os. Pupílli
fácti súmus absque pá- tre, mátres nóstrae qua- si ví-
du-ae. Aquam nóstram pecúni- a bíbi-mus : lígna nó-
stra pré-ti- o compará- vimus. Cerví-cibus nóstris mina-
bá-mur, lássis non dabá- tur ré-qui-es. Aegýpto dédimus
má-num, et Assý- ri- is, ut satu-ra- rémur páne. Pá-
tres nóstri peccavérunt, et non sunt : et nos iniqui-tátes


e-órum portá- vimus. Sérvi domináti sunt nóstri : non
fú- it qui redímeret de má-nu e- órum. In animábus
nóstris afferebámus pánem nó- bis, a fá-ci-e gládi-i
in de- sérto. Pél-lis nóstra, quasi clíbanus exústa est
a fá- ci- e tempe-státum fámis. Mu-lí- eres in Sí-on
humi-li-avé- runt, et vírgines in civi-tá- tibus Júda.
Je-rúsa-lem, Jerúsa- lem, convér- te-re ad Dóminum
Dé-um tú-um.

Resp. 5.


PLánge * qua-si vírgo, plebs mé- a :
u-lu-lá- te, pa- stó- res, in cíne-re et ci-lí-




ci- o : * Qui-a vé- nit dí-es Dómi-ni má- gna,



et amá- ra val- de. ℣. Accíngi-te vos, sacer-




dótes, et plángite, minístri altá- ris, aspérgi-te vos




cíne- re. * Qui-a. ℟. Plánge.

IN II. NOCTURNO.

1. Ant. 5. a




E - levámini, * pórtae aeternáles, et intro-í- bit




Rex gló-ri-ae.


Psalmus 23.



1. Dómi-ni est térra, et ple-ni-túdo é- jus : * órbis terrá-



rum, et univérsi qui hábi-tant in é- o. *Flexa :* princí-



pes vé-stras, †

2. Quia ípse super mária fúndávit éum : * et super flúmina praeparávit éum.

3. Quis ascéndet in móntem Dómini? * aut quis stábit in lóco sáncto éjus?

4. Innocens mánibus et múndo córde, * qui non accépit in váno ánimam súam, nec jurávit in dólo próximo súo.

5. Hic accípiet benedictiónem a Dómino : * et misericórdiam a Déo, salutári súo.

6. Haec est generátio quaeréntium éum, * quaeréntium fáciem Déi Jácob.


7. Attóllite pórtas, príncipes, véstras, † et elevámini, pórtae aeternáles : * et introíbit rex glóriae.

8. Quis est íste Rex glóriae? * Dóminus fórtis et pótens : Dóminus pótens in praélio.

9. Attóllite pórtas, príncipes, véstras, † et elevámini, pórtae aeternáles : * et introíbit Rex glóriae.


10. Quis est íste Rex glóriae? * Dóminus virtútum ípse ést Rex glóriae.

2. Ant. 4. E




C Rédo vidé-re * bóna Dómi-ni in térra vivénti- um.

Psalmus 26.



1. Dóminus illuminá-ti- o mé-a, et *sá-lus* mé- a, * *quem*



ti- mé-bo?

2. Dóminus protéctor *vitae* méae, * a *quo trepi*dábo?
3. Dum appròpiant super *me no*céntes, * ut *édant cárnes* méas :
4. Qui tríbulant me ini*mici* méi, * ípsi infirmáti sunt, *et cecidé*runt.
5. Si consístant advér*sum me* cástra, * non ti*mébit cor* méum.
6. Si exsúrgat advér*sum me* praélium, * in hoc *égo spe*rábo.
7. Unam pétii a Dómino, *hanc re*quíram, * ut inhábitem in dómo Dómini ómnibus dié*bus vitae* méae :
8. Ut vídeam volu*ptátem* Dómini, * et visí*tem témplum* éjus.
9. Quóniam abscóndit me in taberná*culo* súo : * in díe malórum protéxit me in abscóndito taber*náculi* súi.
10. In pétra *exal*távit me : * et nunc exaltávit cáput méum super in*imícos* méos.
11. Circuívi, et immolávi in tabernáculo éjus hóstiam vocifer*atió*nis : * cantábo, et psál*mum dicam* Dómino.
12. Exáudi, Dómine, vócem méam, qua cla*mávi* ád te : * miserére méi, *et exá*udi me.
13. Tíbi díxit cor méum, exquisívit te fá*cies* méa : * fáciem túam, Dó*mine, re*quíram.
14. Ne avértas fáciem *túam* á me : * ne declínes in íra *a sérvo* túo.

15. Adjútor *méus* esto : * ne derelínquas me, neque despícias me, Déus, *salutáris* méus.

16. Quóniam páter méus, et máter méa de*reli*quérunt me : * Dóminus *autem as*súmpsit me.


17. Légem póne míhi, Dómine, in *via* túa : * et dírige me in sémitam réctam propter in*imícos* méos.

18. Ne tradíderis me in ánimas tribu*lánti*um me : * quóniam insurrexérunt in me téstes iníqui, et mentíta est i*níquitas* síbi.

19. Crédo vidére *bóna* Dómini * in *térra vi*véntium.


20. Exspécta Dóminum, viri*líter* áge : * et confortétur cor túum, et *sústine* Dóminum.

8. Ant. 8. G




D Omine, * abstraxísti ab ínfe-ris ánimam mé- am.

Psalmus 29.



1. Exaltábo te, Dómine, quóni- am suscepísti me : * nec de-



lectásti in-imí-cos *mé- os* súper me.

2. Dómine, Déus méus, clamávi ad te, * *et sa*násti me.

3. Dómine, eduxísti ab inférno ánimam méam : * salvásti me a descendénti*bus in* lácum.

4. Psállite Dómino, sáncti éjus : * et confitémini memóriae sancti*tátis* éjus.

5. Quóniam íra in indignatióne éjus : * et víta in volun*táte* éjus.

6. Ad vésperum demorábitur flétus : * et ad matutí*num lae*títia.

7. Ego autem díxi in abundántia méa : * Non movébor *in ae*térnum.

8. Dómine, in voluntáte túa, * praestitísti decóri *méo vir*tútem.

9. Avertísti fáciem túam á me, * et fáctus sum *contur*bátus.

10. Ad te, Dómine, clamábo : * et ad Déum méum *depre*cábor.


11. Quae utílitas in sánguine méo, * dum descéndo in cor*rupti*ónem?

12. Numquid confitébitur tíbi púlvis, * aut annuntiábit veri*tátem* túam?

13. Audívit Dóminus, et misértus est méi : * Dóminus fáctus est ad*jútor* méus.


14. Convertísti plánctum méum in gáudium míhi : * conscidísti sáccum méum, et circumdedísti *me lae*títia :

15. Ut cántet tíbi glória méa, et non compúngar : * Dómine, Déus méus, in aetérnum confi*tébor* tíbi.



℣. Tu autem, Dómine, mi-seré- re mé- i.
℟. Et resúscita me, et re- tríbu- am é- is.

Vel :



℣. Tu autem, Dómine, mi-seré-re mé- i.
℟. Et resúscita me, et retrí- bu- am é- is.


Pater noster. *secreto.*

Ex Tractátu sancti Augustíni Epíscopi super Psalmos.


Lectio IV. *In Ps. 63. vers. 7.*

Accédet homo ad cor altum, et exaltábitur Deus. Illi dixérunt : Quis nos vidébit? Defecérunt scrutántes scrutatiónes, consília mala. Accéssit homo ad ipsa consília, passus est se tenéri ut homo. Non enim tenerétur nisi homo, aut viderétur nisi homo, aut caederétur nisi homo, aut crucifigerétur, aut morerétur nisi homo. Accéssit ergo homo ad illas omnes passiónes, quae in illo nihil valérent nisi esset homo. Sed si ille non esset homo, non liberarétur homo. Accéssit homo ad cor altum, id est, cor secrétum, objíciens aspéctibus humánis hóminem, servans intus Deum : celans formam Dei, in qua aequális est Patri, et ófferens formam servi, qua minor est Patre.


Resp. 7.



R Ecéssit * pástor nó- ster, fons á- quae




ví- vae, ad cú- jus tránsi-tum sol obscu-rá-



tus est : * Nam et íl-le cáptus est, qui captí-



vum tenébat prí- mum hómi- nem : hó-di- e



pór- tas mór- tis et sé- ras pá- ri-ter Salvá-tor

nó- ster dis- rú- pit. ℣. Destrú- xit quidem cláu- stra inférni, et subvértit poténti- as di- á- bo- li. * Nam et íl-le.

Lectio V.

QUO perduxérunt illas scrutatiónes suas, quas perscrutántes defecérunt, ut étiam mórtuo Dómino et sepúlto, custódes pónerent ad sepúlcrum? Dixérunt enim Piláto : Sedúctor ille : hoc appellabátur nómine Dóminus Jesus Christus, ad solátium servórum suórum, quando dicúntur seductóres : ergo illi Piláto : Sedúctor ille, ínquiunt, dixit adhuc vivens : Post tres dies resúrgam. Jube ítaque custodíri sepúlcrum usque in diem tértium, ne forte véniant discípuli ejus, et furéntur eum, et dicant plebi, Surréxit a mórtuis : et erit novíssimus error pejor prióre. Ait illis Pilátus : Habétis custódiam, ite, custodíte sicut scitis. Illi autem abeúntes muniérunt sepúlcrum, signántes lápidem cum custódibus.

Resp. 8. O vos ómnes, * qui transí-tis per ví- am, attén- di-te et vidé- te, * Si est dó-lor sí- mi- lis sic-ut dó-lor mé- us. ℣. Atténdi- te u-ni-vérsi pó- pu- li, et vidé-te do- ló- rem mé- um. * Si est.


Lectio VI.

POsuérunt custódes mílites ad sepúlcrum. Concússa terra Dóminus resurréxit : mirácula facta sunt tália circa sepúlcrum, ut et ipsi mílites, qui custódes advénerant, testes fíerent, si vellent vera nuntiáre. Sed avarítia illa, quae captivávit discípulum cómitem Christi, captivávit et mílitem custódem sepúlcri. Damus, ínquiunt, vobis pecúniam : et dícite quia vobis dormiéntibus venérunt discípuli ejus, et abstulérunt eum. Vere defecérunt scrutántes scrutatiónes. Quid est quod dixísti, o infélix astútia? Tantúmne déseris lucem consílii pietátis, et in profúnda versútiae demérgeris, ut hoc dicas : Dícite quia vobis dormiéntibus venérunt discípuli ejus, et abstulérunt eum? Dormiéntes testes ádhibes : vere tu ipse obdormísti, qui scrutándo tália defecísti.


Resp. 4. Ec- ce * quómodo mó-ri-tur jú- stus, et né- mo pér- ci-pit cór- de : et ví-ri jústi tollún- tur, et né-mo con- sí- de- rat : a fá-ci- e i-niqui-tá- tis sublá- tus est jú- stus : * Et é-rit in pá- ce memó- ri- a é- jus. ℣. Tamquam ágnus co- ram tondénte se obmú-tu- it, et non apé-ru- it os sú- um : de angústi- a, et de judí-ci- o sublá- tus est. * Et é-rit. ℟. Ec-ce.

IN III. NOCTURNO.

1. Ant. 8. G




D E-us ádjuvat me, * et Dóminus suscéptor est




ánimae mé-ae.

Psalmus 53.



1. Dé-us, in nómine tú-o sálvum me fac: * et in virtú-te



tú-a *júdi*-ca me. *Flexa:* advérsum me, †

2. Déus, exáudi oratiónem méam : * áuribus pércipe vérba *óris* méi.

3. Quóniam aliéni insurrexérunt advérsum me, † et fórtes quaesiérunt ánimam méam : * et non proposuérunt Déum ante con*spéctum* súum.


4. Ecce enim Déus ádjuvat me : * et Dóminus suscéptor est *ánimae* méae.

5. Avérte mála inimícis méis : * et in veritáte túa dis*pérde* illos.


6. Voluntárie sacrificábo tíbi, * et confitébor nómini túo, Dómine : quó*niam* bónum est :

7. Quóniam ex ómni tribulatióne eripuísti me : * et super inimícos méos despéxit *óculus* méus.

2. Ant. 7. a




I N páce fáctus est * ló-cus é- jus, et in Sí- on




habi-tá-ti-o é-jus.

Psalmus 75.



1. Nó-tus in Judaé- a Dé- us : * in Isra-el mágnum nó-



men é- jus.

2. Et fáctus est in páce lócus éjus : * et habitátio éjus in Sion.

3. Ibi confrégit poténtias árcuum, * scútum, gládium, et béllum.

4. Illúminans tu mirabíliter a móntibus aetérnis : * turbáti sunt ómnes insipiéntes córde.

5. Dormiérunt sómnum súum : * et nihil invenérunt ómnes víri divitiárum in mánibus súis.

6. Ab increpatióne túa, Déus Jácob, * dormitavérunt qui ascendérunt équos.

7. Tu terríbilis es, et quis resístet tibi? * ex tunc íra túa.

8. De caélo audítum fecísti judícium : * térra trémuit et quiévit :


9. Cum exsúrgeret in judícium Déus, * ut sálvos fáceret ómnes mansuétos térrae.

10. Quóniam cogitátio hóminis confitébitur tibi : * et relíquiae cogitatiónis díem féstum ágent tibi.


11. Vovéte, et réddite Dómino Déo véstro : * ómnes, qui in circuítu éjus affértis múnera.

12. Terríbili et éi qui áufert spíritum príncipum, * terríbili apud réges térrae.

3. Ant. 4. d




F Actus sum * sic-ut hómo sine adju-tó-ri- o, inter




mórtu-os lí-ber.

Psalmus 87.



1. Dómine, Dé-us sa*lú-tis* mé- ae : * in dí- e clamávi, *et*



nócte córam te.

2. Intret in conspéctu túo orá*tio* méa : * inclína áurem túam *ad précem* méam :

3. Quia repléta est mális á*nima* méa : * et víta méa inférno *appropin*quávit.

4. Aestimátus sum cum descendénti*bus in* lácum : * fáctus sum sicut hómo sine adjutório, inter *mórtuos* liber.

5. Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, quórum non es *mémor ámplius* * et ípsi de mánu *túa re*púlsi sunt.

6. Posuérunt me in lácu in*feri*óri : * in tenebrósis, et *in úmbra* mórtis.

7. Super me confirmátus est *fúror* túus : * et ómnes flúctus túos in*duxísti* súper me.

8. Longe fecísti nótos *méos* á me : * posuérunt me abomina*tiónem* síbi.

9. Tráditus sum, et non *egredié*bar : * óculi méi langué*runt prae* *in*ópia.

10. Clamávi ad te, Dómine, *tóta* die : * expándi ad *te mánus* méas.

11. Numquid mórtuis fácies *mira*bília : * aut médici suscitábunt, et confi*tebúntur* tibi?

12. Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericór*diam* túam, * et veritátem túam in *perditió*ne?

13. Numquid cognoscéntur in ténebris mirabí*lia* túa, * et justítia túa in térra *oblivió*nis?

14. Et égo ad te, Dómi*ne, cla*mávi : * et mane orátio méa *praevéni*et te.


15. Ut quid, Dómine, repéllis orati*ónem* méam : * avértis fáci*em* *túam* á me?

16. Páuper sum égo, et in labóribus a juven*túte* méa : * exaltátus autem, humiliátus sum *et contur*bátus.

17. In me transiérunt *irae* túae : * et terróres túi *conturba*vérunt me.


18. Circumdedérunt me sicut áqua *tóta* die : * circumde*dérunt me* simul.

19. Elongásti a me amí*cum et* próximum : * et nótos *méos a mi*séria.



℣. In páce fáctus est lócus é-jus.
℟. Et in Síon habi- tá-ti-o é-jus.

Vel :



℣. In páce fáctus est lócus é-jus.
℟. Et in Síon habi- tá-ti-o é-jus.


Pater noster. *secreto.*

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Hebraéos.


Lectio VII. *Cap. 9, 11-22.*

CHristus assístens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manufáctum, id est, non hujus creatiónis : neque per sánguinem hircórum, aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, aetérna redemptióne invénta. Si enim sanguis hircórum, et taurórum, et cínis vítulae aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis : quanto magis sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti?


Resp. 8.




A-sti-té-runt * réges térrae, et prín-cipes




conve-né- runt in ú- num, * Advér-sus Dó-mi-



num, et advér-sus Chrí- stum é- jus.



℣. Quare fremu- érunt Gén- tes, et pópu-li medi-tá-




ti sunt in- áni- a? * Advér-sus.


Lectio VIII.

ET ídeo novi testaménti mediátor est : ut, morte intercedénte, in redemptiónem eárum praevaricatiónum, quae erant sub prióri testaménto, repromissiónem accípiant, qui vocáti sunt aetérnae hereditátis. Ubi enim testaméntum est : mors necésse est intercédat testatóris. Testaméntum enim in mórtuis confirmátum est : alióquin nondum valet, dum vivit qui testátus est. Unde nec primum quidem sine sánguine dedicátum est.


Resp. 4.




AEstimá-tus sum * cum de-scendéntibus in




lá- cum : * Fá-ctus sum sic- ut hó- mo sine ad-ju-tó-



ri- o, inter mór-tu-os lí- ber. ℣. Posu-érunt



me in lácu inferi-ó- ri, in tenebró-sis, et




in úmbra mór- tis. * Fá-ctus.


Lectio IX.

Lecto enim omni mandáto legis a Móyse univérso pópulo : accípiens sánguinem vitulórum, et hircórum, cum aqua et lana coccínea, et hyssópo : ipsum quoque librum, et omnem pópulum aspérsit dicens : Hic sanguis testaménti, quod mandávit ad vos Deus. Etiam tabernáculum, et ómnia vasa ministérii sánguine simíliter aspérsit : et ómnia pene in sánguine secúndum legem mundántur : et sine sánguinis effusióne non fit remíssio.


Resp. 2.




SEpúlto * Dómino, signátum est monumén-




tum, volvén-tes lápi- dem ad ósti- um monumén-



ti : * Pōnén- tes mí-li- tes, qui custodí- rent íl-




lum. ℣. Accedén-tes príncipes sacerdótum ad Pi-lá- tum,




pe-ti- érunt íl- lum. * Pōnén-tes. ℟. Sepúl-to.

AD LAUDES.

1. Ant. 4. c




O mors, * éro mors tú-a : mórsus tú- us é-ro,




inférne.

Psalmus 50.



1. Mi-seré-re *mé- i*, Dé- us, * secúndum mágnam mi-se-ricór-



di- am tú- am.

2. Et secúndum multitúdinem miseratió*num tu*árum, * déle iniquitátem méam.

3. Amplius láva me ab iniqui*táte* méa : * et a peccáto méo múnda me :

4. Quóniam iniquitátem méam *égo cog*nósco : * et peccátum méum contra me est sémper.

5. Tíbi sóli peccávi, et málum co*ram te* féci : * ut justificéris in sermónibus túis, et víncas cum judicáris.

6. Ecce enim in iniquitáti*bus con*céptus sum : * et in peccátis concépit me máter méa.

7. Ecce enim veritátem *dile*xísti : * incérta et occúlta sapiéntiae túae manifestásti mihi.

8. Aspérges me hyssópo, *et mun*dábor : * lavábis me, et super nívem dealbábor.

9. Audítui méo dábis gáudium *et lae*títiam : * et exsultábunt óssa humiliáta.

10. Avérte fáciem túam a pec*cátis* méis : * et ómnes iniquitátes méas déle.

11. Cor múndum créa *in me,* Déus : * et spíritum réctum ínnova in viscéribus méis.

12. Ne projícias me a fá*cie* túa : * et spíritum sánctum túum ne áuferas á me.

13. Rédde míhi laetítiam salu*táris* túi : * et spíritu principáli confírma me.

14. Docébo iníquos *vias* túas : * et ímpii ad te converténtur.

15. Líbera me de sanguínibus, Déus, Déus sa*lútis* méae : * et exsultábit língua méa justítiam túam.

16. Dómine, lábia mé*a a*péries : * et os méum annuntiábit láudem túam.


17. Quóniam si voluísses sacrifícium, de*dissem* útique : * holocáustis non delectáberis.

18. Sacrifícium Déo spíritus con*tribu*látus : * cor contrítum et humiliátum, Déus, non despícies.


19. Benígne fac, Dómine, in bóna voluntáte *túa* Sion : * ut aedificéntur múri Jerúsalem.

20. Tunc acceptábis sacrifícium justítiae, oblatiónes et *holo*cáusta : * tunc impónent super altáre túum vítulos.

2. Ant.
4. A*




P Lángent é-um * quasi uni-géni-tum, qui- a ínno-




cens Dóminus occísus est.

Psalmus 91.



1. Bónum est confi-*té*-*ri* Dómino : * et psállere nómini *tú- o,*



*Al*tíssime. *Flexa :* Dómine, †

2. Ad annuntiándum mane misericór*diam* túam : * et veritátem *túam per* nóctem.

3. In decachór*do, psal*tério : * cum cán*tico, in* cíthara.

4. Quia delectásti me, Dómine, in fa*ctúra* túa : * et in opéribus mánuum tuá*rum exsul*tábo.

5. Quam magnificáta sunt ópera *túa,* Dómine ! * nimis profúndae fáctae sunt cogita*tiónes* túae.

6. Vir insípiens *non cog*nóscet : * et stúltus non *intélli*get haec.

7. Cum exórti fúerint peccatóres *sicut* foénum : * et apparuérint ómnes, qui operántur *iniqui*tátem :

8. Ut intéreant in saé*culum* saéculi : * tu autem Altíssimus in *aetérnum,* Dómine.

9. Quóniam ecce inimíci túi, Dómine, † quóniam ecce inimíci túi *peribunt* : * et dispergéntur ómnes, qui operántur *iniqui*tátem.

10. Et exaltábitur sicut unicórnis *córnu* méum : * et senéctus méa in miseri*córdia* úberi.

11. Et despéxit óculus méus ini*micos* méos : * et in insurgéntibus in me malignántibus áudi*et áuris* méa.


12. Jústus, ut pál*ma flo*rébit : * sicut cédrus Líbani *multipli*cábitur.

13. Plantáti in *dómo* Dómini, * in átriis dómus Déi *nóstri flo*rébunt.


14. Adhuc multiplicabúntur in se*nécta* úberi : * et bene patiéntes *érunt, ut an*núntient :

15. Quóniam réctus Dóminus, *Déus* nóster : * et non est in*íquitas in* éo.

3. Ant.
7. b




A Ttén-di-te * univérsi pópu-li, et vidé- te doló-




rem mé- um.

Psalmus 63.



1. Exáudi, Dé-us, o-ra-ti-ónem mé-am cum déprecor : * a ti-



mó-re in-imí-ci é-ripe ánimam mé- am.

2. Protexísti me a convéntu malignántium : * a multitúdine operántium iniquitátem.

3. Quia exacuérunt ut gládium línguas súas : * intendérunt árcum rem amáram, ut sagíttent in occúltis immaculátum.

4. Súbito sagittábunt éum, et non timébunt : * firmavérunt síbi sermónem néquam.

5. Narravérunt ut abscónderent láqueos : * dixérunt : Quis vidébit éos?

6. Scrutáti sunt iniquitátes : * defecérunt scrutántes scrutínio.

7. Accédet hómo ad cor áltum : * et exaltábitur Déus.


8. Sagíttae parvulórum fáctae sunt plágae eórum : * et infirmátae sunt contra éos línguae eórum.

9. Conturbáti sunt ómnes qui vidébant éos : * et tímuit ómnis hómo.

10. Et annuntiavérunt ópera Déi : * et fácta éjus intellexérunt.


11. Laetábitur jústus in Dómino, et sperábit in éo, * et laudabúntur ómnes récti córde.

4. Ant.
2. D




A pórta ínfe-ri * éru- e, Dómine, ánimam mé- am.

Canticum Ezechiae. *Is. 38. b.*



1. Ego dí-xi : In dimí-di-o di- érum me-ó- rum * vádam ad



pór*tas* ínfe-ri. *Flexa :* ví-ta mé- a : †

2. Quaesívi resíduum annórum meórum. * Díxi : Non vidébo Dóminum Déum in térra *vi*véntium.

3. Non aspíciam hóminem últra, * et habitatórem *qui*étis.

4. Generátio méa abláta est, et convolúta est á me, * quasi tabernáculum *pa*stórum.

5. Praecísa est velut a texénte, víta méa : † dum adhuc ordírer, succídit me : * de mane usque ad vésperam fí*ni*es me.

6. Sperábam usque ad máne, * quasi léo sic contrívit ómnia os*sa* méa :

7. De mane usque ad vésperam fínies me : * sicut púllus hirúndinis sic clamábo, meditábor ut co*lúm*ba :

8. Attenuáti sunt óculi méi, * suspiciéntes in *ex*célsum :

9. Dómine, vim pátior, respónde pró me. * Quid dícam, aut quid respondébit míhi, cum *ípse* fécerit?

10. Recogitábo tíbi ómnes ánnos méos * in amaritúdine áni*mae* méae.

11. Dómine, si sic vívitur, et in tálibus víta spíritus méi, † corrípies me, et vivificábis me. * Ecce in páce amaritúdo méa a*ma*ríssima :


12. Tu autem eruísti ánimam méam ut non períret : * projecísti post térgum túum ómnia peccá*ta* méa.

13. Quia non inférnus confitébitur tíbi, neque mors laudábit te : * non exspectábunt qui descéndunt in lácum, veritá*tem* túam.


14. Vívens vívens ípse confitébitur tíbi, sicut et égo hódie : * pater fíliis nótam fáciet veritá*tem* túam.

15. Dómine, sálvum mé fac, * et psálmos nóstros cantábimus cúnctis diébus vítae nóstrae in dó*mo* Dómini.

5. Ant. 8. e




O vos ómnes, * qui transí-tis per ví- am, atténdi-




te, et vidé- te si est dó- lor sic-ut dó-lor mé- us.

Psalmus 150.



1. Laudá-te Dóminum in sánctis é-jus : * laudá-te é-um in




firmaménto vir*tú-tis* é- jus. *Flexa:* bene-sonántibus : †

2. Laudáte éum in virtútibus éjus : * laudáte éum secúndum multitúdinem magnitú*dinis* éjus.

3. Laudáte éum in sóno túbae : * laudáte éum in psaltéri*o, et* cithara.


4. Laudáte éum in týmpano, et chóro : * laudáte éum in chór*dis, et* órgano.

5. Laudáte éum in cýmbalis benesonántibus : † laudáte éum in cýmbalis jubilatiónis : * ómnis spíritus *láudet* Dóminum.




℣. Cáro mé- a requi- éscet in spe.
℟. Et non dábis Sánctum tú-um vidére corrupti- ó- nem.

Vel :




℣. Cáro mé- a requi- éscet in spe.
℟. Et non dábis Sánctum tú-um vidére corrupti- ó- nem.

Ad Bened. Ant. 1. g



Mulí- e-res * sedéntes ad monuméntum la-



mentabántur, fléntes Dóminum. E u o u a e.

Cant. Benedíctus Dóminus Déus Israel. 569.

Deinde ℣. Chrístus fáctus est. *cum reliquis,* 570.

IN VIGILIA PASCHAE.

Dicta Nona, Sacerdos, astantibus sibi Ministris cum Cruce, aqua benedicta, et incenso, ante portam Ecclesiae, si commode potest, vel in ipso aditu Ecclesiae, benedicit novum ignem, dicens :

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.

Deus, qui per Fílium tuum, angulárem scílicet lápidem, claritátis tuae ignem fidélibus contulísti : prodúctum e sílice, nostris profutúrum úsibus, novum hunc ignem sanctí✠fica : et concéde nobis, ita per haec festa paschália caeléstibus desidériis inflammári ; ut ad perpétuae claritátis, puris méntibus, valeámus festa pertíngere. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

Domine Deus, Pater omnípotens, lumen indefíciens, qui es cónditor ómnium lúminum : béne✠dic hoc lumen, quod a te sanctificátum atque benedíctum est, qui illumi-násti omnem mundum : ut ab eo lúmine accendámur, atque illuminémur igne claritátis tuae : et sicut illuminásti Móysen exeúntem de Aegýpto, ita illúmines corda et sensus nostros; ut ad vitam et lucem aetérnam pervenire mereámur. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.


Orémus.

Domine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus : benedicéntibus nobis hunc ignem in nómine tuo, et unigéniti Fílii tui Dei ac Dómini nostri Jesu Christi, et Spíritus Sancti, cooperári dignéris; et ádjuva nos contra ignita tela inimíci, et illústra grátia caelésti. Qui vivis et regnas cum eódem Unigénito tuo, et Spíritu Sancto, Deus : per ómnia saécula saeculórum.
℟. Amen.

Deinde benedicit quinque grana incensi ponenda in Cereo, dicens absolute hanc Orationem :

Veniat, quaésumus omnípotens Deus, super hoc incénsum larga tuae bene✠dictiónis infúsio : et hunc noctúrnum splendórem invisíbilis regenerátor accénde; ut non solum sacrifícium, quod hac nocte litátum est, arcána lúminis tui admixtióne refúlgeat; sed in quocúmque loco ex hujus sanctificatiónis mystério áliquid fúerit deportátum, expúlsa diabólicae fraudis nequítia, virtus tuae majestátis assístat. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Tum ordinatur Processio ad chorum. Diaconus accendendo candelas in summitate arundinis positas, ter decantat in processu, singulis vicibus elevando altius vocem :



Lúmen Chrí-sti. ℟. Dé-o grá-ti- as.

Deinde, postquam accepit benedictionem, cantat :

Exsúltet jam Angélica turba caelórum : exsúltent divína mystéria : et pro tanti Regis victória, tuba insónet salutáris. Gáudeat et tellus tantis irradiáta fulgóribus : et aetérni Regis splendóre illustráta, totíus orbis se séntiat amisísse calíginem. Laetétur et mater Ecclésia, tanti lúminis adornáta fulgóribus : et magnis populórum vócibus haec aula resúltet. Quaprópter astántes vos, fratres caríssimi, ad tam miram hujus sancti lúminis claritátem, una mecum, quaeso, Dei omnipoténtis misericórdiam invocáte. Ut qui me non meis méritis intra Levitárum númerum dignátus est aggregáre : lúminis sui claritátem infúndens, Cérei hujus laudem implére perfíciat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium suum: qui cum eo vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Per ómnia saécula saeculórum.
℟. Amen.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu túo.
℣. Súrsum córda.
℟. Habémus ad Dóminum.
℣. Grátias agámus Dómino Déo nóstro.
℟. Dignum et jústum est.

Vere dignum et justum est, invisíbilem Deum Patrem omnipoténtem, Filiúmque ejus unigénitum, Dóminum nostrum Jesum Christum, toto cordis ac mentis affectu, et vocis ministério personáre. Qui pro nobis aetérno Patri, Adae débitum solvit : et véteris piáculi cautiónem pio cruóre detérsit. Haec sunt enim festa paschália, in quibus verus ille Agnus occíditur, cujus sánguine postes fidélium consecrántur. Haec nox est, in qua primum Patres nostros fílios Israel edúctos de Aegýpto, mare Rubrum sicco vestígio transíre fecísti. Haec ígitur nox est, quae peccatórum ténebras, colúmnae illuminatióne purgávit. Haec nox est, quae hódie per univérsum mundum, in Christo credéntes, a vítiis saéculi, et calígine peccatórum segregátos, reddit grátiae, sóciat sanctitáti. Haec nox est, in qua destrúctis vínculis mortis, Christus ab ínferis victor ascéndit. Nihil enim nobis nasci prófuit, nisi rédimi profuísset. O mira circa nos tuae pietátis dignátio! O inaestimábilis diléctio caritátis : ut servum redímeres, Fílium tradidísti! O certe necessárium Adae peccátum, quod Christi morte delétum est! O felix culpa, quae talem ac tantum méruit habére Redemptórem! O vere beáta nox, quae sola méruit scire tempus et horam, in qua Christus ab ínferis resurréxit! Hac nox est, de qua scriptum est : Et nox sicut dies illuminábitur : Et nox illuminátio mea in delíciis meis. Hujus ígitur sanctificátio noctis fugat scélera, culpas lavat : et reddit innocéntiam lapsis, et maestis laetítiam. Fugat ódia, concórdiam parat, et curvat impéria.

Hic Diaconus infigit quinque grana incensi benedicti in Cereo, in modum Crucis.

1
4 2 5
3

In hujus ígitur noctis grátia, suscipe sancte Pater, incénsi hujus sacrifícium vespertínum : quod tibi in hac Cérei oblatióne solémni, per ministrórum manus de opéribus apum sacrosáncta reddit Ecclésia. Sed jam colúmnae hujus praecónia nóvimus, quam in honórem Dei rútilans ignis accéndit.

Hic Diaconus accendit Cereum.

Qui licet sit divísus in partes, mutuáti tamen lúminis detriménta non novit. Alitur enim liquántibus ceris, quas in substántiam pretiósae hujus lámpadis, apis mater edúxit.

Hic accenduntur lampades.

O vere beáta nox, quae exspoliávit Aegýptios, ditávit Hebraéos! Nox, in qua terrénis caeléstia, humánis divína jungúntur. Orámus ergo te, Dómine : ut Céreus iste in honórem tui nóminis consecrátus, ad noctis hujus calíginem destruéndam, indefíciens persevéret. Et in odórem suavitátis accéptus, supérnis luminaribus misceátur. Flammas ejus lúcifer matutínus invéniat. Ille, inquam, lúcifer, qui nescit occásum. Ille, qui regréssus ab ínferis, humáno géneri serénus illúxit. Precámur ergo te, Dómine : ut nos fámulos tuos, omnémque clerum, et devotíssimum pópulum : una cum beatíssimo Papa nostro *N.* et Antístite nostro *N.* quiéte témporum concéssa, in his paschálibus gáudiis, assídua protectióne régere, gubernáre, et conserváre dignéris. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia saécula saeculórum.
℟. Amen.

Postea leguntur Prophetiae.

Prophetia I.

Gen. 1. et 2.

IN princípio creávit Deus caelum, et terram. Terra autem erat inánis et vácua, et ténebrae erant super fáciem abýssi : et Spíritus Dei ferebátur super aquas. Dixítque Deus : Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem quod esset bona : et divísit lucem a ténebris. Appellavítque lucem Diem, et ténebras Noctem : factúmque est véspere et mane, dies unus. Dixit quoque Deus : Fiat firmaméntum in médio aquárum : et dívidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmaméntum, divisítque aquas quæ erant sub firmaménto, ab his quae erant super firmaméntum. Et factum est ita. Vocavítque Deus firmaméntum, Caelum : et factum est véspere et mane, dies secúndus. Dixit vero Deus : Congregéntur aquae, quae sub caelo sunt, in locum unum : et appáreat árida. Et factum est ita. Et vocávit Deus áridam, Terram, congregationésque aquárum appellávit mária. Et vidit Deus quod esset bonum. Et ait : Gérminet terra herbam viréntem, et faciéntem semen, et lignum pomíferum fáciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetípso sit super terram. Et factum est ita. Et prótulit terra herbam viréntem, et faciéntem semen juxta genus suum, lignúmque fáciens fructum, et habens unumquódque seméntem secúndum spéciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est véspere et mane, dies tértius. Dixit autem Deus : Fiant luminária in firmaménto caeli, et dívidant diem ac noctem, et sint in signa et témpora, et dies et annos : ut lúceant in firmaménto caeli, et illúminent terram. Et factum est ita. Fecítque Deus duo luminária magna : lumináre majus, ut praeésset diéi, et lumináre minus, ut praeésset nocti : et stellas. Et pósuit eas in firmaménto caeli, ut lucérent super terram, et praeéssent diéi ac nocti, et divíderent lucem ac ténebras. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est véspere et mane, dies quartus. Dixit étiam Deus : Prodúcant aquae réptile ánimae vivéntis, et volátile super terram sub firmaménto caeli. Creavítque Deus cete grándia, et omnem ánimam vivéntem atque motábilem, quam prodúxerant aquae in spécies suas, et omne volátile secúndum genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum. Benedixítque eis, dicens : Créscite, et multiplicámini, et repléte aquas maris : avésque multiplicéntur super terram. Et factum est véspere et mane, dies quintus. Dixit quoque Deus : Prodúcat terra ánimam vivéntem in génere suo : juménta, et reptília, et béstias terrae secúndum spécies suas. Factúmque est ita. Et fecit Deus béstias terrae juxta spécies suas, et juménta, et omne réptile terrae in génere suo. Et vidit Deus quod esset bonum, et ait : Faciámus hóminem ad imáginem et similitúdinem nostram : et praesit píscibus maris, et volatílibus caeli, et béstiis, universaéquae terrae, omníque réptili quod movétur in terra. Et creávit Deus hóminem ad imáginem suam : ad imáginem Dei creávit illum, másculum et féminam creávit eos. Benedixítque illis Deus, et ait : Créscite et multiplicámini, et repléte terram, et subjícite eam, et dominámini píscibus maris, et volatílibus caeli, et univérsis animántibus, quae movéntur super terram. Dixítque Deus : Ecce dedi vobis omnem herbam afferéntem semen super terram, et univérsa ligna quae habent in semetípsis seméntem géneris sui, ut sint vobis in escam : et cunctis animántibus terrae, omníque volúcri caeli, et univérsis quae movéntur in terra, et in quibus est ánima vivens, ut hábeant ad vescéndum. Et factum est ita. Vidítque Deus cuncta quae fécerat : et erant valde bona. Et factum est véspere et mane, dies sextus. Igitur perfécti sunt caeli et terra, et omnis ornátus eórum. Complevítque Deus die séptimo opus suum quod fécerat : et requiévit die séptimo ab univérso ópere quod patrárat.

Sacerdos. Orémus. *Diaconus.* Flectámus génua. *Subdiaconus.* ℟. Leváte.

Oratio.

DEus qui mirabíliter creásti hóminem, et mirabílius redemísti : da nobis, quaésumus, contra oblectaménta peccáti, mentis ratióne persístere ; ut mereámur ad aetérna gáudia perveníre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.

Prophetia II.

Gen. 5. 6. 7. et 8.

NOE vero cum quingentórum esset annórum, génuit Sem, Cham, et Japheth. Cumque coepíssent hómines multiplicári super terram, et fílias procreássent, vidéntes fílii Dei fílias hóminum quod essent pulchrae, accepérunt sibi uxóres ex ómnibus, quas elégerant. Dixítque Deus : Non permanébit spíritus meus in hómine in aetérnum, quia caro est : erúntque dies illíus centum vigínti annórum. Gigántes autem erant super terram in diébus illis. Postquam enim ingréssi sunt fílii Dei ad fílias hóminum, illaéque genuérunt, isti sunt poténtes a saéculo viri famósi. Videns autem Deus quod multa malítia hóminum esset in terra, et cuncta cogitátio cordis inténta esset ad malum omni témpore, paenítuit eum quod hóminem fecísset in terra. Et tactus dolóre cordis intrínsecus : Delébo, inquit, hóminem, quem creávi, a fácie terrae, ab hómine usque ad animántia, a réptili usque ad vólucres caeli : paénitet enim me fecísse eos. Noe vero invénit grátiam coram Dómino. Hae sunt generatiónes Noe : Noe vir justus atque perféctus fuit in generatiónibus suis, cum Deo ambulávit. Et génuit tres fílios, Sem, Cham et Japheth. Corrúpta est autem terra coram Deo, et repléta est iniquitáte. Cumque vidísset Deus terram esse corrúptam (omnis quippe caro corrúperat viam suam super terram), dixit ad Noe : Finis univérsae carnis venit coram me : repléta est terra iniquitáte a fácie eórum, et ego dispérdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis laevigátis : mansiúnculas in arca fácies, et bitúmine línies intrínsecus, et extrínsecus. Et sic fácies eam : Trecentórum cubitórum erit longitúdo arcae, quinquagínta cubitórum latitúdo, et trigínta cubitórum altitúdo illíus. Fenéstram in arca fácies, et in cúbito consummábis summitátem ejus : óstium autem arcae pones ex látere : deórsum coenácula, et trístega fácies in ea. Ecce ego addúcam aquas dilúvii super terram, ut interfíciam omnem carnem, in qua spíritus vitae est subter caelum. Univérsa quae in terra sunt, consuméntur. Ponámque foedus meum tecum : et ingrediéris arcam tu et fílii tui, uxor tua, et uxóres filiórum tuórum tecum. Et ex cunctis animántibus univérsae carnis bina indúces in arcam, ut vivant tecum : masculíni sexus et feminíni. De volúcribus juxta genus suum, et de juméntis in génere suo, et ex omni réptili terrae secúndum genus suum : bina de ómnibus ingrediéntur tecum, ut possint vívere. Tollis ígitur tecum ex ómnibus escis, quae mandi possunt, et comportábis apud te : et

erunt tam tibi, quam illis in cibum. Fecit ígitur Noe ómnia, quae praecéperat illi Deus. Erátque sexcentórum annórum quando dilúvii aquae inundavérunt super terram. Rupti sunt omnes fontes abýssi magnae, et cataráctae caeli apértae sunt : et facta est plúvia super terram quadragínta diébus et quadragínta nóctibus. In artículo diéi illíus ingréssus est Noe, et Sem, et Cham, et Japheth fílii ejus : uxor illíus, et tres uxóres filiórum ejus cum eis in arcam : ipsi, et omne ánimal secúndum genus suum, universáque juménta in génere suo, et omne quod movétur super terram in génere suo, cunctúmque volátile secúndum genus suum. Porro arca ferebátur super aquas. Et aquae praevaluérunt nimis super terram : opertíque sunt omnes montes excélsi sub univérso caelo. Quíndecim cúbitis áltior fuit aqua super montes, quos operúerat. Consumptáque est omnis caro quae movebátur super terram vólucrum, animántium, bestiárum, omniúmque reptílium, quae reptant super terram. Remánsit autem solus Noe, et qui cum eo erant in arca. Obtinuerúntque aquae terram centum quinquagínta diébus. Recordátus autem Deus Noe, cunctorúmque animántium, et ómnium jumentórum, quae erant cum eo in arca, addúxit spíritum super terram, et imminútae sunt aquae. Et clausi sunt fontes abýssi, et cataráctae caeli : et prohíbitae sunt plúviae de caelo. Reversaéque sunt aquae de térra eúntes et redeúntes : et coepérunt mínui post centum quinquagínta dies. Cumque transíssent quadragínta díes, apériens Noe fenéstram arcae, quam fécerat, dimísit corvum : qui egrediebátur, et non revertebátur, donec siccaréntur aquae super terram. Emísit quoque colúmbam post eum, ut vidéret si jam cessássent aquae super fáciem terrae. Quae cum non invenísset ubi requiésceret pes ejus, revérsa est ad eum in arcam : aquae enim erant super univérsam terram : extendítque manum, et apprehénsam íntulit in arcam. Exspectátis autem ultra septem diébus áliis, rursum dimísit colúmbam ex arca. At illa venit ad eum ad vésperam, portans ramum olívae viréntibus fóliis in ore suo. Intelléxit ergo Noe quod cessássent aquae super terram. Exspectavítque nihilóminus septem álios dies : et emísit colúmbam, quae non est revérsa ultra ad eum. Locútus est autem Deus ad Noe, dicens : Egrédere de arca, tu et uxor tua, fílii tui et uxóres filiórum tuórum tecum. Cuncta animántia quae sunt apud te, ex omni carne, tam in volatílibus, quam in béstiis et univérsis reptílibus quae reptant super terram, educ tecum, et ingredímini super terram : créscite et multiplicámini super eam. Egréssus est ergo Noe, et fílii ejus : uxor íllius, et uxóres filiórum ejus cum eo. Sed et ómnia animántia, juménta, et reptília quae reptant super terram secúndum genus suum, egressa sunt de arca. Aedificávit autem Noe altáre Dómino : et tollens de cunctis pecóribus et volúcribus mundis, óbtulit holocáusta super altáre. Odoratúsque est Dóminus odórem suavitátis.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Oratio.

Deus, incommutábilis virtus, et lumen aetérnum : réspice propítius ad totíus Ecclésiae tuae mirábile sacraméntum, et opus salútis humánae, perpétuae dispositiónis effectu tranquíllius operáre : totúsque mundus experiátur et vídeat, dejécta érigi, inveteráta renovári, et per ipsum redíre ómnia in íntegrum, a quo sumpsére princípium : Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat.

Prophetia III.

Gen. 22.

In diébus illis : Tentávit Deus Abraham, et dixit ad eum : Abraham, Abraham. At ille respóndit : Adsum. Ait illi : Tolle fílium tuum unigénitum, quem díligis, Isaac, et vade in terram visiónis : atque ibi ófferes eum in holocáustum super unum móntium quem monstrávero tibi. Igitur Abraham de nocte consúrgens, stravit ásinum suum : ducens secum duos júvenes, et Isaac fílium suum. Cumque concidísset ligna in holocáustum, ábiit ad locum quem praecéperat ei Deus. Die autem tértio, elevátis óculis, vidit locum procul : dixítque ad púeros suos : Exspectáte hic cum ásino : ego et puer illuc usque properántes, postquam adoravérimus, revertémur ad vos. Tulit quoque ligna holocáusti, et impósuit super Isaac fílium suum : ipse vero portábat in mánibus ignem et gládium. Cumque duo pérgerent simul, dixit Isaac patri suo : Pater mi. At ille respóndit : Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis et ligna, ubi est víctima holocáusti? Dixit autem Abraham : Deus providébit sibi víctimam holocáusti, fili mi. Pergébant ergo páriter : et venérunt ad locum quem osténderat ei Deus, in quo aedificávit altáre, et désuper ligna compósuit : cumque alligásset Isaac fílium suum, pósuit eum in altáre super struem lignórum. Extendítque manum, et arrípuit gládium, ut immoláret fílium suum. Et ecce Angelus Dómini de caelo clamávit dicens : Abraham, Abraham. Qui respóndit : Adsum. Dixítque ei : Non exténdas manum tuam super púerum, neque fácias illi quidquam : nunc cognóvi quod times Deum, et non pepercísti unigénito fílio tuo propter me. Levávit Abraham óculos suos, vidítque post tergum aríetem inter vepres haeréntem córnibus, quem assúmens óbtulit holocáustum pro fílio. Appellavítque nomen loci illíus, Dóminus videt. Unde usque hódie dícitur : In monte Dóminus vidébit. Vocávit autem Angelus Dómini Abraham secúndo de caelo, dicens : Per memetípsum jurávi, dicit Dóminus : quia fecísti hanc rem, et non pepercísti fílio tuo unigénito propter me : benedícam tibi, et multiplicábo semen tuum sicut stellas caeli, et velut arénam quae est in líttore maris : possidébit semen tuum portas inimicórum suórum, et benedicéntur in sémine tuo omnes gentes terrae, quia obedísti voci meae. Revérsus est Abraham ad púeros suos, abierúntque Bersabée simul, et habitávit ibi.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Oratio.

Deus, fidélium Pater summe, qui in toto orbe terrárum, promissiónis tuae fílios diffúsa adoptiónis grátia multíplicas : et per paschále sacraméntum, Abraham púerum tuum universárum, sicut jurásti, géntium éfficis patrem; da pópulis tuis digne ad grátiam tuae vocatiónis introíre. Per Dóminum.


Prophetia IV.

Exodi 14. f. et 15.


In diébus illis : Factum est in vigília matutína, et ecce respíciens Dóminus super castra Aegyptiórum per colúmnam ignis et nubis, interfécit exércitum eórum : et subvértit rotas cúrruum, ferebantúrque in profúndum. Dixérunt ergo Aegýptii : Fugiámus Israélem : Dóminus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dóminus ad Móysen : Exténde manum tuam super mare, ut revertántur aquae ad Aegýptios super

currus et équites eórum. Cumque extendísset Móyses manum contra mare, revérsum est primo dilúculo ad prióren locum : fugientibúsque Aegýptiis occurrérunt aquae, et invólvit eos Dóminus in médiis flúctibus. Reversaéque sunt aquae, et operuérunt currus et équites cuncti exércitus Pharaónis, qui sequéntes ingréssi fúerant mare : nec unus quidem supérfuit ex eis. Fílii autem Israel perrexérunt per médium sicci maris, et aquae eis erant quasi pro muro a dextris et a sinístris : liberavítque Dóminus in die illa Israel de manu Aegyptiórum. Et vidérunt Aegýptios mórtuos super littus maris, et manum magnam quam exercúerat Dóminus contra eos : timuítque pópulus Dóminum, et credidérunt Dómino, et Móysi servo ejus. Tunc cécinit Móyses et fílii Israel carmen hoc Dómino, et dixérunt :


Tract. 8.




CAnté- mus *Dó-mino : glo-ri- ó-se e- nim




hono-ri-fi- cá- tus est : équum et ascen- só-




rem pro-jé-cit in má- re : adjú-tor




et pro-téctor fáctus est mí-hi in sa- lú- tem.




℣. Hic Dé-us mé-us, et honorábo é- um :




Dé- us pátris mé- i, et exal- tá- bo é-



um. ℣. Dó-minus cónte-rens bél- la :



Dó- mi-nus * nó-men est ílli.



Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Oratio.

DEus, cujus antíqua mirácula étiam nostris saéculis coruscáre sentímus : dum quod uni pópulo, a persecutióne Aegyptíaca liberándo, déxterae tuae poténtia contulísti, id in salútem géntium per aquam regeneratiónis operáris : praesta ; ut in Abrahae fílios, et in Israelíticam dignitátem, totíus mundi tránseat plenitúdo. Per Dóminum.

Prophetia V. *Isaiae 54. g. et 55.*

HAec est heréditas servórum Dómini, et justítia eórum apud me, dicit Dóminus. Omnes sitiéntes veníte ad aquas : et qui non habétis argéntum, properáte, émite, et comédite : veníte, émite absque argénto, et absque ulla commutatióne vinum et lac. Quare appénditis argéntum non in pánibus, et labórem vestrum non in saturitáte? Audíte audiéntes me, et comédite bonum, et delectábitur in crassitúdine ánima vestra. Inclináte aurem vestram, et veníte ad me : audíte, et vivet ánima vestra, et fériam vobíscum pactum sempitérnum, misericórdias David fidéles. Ecce testem pópulis dedi eum, ducem ac praeceptórem géntibus. Ecce gentem, quam nesciébas, vocábis : et gentes, quae te non cognovérunt, ad te current propter Dóminum Deum tuum, et sanctum Israel, quia glorificávit te. Quaérite Dóminum, dum inveníri potest : invocáte eum, dum prope est. Derelínquat ímpius viam suam, et vir iníquus cogitatiónes suas, et revertátur ad Dóminum, et miserébitur ejus, et ad Deum nostrum : quóniam multus est ad ignoscéndum. Non enim cogitatiónes meae cogitatiónes vestrae : neque viae vestrae, viae meae, dicit Dóminus. Quia sicut exaltántur caeli a terra, sic exaltátae sunt viae meae a viis vestris, et cogitatiónes meae a cogitatiónibus vestris. Et quómodo descéndit imber, et nix de caelo, et illuc ultra non revértitur, sed inébriat terram, et infúndit eam, et germináre eam facit, et dat semen seréndi, et panem comedénti : sic erit verbum meum, quod egrediétur de ore meo : non revertétur ad me vácuum, sed fáciet quaecúmque vólui, et prosperábitur in his, ad quae misi illud : dicit Dóminus omnípotens.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, multíplica in honórem nóminis tui, quod patrum fídei spopondísti : et promissiónis fílios sacra adoptióne diláta ; ut, quod prióres sancti non dubitavérunt futúrum, Ecclésia tua magna jam ex parte cognóscat implétum. Per Dóminum.

Prophetia VI.

Baruch. 3. b.

AUdi Israel mandáta vitae : áuribus pércipe, ut scias prudéntiam. Quid est Israel quod in terra inimicórum es? inveterásti in terra aliéna, coinquinátus es cum mórtuis : deputátus es cum descendéntibus in inférnum. Dereliquísti fontem sapiéntiae. Nam si in via Dei ambulásses, habitásses útique in pace sempitérna. Disce ubi sit prudéntia, ubi sit virtus, ubi sit intelléctus : ut scias simul ubi sit longitúrnitas vitae et victus, ubi sit lumen oculórum, et pax. Quis invénit locum ejus? et quis intrávit in thesáuros ejus? Ubi sunt príncipes géntium, et qui dominántur super béstias, quae sunt super terram? qui in ávibus caeli ludunt, qui argéntum thesaurízant, et aurum, in quo confídunt hómines, et non est finis acquisitiónis eórum? qui argéntum fábricant et sollíciti sunt, nec est invéntio óperum illórum? Extermináti sunt, et ad ínferos descendérunt, et álii loco eórum surrexérunt. Júvenes vidérunt lumen, et habitavérunt super terram : viam autem disciplínae ignoravérunt, neque intellexérunt sémitas ejus, neque fílii eórum suscepérunt eam, a fácie ipsórum longe facta est : non est audíta in terra Chánaan, neque visa est in Theman. Fílii quoque Agar, qui exquírant prudéntiam, quae de terra est, negotiatóres Merrhae, et Theman, et fabulatóres, et exquisitóres prudéntiae, et intelligéntiae : viam autem sapiéntiae nesciérunt, neque commemoráti sunt sémitas ejus. O Israel quam magna est domus Dei, et ingens locus possessiónis ejus! Magnus est, et non habet finem : excélsus et imménsus. Ibi fuérunt gigántes nomináti illi, qui ab inítio fuérunt, statúra magna, sciéntes bellum. Non hos elégit Dóminus, neque viam disciplínae invenérunt : proptérea periérunt. Et quóniam non habuérunt sapiéntiam, interiérunt propter suam insipiéntiam. Quis ascéndit in caelum, et accépit eam, et edúxit eam de núbibus? Quis transfretávit mare, et invénit illam? et áttulit illam super aurum eléctum? Non est qui possit scire vias ejus, neque qui exquírat sémitas ejus : sed qui scit univérsa, novit eam, et adinvénit eam prudéntia sua : qui praeparávit terram in aetérno témpore, et replévit eam pecúdibus et quadrupédibus : qui emíttit lumen, et vadit : et vocávit illud, et obédit illi in tremóre. Stellae autem dedérunt lumen in custódiis suis, et laetátae sunt : vocátae sunt, et dixérunt : Adsumus : et luxérunt ei cum jucunditáte, qui fecit illas. Hic est Deus noster, et non aestimábitur álius advérsus eum. Hic adinvénit omnem viam disciplínae, et trádidit illam Jacob púero suo, et Israel dilécto suo. Post haec in terris visus est, et cum homínibus conversátus est.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam semper géntium vocatióne multíplicas : concéde propítius; ut quos aqua baptísmatis ábluis, contínua protectióne tueáris. Per Dóminum.

Prophetia VII.

Ezech. 37.

IN diébus illis : Facta est super me manus Dómini, et edúxit me in spíritu Dómini : et dimísit me in médio campi, qui erat plenus óssibus : et circumdúxit me per ea in gyro : erant autem multa valde super fáciem campi, siccáque veheménter. Et dixit ad me : Fili hóminis putásne vivent ossa ista? Et dixi : Dómine Deus, tu nosti. Et dixit ad me : Vaticináre de óssibus istis : et dices eis : Ossa árida audíte verbum Dómini. Haec dicit Dóminus Deus óssibus his : Ecce ego intromíttam in vos spíritum, et vivétis. Et dabo super vos nervos, et succréscere fáciam super vos carnes, et superexténdam in vobis cutem : et dabo vobis spíritum, et vivétis, et sciétis quia ego Dóminus. Et prophetávi sicut praecéperat mihi : factus est autem sónitus, prophetánte me, et ecce commótio : et accessérunt ossa ad ossa, unumquódque ad junctúram suam. Et vidi, et ecce super ea nervi, et carnes ascendérunt : et exténta est in eis cutis désuper, et spíritum non habébant. Et dixit ad me : Vaticináre ad spíritum, vaticináre fili hóminis, et dices ad spíritum : Haec dicit Dóminus Deus : A quátuor ventis veni spíritus, et insúffla super interféctos istos, et revivíscant. Et prophetávi sicut praecéperat mihi : et ingréssus est in ea spíritus, et vixérunt : steterúntque super pedes suos exércitus grandis nimis valde. Et dixit ad me : Fili hóminis, ossa haec univérsa, domus Israel est : ipsi dicunt : Aruérunt ossa nostra, et périit spes nostra, et abscíssi sumus. Proptérea vaticináre, et dices ad eos : Haec dicit Dóminus Deus : Ecce ego apériam túmulos vestros, et edúcam vos de sepúlcris vestris pópulus meus : et indúcam vos in terram Israel. Et sciétis quia ego Dóminus, cum aperúero sepúlcra vestra, et edúxero vos de túmulis vestris pópule meus : et dédero spíritum meum in vobis, et vixéritis, et requiéscere vos fáciam super humum vestram, dicit Dóminus omnípotens.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Oratio.


DEus, qui nos ad celebrándum paschále sacraméntum, utriúsque Testaménti páginis ínstruis : da nobis intellígere misericórdiam tuam; ut ex perceptióne praeséntium múnerum, firma sit exspectátio futurórum. Per Dóminum.

Prophetia VIII.


Isaiae 4.

APprehéndent septem mulíeres virum unum in die illa, dicéntes : Panem nostrum comedémus, et vestiméntis nostris operiémur : tantúmmodo invocétur nomen tuum super nos, aufer oppróbrium nostrum. In die illa erit germen Dómini in magnificéntia et glória, et fructus terrae sublímis, et exsultátio his, qui salváti fúerint de Israel. Et erit : Omnis qui relíctus fúerit in Sion, et resíduus in Jerúsalem, sanctus vocábitur, omnis qui scriptus est in vitá in Jerúsalem. Si ablúerit Dóminus sordes filiárum Sion, et sánguinem Jerúsalem láverit de médio ejus in spíritu judícii, et spíritu ardóris. Et creábit Dóminus super omnem locum montis Sion, et ubi invocátus est, nubem per diem, et fumum et splendórem ignis flammántis in nocte : super omnem enim glóriam protéctio. Et tabernáculum erit in umbráculum diéi ab aestu, et in securitátem, et absconsiónem a túrbine et a plúvia.

Tract. 8.



VIne- a * fá-cta est di- lé- cto



Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Oratio.

Deus, qui in ómnibus Ecclésiae tuae fíliis, sanctórum Prophetárum voce manifestásti, in omni loco dominatiónis tuae, satórem te bonórum séminum, et electórum pálmitum esse cultórem : tríbue pópulis tuis, qui et vineárum apud te nómine censéntur, et ségetum; ut spinárum et tribulórum squalóre resecáto, digna efficiántur fruge fecúndi. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum.

Prophetia IX. *Exodi 12.*

In diébus illis : Dixit Dóminus ad Móysen et Aaron in terra Aegýpti : Mensis iste, vobis princípium ménsium : primus erit in ménsibus anni. Loquímini ad univérsum coetum filiórum Israel, et dícite eis : Décima die mensis hujus tollat unusquísque agnum per famílias et domos suas. Sin autem minor est númerus ut sufficere possit ad vescéndum agnum, assúmet vicínum suum qui junctus est dómui suae,

juxta númerum animárum quae sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque mácula, másculus, annículus : juxta quem ritum tollétis et haedum. Et servábitis eum usque ad quartamdécimam diem mensis hujus : immolabítque eum univérsa multitúdo filiórum Israel ad vésperam. Et sument de sánguine ejus, ac ponent super utrúmque postem, et in superlimináribus domórum, in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, et ázymos panes cum lactúcis agréstibus. Non comedétis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni : caput cum pédibus ejus et intestínis vorábitis. Nec remanébit quidquam ex eo usque mane. Si quid resíduum fúerit, igne comburétis. Sic autem comedétis illum : renes vestros accingétis, et calceaménta habébitis in pédibus, tenéntes báculos in mánibus, et comedétis festinánter : est enim Phase (id est tránsitus) Dómini.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui in ómnium óperum tuórum dispensatióne mirábilis es : intélligant redémpti tui, non fuísse excelléntius quod inítio factus est mundus, quam quod in fine saeculórum Pascha nostrum immolátus est Christus : Qui tecum vivit.

Prophetia X. *Jonae 3.*

In diébus illis : Factum est verbum Dómini ad Jonam prophétam secúndo, dicens : Surge, et vade in Níniven civitátem magnam : et praédica in ea praedicatiónem, quam ego loquor ad te. Et surréxit Jonas, et ábiit in Níniven juxta verbum Dómini : et Nínive erat cívitas magna itínere trium diérum. Et coepit Jonas introíre in civitátem itínere diéi uníus : et clamávit, et dixit : Adhuc quadragínta dies, et Nínive subvertétur. Et credidérunt viri Ninivítae in Deum : et praedicavérunt jejúnium, et vestíti sunt saccis a majóre usque ad minórem. Et pervénit verbum ad regem Nínive : et surréxit de sólio suo, et abjécit vestiméntum suum a se, et indútus est sacco, et sedit in cínere. Et clamávit, et dixit in Nínive ex ore regis et príncipum ejus, dicens : Hómines, et juménta, et boves, et pécora non gustent quidquam : nec pascántur, et aquam non bibant. Et operiántur saccis hómines, et juménta, et clament ad Dóminum in fortitúdine, et convertátur vir a via sua mala, et ab iniquitáte, quae est in mánibus eórum. Quis scit si convertátur, et ignóscat Deus : et revertátur a furóre irae suae, et non períbimus? Et vidit Deus ópera eórum, quia convérsi sunt de via sua mala : et misértus est pópulo suo, Dóminus Deus noster.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.


Oratio.


Deus, qui diversitátem géntium in confessióne tui nóminis adunásti : da nobis, et velle, et posse quae praécipis; ut pópulo ad aeternitátem vocáto, una sit fides méntium, et píetas actiónum. Per Dóminum.

Prophetia XI. *Deut. 31. f.*

In diébus illis : Scripsit Móyses cánticum, et dócuit fílios Israel. Praecepítque Dóminus Jósue fílio Nun, et ait : Confortáre, et esto robústus : tu enim introdúces fílios Israel in terram, quam pollícitus

sum, et ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Móyses verba legis hujus in volúmine, atque complévit : praecépit Levítis, qui portábant arcam foéderis Dómini, dicens: Tóllite librum istum, et pónite eum in látere arcae foéderis Dómini Dei vestri : ut sit ibi contra te in testimónium. Ego enim scio contentiónem tuam, et cervícem tuam duríssimam. Adhuc vivénte me et ingrediénte vobíscum, semper contentióse egístis contra Dóminum : quanto magis cum mórtuus fúero? Congregáte ad me omnes majóres natu per tribus vestras, atque doctóres, et loquar audiéntibus eis sermónes istos, et invocábo contra eos caelum et terram. Novi enim quod post mortem meam iníque agétis, et declinábitis cito de via, quam praecépi vobis : et occúrrent vobis mala in extrémo témpore, quando fecéritis malum in conspéctu Dómini, ut irritétis eum per ópera mánuum vestrárum. Locútus est ergo Móyses, audiénte univérso coetu Israel, verba cárminis hujus, et ad finem usque complévit :





Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Oratio.

DEus, celsitúdo humílium, et fortitúdo rectórum, qui per sanctum Móysen púerum tuum ita erudíre pópulum tuum sacri cárminis tui decantatióne voluísti, ut illa legis iterátio fíeret étiam nostra diréctio : éxcita in omnem justificatárum géntium plenitúdinem poténtiam tuam, et da laetítiam mitigándo terrórem ; ut ómnium peccátis tua remissióne delétis, quod denuntiátum est in ultiónem, tránseat in salútem. Per Dóminum nostrum.

Prophetia XII.

Dan. 3.

IN diébus illis : Nabuchodónosor rex fecit státuam áuream altitúdine cubitórum sexagínta, latitúdine cubitórum sex, et státuit eam in campo Dura provínciae Babylónis. Itaque Nabuchodónosor rex misit ad congregándos sátrapas, magistrátus, et júdices, duces, et tyránnos, et praeféctos, omnésque príncipes regiónum, ut convenírent ad dedicatiónem státuae, quam eréxerat Nabuchodónosor rex. Tunc congregáti sunt sátrapae, magistrátus, et júdices, duces, et tyránni, et optimátes, qui erant in potestátibus constitúti, et univérsi príncipes regiónum, ut convenírent ad dedicatiónem státuae, quam eréxerat Nabuchodónosor rex. Stabant autem in conspéctu státuae, quam posúerat Nabuchodónosor rex : et praeco clamábat valénter : Vobis dícitur pópulis, tríbubus, et línguis : In hora qua audiéritis sónitum tubae, et fístulae, et cítharae, sambúcae, et psaltérii, et symphoníae, et univérsi géneris musicórum, cadéntes adoráte státuam áuream, quam constítuit Nabuchodónosor rex. Si quis autem non prostrátus adoráverit, eádem hora mittétur in fornácem ignis ardéntis. Post haec ígitur statim ut audiérunt omnes pópuli sónitum tubae, fístulae et cítharae, sambúcae, et psaltérii, et symphoníae, et omnis géneris musicórum : cadéntes omnes pópuli, tribus, et linguae, adoravérunt stá-


tuam áuream, quam constitúerat Nabuchodónosor rex. Statímque in ipso témpore accedéntes viri Chaldaéi accusavérunt Judaéos, dixerúntque Nabuchodónosor regi : Rex in aetérnum vive : tu rex posuísti decrétum ut omnis homo qui audíerit sónitum tubae, fístulae, et cítharae, sambúcae, et psaltérii, et symphoníae, et univérsi géneris musicórum, prostérnat se, et adóret státuam áuream : si quis autem non prócidens adoráverit, mittátur in fornácem ignis ardéntis. Sunt ergo viri Judaéi quos constituísti super ópera regiónis Babylónis, Sidrach, Misach, et Abdénago : viri isti contempsérunt, rex, decrétum tuum : deos tuos non colunt, et státuam áuream, quam erexísti, non adórant. Tunc Nabuchodónosor in furóre et in ira praecépit ut adduceréntur Sidrach, Misach, et Abdénago : qui conféstim addúcti sunt in conspéctu regis. Pronuntiánsque Nabuchodónosor rex, ait eis : Veréne Sidrach, Misach, et Abdénago, deos meos non cólitis, et státuam áuream, quam constítui non adorátis? Nunc ergo si estis paráti, quacúmque hora audiéritis sónitum tubae, fístulae, cítharae, sambúcae, et psaltérii, et symphoníae, omnísque géneris musicórum, prostérnite vos, et adoráte státuam quam feci : quod si non adoravéritis, eádem hora mittémini in fornácem ignis ardéntis : et quis est Deus, qui erípiet vos de manu mea? Respondéntes Sidrach, Misach, et Abdénago, dixérunt regi Nabuchodónosor : Non opórtet nos de hac re respondére tibi. Ecce enim Deus noster, quem cólimus, potest erípere nos de camíno ignis ardéntis, et de mánibus tuis, o rex, liberáre. Quod si nolúerit, notum sit tibi, rex, quia deos tuos non cólimus, et státuam áuream quam erexísti, non adorámus. Tunc Nabuchodónosor replétus est furóre : et aspéctus faciéi illíus immutátus est super Sidrach, Misach, et Abdénago, et praecépit ut succenderétur fornax séptuplum quam succéndi consuéverat. Et viris fortíssimis de exércitu suo jussit, ut ligátis pédibus Sidrach, Misach, et Abdénago, mítterent eos in fornácem ignis ardéntis. Et conféstim viri illi vincti, cum braccis suis, et tiáris, et calceaméntis et véstibus, missi sunt in médium fornácis ignis ardéntis. Nam jússio regis urgébat : fornax autem succénsa erat nimis. Porro viros illos, qui míserant Sidrach, Misach, et Abdénago, interfécit flamma ignis. Viri autem hi tres, id est, Sidrach, Misach, et Abdénago, cecidérunt in médio camíno ignis ardéntis, colligáti. Et ambulábant in médio flammae, laudántes Deum, et benedicéntes Dómino.


Hic non dicitur Flectámus génua. *sed tantum :*

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, spes única mundi, qui prophetárum tuórum praecónio, praeséntium témporum declarásti mystéria : auge pópuli tui vota placátus; quia in nullo fidélium, nisi ex tua inspiratióne, provéniunt quarúmlibet increménta virtútum. Per Dóminum.

His expletis, si ecclesia habuerit Fontem baptismalem, Sacerdos descendit cum Clero et Ministris ad benedictionem Fontis : et interim cantatur sequens





Deinde Sacerdos, antequam intret ad benedictionem Fontis, dicit hanc Orationem juxta Fontem.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Oratio.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, réspice propítius ad devotiónem pópuli renascéntis, qui sicut cervus, aquárum tuárum éxpetit fontem : et concéde propítius; ut fídei ipsíus sitis, baptísmatis mystério, ánimam corpúsque sanctíficet. Per Dóminum.

Postea procedit ad benedictionem Fontis, dicens:

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus. Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, adsto magnae pietátis tuae mystériis, adésto sacraméntis : et ad recreándos novos pópulos, quos tibi fons baptísmatis párturit, spíritum adoptiónis emítte : ut quod nostrae humilitátis geréndum est ministério, virtútis tuae impleátur efféctu. Per Dóminum.

Deinde prosequitur in modum Praefationis, junctis manibus :

Per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo. ℣. Súrsum córda. ℟. Habémus ad Dóminum. ℣. Grátias agámus Dómino Déo nóstro. ℟. Dignum et jústum est.

Vere dignum et justum est, aequum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus. Qui invisíbili poténtia, sacramentórum tuórum mirabíliter operáris efféctum : Et licet nos tantis mystériis exsequéndis simus indígni : Tu tamen grátiae tuae dona non déserens, étiam ad nostras preces aures tuae pietátis inclínas. Deus, cujus Spíritus super aquas inter ipsa mundi primórdia ferebátur : ut jam tunc virtútem sanctificatiónis aquárum natúra concíperet. Deus, qui nocéntis mundi crímina per aquas ábluens, regeneratiónis spéciem in ipsa dilúvii effusióne signásti : ut uníus ejusdémque eleménti mystério, et finis esset vítiis, et orígo virtútibus. Réspice Dómine in fáciem Ecclésiae tuae, et multíplica in ea regeneratiónes tuas, qui grátiae tuae affluéntis ímpetu laetíficas civitátem tuam ; fontémque baptísmatis áperis toto orbe terrárum géntibus innovándis : ut tuae majestátis império, sumat Unigéniti tui grátiam de Spíritu Sancto.

Hic Sacerdos manu extensa dividit aquam in modum crucis, et eam statim linteo extergit, dicens :

Qui hanc aquam regenerándis homínibus praepáratam, arcána sui núminis admixtióne foecúndet : ut sanctificatióne concépta, ab immaculáto divíni fontis útero, in novam renáta creatúram, progénies caeléstis emérgat. Et quos aut sexus in córpore, aut aetas discérnit in témpore, omnes in unam páriat grátia mater infántiam. Procul ergo hinc, jubénte te Dómine, omnis spíritus immúndus abscédat : procul tota nequítia diabólicae fraudis absístat. Nihil hic loci hábeat contráriae virtútis admíxtio : non insidiándo circúmvolet : non laténdo subrépat : non inficiéndo corrúmpat.

Aquam manu tangit.

Sit haec sancta et ínnocens creatúra, líbera ab omni impugnatóris incúrsu, et totíus nequítiae purgáta discéssu. Sit fons vivus, aqua regénerans, unda puríficans : ut omnes hoc lavácro salutífero diluéndi, operánte in eis Spíritu Sancto, perféctae purgatiónis indulgéntiam consequántur.

Facit tres cruces super fontem, dicens :

Unde benedíco te, creatúra aquae, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum : per Deum, qui te in princípio, verbo separávit ab árida : cujus Spíritus super te ferebátur.

Hic manu aquam dividit, et effundit eam versus quatuor mundi partes.

Qui te de paradísi fonte manáre fecit, et in quátuor flumínibus totam terram rigáre praecépit. Qui te in desérto amáram, suavitáte índita fecit esse potábilem, et sitiénti pópulo de petra prodúxit. Bene✠díco te et per Jesum Christum Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum : qui te in Cana Galilaéae signo admirábili, sua poténtia convértit in vinum. Qui pédibus super te ambulávit : et a Joánne in Jordáne in te baptizátus est. Qui te una cum sánguine de látere suo prodúxit : et discípulis suis jussit, ut credéntes baptizaréntur in te, dicens : Ite, docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Mutat vocem, et prosequitur in tono Lectionis.

Haec nobis praecépta servántibus, tu Deus omnípotens, clemens adésto : tu benígnus aspíra.

Halat ter in aquam in modum crucis, dicens :

Tu has símplices aquas tuo ore benedícito : ut praeter naturálem emundatiónem, quam lavándis possunt adhibére corpóribus, sint étiam purificándis méntibus efficáces.

Ter dimittit Cereum in aquam, dicens in tono Praefationis.

Descéndat in hanc plenitúdinem fontis virtus Spíritus Sancti.

Tertio relinquit Cereum in aqua, et sufflat ter in aquam.

Totámque hujus aquae substántiam, regenerándi foecúndet efféctu.

Hic tollitur Cereus de aqua, et prosequitur :

Hic ómnium peccatórum máculae deleántur : hic natúra ad imáginem tuam cóndita, et ad honórem sui reformáta princípii, cunctis vetustátis squalóribus emundétur : ut omnis homo sacraméntum hoc regeneratiónis ingréssus, in verae innocéntiae novam infántiam renascátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et saéculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde spargitur de ipsa aqua benedicta super populum. Postea Sacerdos infundit oleum Catechumenorum in aquam.

Sanctificétur, et foecundétur fons iste óleo salútis renascéntibus ex eo, in vitam aetérnam. ℟. Amen.

Deinde infundit de chrismate, modo quo supra :


Infúsio chrísmatis Dómini nostri Jesu Christi, et Spíritus Sancti Parácliti, fiat in nómine sanctae Trinitátis. ℟. Amen.


Postea infundit simul de chrismate et de oleo sacro.

Commíxtio chrísmatis sanctificatiónis, et ólei unctiónis, et aquae baptísmatis, páriter fiat in nómine Pa✠tris et Fí✠lii, et Spíritus ✠ Sancti. ℟. Amen.


Deinde revertentibus Sacerdote et Ministris ad Altare, cantantur Litaniae a duobus Cantoribus, et Chorus idem simul repetit.

¶ Ubi vero non est Fons baptismalis, finita ultima Prophetia cum Oratione, omnibus genuflexis, cantantur Litaniae in medio chori a duobus Cantoribus, utroque choro idem simul respondente.







Pá-ter de caé- lis Dé- us, mi-se-rére nóbis.
Fíli Redémptor múndi Dé- us, mi-se-rére nóbis.
Spíri- tus Sán-cte Dé- us, mi-se-rére nóbis.
Sáncta Trínitas únus Dé- us, mi-se-rére nóbis.



Sáncta Ma-rí- a, óra pro nóbis.
Sáncta Dé- i Génitrix, óra pro nóbis.
Sáncta Vírgo vírginum, óra pro nóbis.
Sáncte Míchael, óra pro nóbis.
Sáncte Gábriel, óra pro nóbis.
Sáncte Ráphael, óra pro nóbis.




Omnes sáncti Ange-li et Archánge-li, orá-te pro nóbis.
Omnes sáncti beatórum Spiríituum órdines, orá-te pro nóbis.
Sáncte Joánnes Baptísta, ó-ra pro nóbis.
Sáncte Jóseph, ó-ra pro nóbis.
Omnes sáncti Patriárchae et Prophétae, orá-te pro nóbis.



Sáncte Pétre, óra pro nóbis.


Sáncte Páule, óra.
Sáncte Andréa, óra.
Sáncte Joánnes, óra.
Omnes sáncti Apóstoli et Evangelístae, oráte.
Omnes sáncti Discípuli Dómini, oráte.
Sáncte Stéphane, óra.
Sáncte Laurénti, óra.
Sáncte Vincénti, óra.
Omnes sáncti Mártyres, oráte.
Sáncte Silvéster, óra.
Sáncte Gregóri, óra.
Sáncte Augustíne, óra.
Omnes sáncti Pontífices et Confessóres, oráte.
Omnes sáncti Doctóres, oráte.

Sáncte Antóni, óra.
Sáncte Benedícte, óra.
Sáncte Domínice, óra.
Sáncte Francísce, óra.
Omnes sáncti Sacerdótes et Levítae, oráte.
Omnes sáncti Monáchi et Eremítae, oráte.
Sáncta María Magdaléna, óra.
Sáncta Agnes, óra.
Sáncta Caecília, óra.
Sáncta Agatha, óra.
Sáncta Anastásia, óra.
Omnes sánctae Vírgines et Víduae, oráte.
Omnes Sáncti et Sánctae Déi, intercédite pro nóbis.




Propí-ti-us ésto, párce nó-bis Dómine.
Propí-ti-us ésto, exáudi nos Dómine.
Ab ómni málo, lí-be-ra nos Dómine.

Ab ómni peccáto, líbera nos Dómine.
A mórte perpétua, líbera nos Dómine.
Per mystérium sánctae incarnatiónis túae, líbera nos Dómine.
Per advéntum túum, líbera nos Dómine.
Per nativitátem túam, líbera nos Dómine.
Per baptísmum et sánctum jejúnium túum, líbera nos Dómine.
Per crúcem et passiónem túam, líbera nos Dómine.
Per mórtem et sepultúram túam, líbera nos Dómine.
Per sánctam resurrectiónem túam, líbera nos Dómine.
Per admirábilem ascensiónem túam, líbera nos Dómine.
Per advéntum Spíritus Sáncti Parácliti, líbera nos Dómine.
In díe judícii, líbera nos Dómine.




Pecca-tóres, te rogámus áudi nos.


Ut nóbis párcas, te rogámus áudi nos.
Ut Ecclésiam túam sánctam † régere et conserváre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut Dómnum Apostólicum et ómnes Ecclesiásticos órdines † in sáncta religióne conserváre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut inimícos sánctae Ecclésiae † humiliáre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut régibus et princípibus christiánis † pácem et véram concórdiam donáre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut nosmetípsos in túo sáncto servítio † confortáre et conserváre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut ómnibus benefactóribus nóstris † sempitérna bóna retríbuas, te rogámus áudi nos.
Ut frúctus térrae † dáre et conserváre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut ómnibus fidélibus defúnctis † réquiem aetérnam donáre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus áudi nos.




Agnus Dé- i, qui tóllis peccá-ta múndi, párce nóbis Dó-



mine. Agnus Dé- i, qui tóllis peccá-ta múndi, exáudi



nos Dómine. Agnus Dé- i, qui tóllis peccá- ta múndi,



mi-se-rére nóbis. Chríste áudi nos. Chríste exáudi nos.

Hic Cantores solemniter incipiunt Kýrie eléison, *ut notatur pro Tempore Paschali.* 14; *quo finito Celebrans incipit solemniter* Glória in excélsis, *et pulsantur campanae.*

Oratio.


Deus, qui hanc sacratíssimam noctem glória domínicae Resurrectiónis illústras; consérva in nova famíliae tuae progénie adoptiónis spíritum, quem dedísti; ut córpore et mente renováti, puram tibi exhíbeant servitútem. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Colossenses. *Col. 3.*

Fratres : Si consurrexístis cum Christo : quae sursum sunt quaérite, ubi Christus est in déxtera Dei sedens : quae sursum sunt sápite non quae super terram. Mórtui enim estis, et vita vestra est abscóndita cum Christo in Deo. Cum Christus apparúerit, vita vestra : tunc et vos apparébitis cum ipso in glória.

Finita Epistola Celebrans incipit :

8.




Alle- lú- ia.


Et totum decantat ter, elevando vocem gradatim : et Chorus post quamlibet vicem in eodem tono repetit illud idem.

Postea Chorus prosequitur :


℣.



Confité-mini Dó- mi-no, quó- ni- am




bónus : quó- ni- am in saécu-lum mi- se-ri-




córdi- a * é- jus. (*Non repetitur* Allelúia.)


Tract. 8.




Laudá- te * Dóminum ómnes géntes :




et collau- dá- te é- um ó-mnes




pó- pu-li. ℣. Quóni-am confirmá- ta



est su- per nos mi-se- ricór-di- a é- jus :



et vé-ri- tas Dómi-ni má- net * in ae-



tér- num.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 28.*

Vespere autem sábbati, quae lucéscit in prima sábbati, venit María Magdaléne, et áltera María, vidére sepúlcrum. Et ecce terraemótus factus est magnus. Angelus enim Dómini descéndit de caelo : et accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum : erat autem aspéctus ejus sicut fulgur : et vestiméntum ejus sicut nix. Prae timóre autem ejus extérriti sunt custódes, et facti sunt velut mórtui. Respóndens autem Angelus, dixit muliéribus : Nolíte timére vos : scio enim, quod Jesum, qui crucifíxus est, quaéritis : non est hic : surréxit enim, sicut dixit. Veníte, et vidéte locum ubi pósitus erat Dóminus. Et cito eúntes, dícite discípulis ejus quia surréxit : et ecce praecédit vos in Galilaéam : ibi eum vidébitis. Ecce praedíxi vobis.

Non dicitur Credo *neque* Offertorium.


Secreta.

Suscipe, quaésumus Dómine, preces pópuli tui, cum oblatiónibus hostiárum : ut paschálibus initiáta mystériis, ad aeternitátis nobis medélam, te operánte, profíciant. Per Dóminum.

Praefatio Paschalis, 8. Dicitur Pax Dómini sit semper vobíscum, *sed pacis osculum non datur.* Agnus Dei *non dicitur, nec Postcommunio.*


¶ *Post sumptionem Sacramenti, pro Vesperis in Choro cantatur.*

Ant. 6.




A Llelú-ia, * allelú-ia, allelú-ia.

Psalmus 116.



1. Laudáte Dóminum *ómnes* géntes : * laudáte é-um *ómnes*



pópu-li.


2. Quóniam confirmáta est super nos misericórd*ia* éjus : * et véritas Dómini mánet *in ae*térnum.

3. Glória Pátri, *et* Fílio, * et Spirít*ui* Sáncto.


4. Sicut érat in princípio, et nunc, *et* sémper, * et in saécula saecu-*lórum.* Amen.

Repetitur Antiphona Allelúia, *et statim Celebrans in cantu incipit Antiphonam ad* Magnificat, *quam Chorus prosequitur.*


Ant. 8.



V Espere autem sábbati, * quae lucéscit in príma



sábbati, vénit Marí- a Magdaléne, et álte-ra Marí- a.



vidére sepúlcrum, alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 223.

Repetita Antiphona a Choro, Celebrans dicit.


℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.

Spíritum nobis Dómine tuae caritátis infúnde : ut quos sacraméntis paschálibus satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per Dóminum.

Deinde dicit : ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Et Diaconus vertens se ad populum, cantat :



I-te míssa est, alle-lú-ia, alle- lú- ia.
Dé- o grá- ti- as, alle-lú-ia, alle- lú- ia.


AD COMPLETORIUM.

℣. Júbe dómne benedícere. — *Lectio brevis.* Frátres : Sóbrii estóte. — ℣. Adjutórium nóstrum. Páter nóster. *Et facta Confessione et Absolutione dicitur :* ℣. Convérte nos. ℣. Déus in adjutórium. Glória Pátri *cum* Allelúia.

Deinde sine Antiphona dicuntur Psalmi de Dominica, in tono sequenti :


Psalmus 4.

Cantor



1. Cum invocá-rem exaudívit me Dé-us justí-ti-*ae* mé- ae : *

Chorus



in tribu-la-ti-óne di-la*tásti* mí- hi.

2. Miserér*e* méi, * et exáudi orati*ónem* méam.

3. Fílii hóminum, úsquequo grá*vi* córde? * ut quid dilígitis vanitátem et quaéri*tis men*dácium?

4. Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sán*ctum* súum : * Dóminus exáudiet me cum clamáv*ero ad* éum.

5. Irascímini, et nolíte *pec*cáre : * quae dícitis in córdibus vestris, in cubílibus véstris *compun*gímini.

6. Sacrificáte sacrifícium justítiae, et speráte *in* Dómino. * Múlti dícunt : Quis osténdit *nóbis* bóna?

7. Signátum est super nos lúmen vúltus tú*i* Dómine : * dedísti laetítiam in *córde* méo.

8. A frúctu fruménti, víni et óle*i* súi, * mul*tipli*cáti sunt.


9. In páce in *idíp*sum * dórmiam et *requi*éscam.

10. Quóniam tu Dómine singulári*ter* in spe * cons*titu*ísti me.


11. Glória Pátri, *et* Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.

12. Sicut érat in princípio, et nunc, *et* sémper, * et in saécula saecu-*lórum*. Amen.

Psalmus 90.



1. Qui hábi-tat in adjutó-ri-o *Al*tíssimi, * in protecti- óne



Dé- i caé-li *commo*rábi-tur.

2. Dícet Dómino : Suscéptor méus es tu et refúgi*um* méum : * Déus méus, sperá*bo in* éum.

3. Quóniam ípse liberávit me de láqueo *ve*nántium, * et a *vérbo* áspero.

4. Scápulis súis obumbrá*bit* tíbi : * et sub pénnis é*jus spe*rábis.

5. Scúto circúmdabit te véri*tas* éjus : * non timébis a timó*re no*ctúrno.

6. A sagítta voláñte in díe, a negótio perambulánte *in* ténebris : * ab incúrsu, et daemónio me*ridi*áno.

7. Cádent a látere túo mílle, et décem míllia a déx*tris* túis : * ad te autem non ap*propin*quábit.

8. Verúmtamen óculis túis consi*de*rábis : * et retributiónem peccató*rum vi*débis.

9. Quóniam tu es Dómine *spes* méa : * Altíssimum posuísti refú*gium* túum.

10. Non accédet ad *te* málum : * et flagéllum non appropinquábit taberná*culo* túo.

11. Quóniam Angelis súis mandá*vit* dé te : * ut custódiant te in ómnibus *viis* túis.

12. In mánibus *por*tábunt te : * ne forte offéndas ad lápidem *pédem* túum.

13. Super áspidem et basilíscum am*bu*lábis : * et conculcábis leónem *et dra*cónem.

14. Quóniam in me sperávit, liberá*bo* éum : * prótegam éum, quóniam cognóvit *nómen* méum.


15. Clamábit ad me, et égo exáudi*am* éum : * cum ípso sum in tribulatióne : erípiam éum et glorifi*cábo* éum.

16. Longitúdine diérum replé*bo* éum : * et osténdam ílli salu*táre* méum.

17. Glória Pátri, *et* Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.

18. Sicut érat in princípio, et nunc, *et* sémper, * et in saécula saecu-*lórum*. Amen.

Psalmus 133.



1. Ecce nunc benedí-ci-*te* Dóminum, * ómnes *sérvi* Dómini :

2. Qui státis in dó*mo* Dómini, * in átriis dómus *Déi* nóstri.

3. In nóctibus extóllite mánus véstras *in* sáncta, * et benedí*cite* Dóminum.


4. Benedícat te Dóminus *ex* Síon, * qui fécit caé*lum et* térram.

5. Glória Pátri, *et* Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.


6. Sicut érat in princípio, et nunc, *et* sémper, * et in saécula saecu-*lórum*. Amen.

Hymnus, Capitulum, ℟. *breve et* ℣. *non dicuntur sed Psalmis dictis inchoatur Ant.* Véspere autem sábbati, *ut supra,* 676; *et statim incipitur Canticum* Nunc dimíttis.


Canticum Simeonis.



1. Nunc dimíttis sérvum tú-um Dómine, * secúndum vérbum



tú-*um in* pá- ce. 2. Qui- a vidérunt óculi mé- i * salu-



tá-re tú- um. 3. Quod parásti * *etc.*

3. Quod parásti * ante fáciem ómnium *popu*lórum :

4. Lúmen ad revelatiónem géntium, * et glóriam plébis *túae* Israel.

5. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.

6. Sicut érat in princípio, et nunc, et sémper, * et in saécula saecu-*lórum*. Amen.

Repetita Antiphona, statim dicitur :

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo. *Oratio.* Vísita, *cum reliquis,* 278. *In fine, Antiphona* Regína caeli, 280.

DOMINICA RESURRECTIONIS.

AD MATUTINUM.

Pater. Ave. Credo.

℣. DOmine, lábi- a mé-a apé-ri- es. ℟. Et os mé-um an- nunti- ábit láudem tú-am.

Déus in adjutórium. Glória Pátri. Allelúia. 255

Invitatorium.

6. SUrré-xit Dómi-nus ve-re, * Alle- lú- ia.

Chorus repetit : Surréxit Dóminus vere : * Allelúia.

Psalm. 94. VEní-te, exsultémus Dómino, jubi-lémus Dé-o, sa- lu-tá-ri nóstro : prae-occupémus fá-ci- em é-jus in confes- si- ó-ne, et in psálmis jubi-lémus é- i.

Chorus : Surréxit.

Quóni- am Dé-us mágnus Dóminus, et Rex mágnus su-

per ómnes dé- os : quóni- am non repéllet Dóminus plébem sú- am : qui- a in mánu é-jus sunt ómnes fínes térrae, et alti-túdines mónti- um ípse cónspi- cit.

Chorus : * Allelúia.

In sequenti Psalmi versu, ad verba : Veníte, adorémus et procidámus ante Déum, *genuflectitur.*

Quóni- am ipsí- us est má-re, et ípse fé-cit íllud, et a-rídam fundavérunt mánus é- jus : vení-te, ado-rémus, et pro-cidámus ante Dé-um : plo-rémus co-ram Dómino, qui fé-cit nos, qui- a ípse est Dóminus Dé-us no-ster; nos autem pópu-lus é-jus, et óves páscu-ae é-jus.

Chorus : Surréxit.

Hódi- e, si vócem é-jus audi- é-ri-tis, no-lí-te obdu-rá-re córda véstra, sic-ut in exacerba-ti- óne secúndum dí- em

tenta-ti- ónis in de-sérto : ubi tentavé-runt me pátres

véstri, probavé-runt et vidérunt ópe-ra mé- a.

Chorus : * Allelúia.

Quadragínta ánnis próximus fú- i gene-ra-ti- óni hú- ic,

et díxi : Semper hi érrant córde; ípsi ve-ro non cogno-

vérunt ví- as mé- as : quíbus ju-rávi in í-ra mé- a : Si in-

tro- íbunt in réqui- em mé- am.

Chorus : Surréxit.

Gló-ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sáncto. · Sic-

ut é-rat in princí-pi- o, et nunc, et semper, et in saécu-

la saecu-ló-rum. Amen.

Chorus : * Allelúia.

Cantores : Surréxit Dóminus. *Chorus :* * Allelúia.

Alter tonus recentior ad libitum.

V Eníte, exsultémus Dómino, jubi-lémus Dé-o, salu-

tá-ri nóstro : prae-occupémus fáci- em éjus in confes-

si- ó-ne, et in psálmis jubi-lémus é- i.

Chorus : Surréxit.

Quóni- am Dé-us mágnus Dóminus, et Rex mágnus super

ómnes dé- os : quóni- am non repéllet Dóminus plébem

sú-am : qui- a in mánu éjus sunt ómnes fí-nes térrae, et

altitúdines mónti- um ípse cónspi- cit.

Chorus : * Allelúia.

In sequenti Psalmi versu, ad verba Veníte, adorémus, et procidámus ante Déum, *genuflectitur.*

Quóni- am ipsí-us est máre, et ípse fé-cit íllud, et áridam

fundavérunt mánus é- jus : vení-te, adorémus, et procidá-

mus ante Dé-um : plorémus coram Dómino, qui fécit nos,

qui-a ipse est Dóminus Dé- us nóster ; nos autem pópulus

éjus, et óves páscu-ae é- jus.

Chorus : Surréxit.

Hódi- e, si vócem éjus audi- é-rí-tis, no-lí-te obduráre cór-

da véstra, sicut in exacerba-ti-óne secúndum dí-em tenta-

ti- ónis in de-sérto : ubi tentavérunt me pátres véstri,

probavérunt et vidérunt ópe-ra mé- a.

Chorus : * Allelúia.

Quadragínta ánnis próximus fú- i genera-ti-óni hú- ic, et

díxi : Semper hi érrant córde ; ípsi vero non cognové-

runt ví- as mé- as : quíbus jurávi in í- ra mé- a : si in-

tro-íbunt in réqui- em mé- am.

Chorus : Surréxit.

Gló-ri-a Pátri, et Fí- li-o, et Spi-rí- tu- i Sáncto : Sicut

érat in princípi- o, et nunc, et semper, et in saécula

saeculó-rum. Amen.

Chorus : * Allelúia.

Cantores : Surréxit Dóminus. *Chorus :* * Allelúia.

AD NOCTURNUM.


1. Ant.
2. D

E -go sum qui sum, * et consí-li- um mé- um non est


cum ímpi- is, sed in lége Dómi-ni vo-lúntas mé- a est,

alle-lú- ia.


Psalmus 1.



1. Be-á-tus vir, qui non ábi- it in consí-li- o impi- ó-rum, †



et in ví- a pecca-tó-rum non sté- tit, * et in cáthedra



pesti-lénti-ae *non* sédit.

2. Sed in lége Dómini volúntas éjus, * et in lége éjus meditábitur díe *ac* nócte.

3. Et érit tamquam lígnum, quod plantátum est secus decúrsus aquárum, * quod frúctum súum dábit in témp*ore* súo :

4. Et fólium éjus non défluet : * et ómnia quaecúmque fáciet prospe*ra*búntur.

5. Non sic ímpii, nón sic : * sed tamquam púlvis, quem prójicit véntus a fácie térrae.


6. Ideo non resúrgent ímpii in judício : * neque peccatóres in concílio *jus*tórum.

7. Quóniam nóvit Dóminus víam justórum, * et íter impiórum *pe*ríbit.


8. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirít*ui* Sáncto.

9. Sicut érat in princípio, et nunc, et sémper, * et in saécula saecu*lórum*. Amen.

2. Ant. 1. g




Postu-lávi Pátrem mé- um, * alle- lú- ia : dédit




mí-hi Gén-tes, alle- lú- ia, in he-redi-tá-tem, alle-lú- ia.

Psalmus 2.



1. Quare fremu- é- runt Gén- tes, * et pópu-li medi-tá-ti



*sunt iná*ni- a?

2. Astitérunt réges térrae, et príncipes convenérunt in únum * advérsus Dóminum, et advérsus *Christum* éjus.

3. Dirumpámus víncula eórum : * et projiciámus a nóbis jú*gum ip*sórum.

4. Qui hábitat in caélis, irridébit éos : * et Dóminus subsan*nábit* éos.

5. Tunc loquétur ad éos in íra súa, * et in furóre súo contur*bábit* éos.

6. Ego autem constitútus sum Rex ab éo super Síon móntem sánctum éjus, * praédicans prae*céptum* éjus.

7. Dóminus díxit ád me : * Fílius méus es tu, ego hódie *gén*ui te.

8. Póstula a me, et dábo tíbi Géntes hereditátem túam, * et possessiónem túam tér*minos* térrae.

9. Réges éos in vírga férrea, * et tamquam vas fíguli con*fringes* éos.

10. Et nunc, réges, intellígite : * erudímini, qui judi*cátis* térram.

11. Servíte Dómino in timóre : * et exsultáte éi *cum tre*móre.


12. Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dóminus, * et pereátis de *via* jústa.

13. Cum exárserit in brevi íra éjus, * beáti ómnes qui confí*dunt in* éo.


14. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirít*ui* Sáncto.

15. Sicut érat in princípio, et núnc, et sémper, * et in saécula saecu*lórum*. Amen.


3. Ant. 8. c



Ego dormí- vi, * et sómnum cé-pi : et exsurré-




xi, quóni- am Dóminus suscépit me, alle-lú-ia, alle-




lú- ia.

Psalmus 3.



1. Dómine, quid multipli-cá-ti sunt qui tríbu-lant me? *



múlti insúr*gunt ad*vérsum me.

2. Múlti dícunt ánimae méae : * Non est sálus ípsi in *Déo* éjus.

3. Tu autem, Dómine, suscéptor méus es, * glória méa, et exáltans *cáput* méum.

4. Vóce méa ad Dóminum clamávi : * et exaudívit me de mónte *sáncto* súo.

5. Ego dormívi, et soporátus sum : * et exsurréxi, quia Dómi*nus sus*cépit me.


6. Non timébo míllia pópuli circumdántis me : * exsúrge, Dómine, sálvum me fac, *Déus* méus.

7. Quóniam tu percussísti ómnes adversántes míhi sine cáusa : * déntes peccatórum *contri*visti.

8. Dómini est sálus : * et super pópulum túum benedí*ctio* túa.


9. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.

10. Sicut érat in princípio, et nunc, et sémper, * et in saécula saecu*lórum*. Amen.



℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, alle-lú- ia.
℟. Qui pro nóbis pepéndit in lígno, alle-lú- ia.

Vel :



℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, alle-lú- ia.
℟. Qui pro nóbis pepéndit in lígno, alle-lú- ia.

Pater noster. ℣. Et ne nos indúcas. ℟. Sed líbera nos a malo.

Absolutio. Exáudi, Dómine Jesu Christe, preces servórum tuórum, † et miserére nobis : * qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in saécula saeculórum. ℟. Amen.

Lector. ℣. Jube, domne, benedícere.

Benedictio. Evangélica léctio * sit nobis salus et protéctio. ℟. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Marcum.

Lectio I. *Cap. 16, 1-7.*


In illo témpore : María Magdaléne, et María Jacóbi, et Salóme emérunt arómata, ut veniéntes úngerent Jesum. Et réliqua.

Homilía sancti Gregórii Papae.


Hom. 21. in Evang.

Audístis, fratres caríssimi, quod sanctae mulíeres, quae Dóminum fúerant secútae, cum aromátibus ad monuméntum venérunt, et ei, quem vivéntem diléxerant, étiam mórtuo, stúdio humanitátis obsequúntur. Sed res gesta áliquid in sancta Ecclésia signat geréndum. Sic quippe necésse est ut audiámus quae facta sunt, quátenus cogitémus étiam quae nobis sint ex eórum imitatióne faciénda. Et nos ergo in eum, qui est mórtuus, credéntes, si odóre virtútum reférti, cum opinióne bonórum óperum Dóminum quaérimus, ad monuméntum profécto illíus cum aromátibus venímus. Illae autem mulíeres Angelos vident, quae cum aromátibus venérunt : quia vidélicet illae mentes supérnos cives aspíciunt, quae cum virtútum odóribus ad Dóminum per sancta desidéria proficiscúntur. Tu autem, Dómine, miserére nóbis. ℟. Deo grátias.


Resp. 3.




Angelus Dó- mi- ni * descén-dit de caé-




lo, et accé- dens re-vól- vit lá- pi- dem, et su-




per é- um sédit, et dí- xit mu- li- é- ri- bus :




* No-lí- te timé- re : scí- o e- nim qui- a cru-ci-



fixum quaéri- tis : jam surré- xit, vení- te, et



vidé-te ló- cum, ubi pó-si-tus é-rat Dóminus, al-



Repetitur ℟. Angelus. *usque ad* ℣.


℣. Jube, domne, benedícere.


Benedictio. Divínum auxílium * máneat semper nobíscum. ℟. Amen.

Lectio II.

Notándum vero nobis est, quidnam sit, quod in dextris sedére Angelus cérnitur. Quid namque per sinístram, nisi vita praesens : quid vero per déxteram, nisi perpétua vita designátur? Unde in Cánticis canticórum scriptum est : Laeva ejus sub cápite meo, et déxtera illíus amplexábitur me. Quia ergo Redémptor noster jam praeséntis vitae corruptiónem transíerat, recte Angelus, qui nuntiáre perénnem ejus vitam vénerat, in déxtera sedébat. Qui stola cándida coopértus appáruit : quia festivitátis nostrae gáudia nuntiávit. Candor étenim vestis, splendórem nostrae denúntiat solemnitátis. Nostrae dicámus, an suae? Sed ut fateámur vérius, et suae dicámus, et nostrae. Illa quippe Redemptóris nostri resurréctio et nostra festívitas fuit, quia nos ad immortalitátem redúxit : et Angelórum festívitas éxstitit, quia nos revocándo ad caeléstia, eórum númerum implévit. Tu autem.

Resp. 4.





℣. Jube, domne, benedícere.

Benedictio. Ad societátem cívium supernórum * perdúcat nos Rex Angelórum. ℟. Amen.

Lectio III.

In sua ergo ac nostra festivitáte Angelus in albis véstibus appáruit : quia dum nos per resurrectiónem Domínicam ad supérna redúcimur, caeléstis pátriae damna reparántur. Sed quid adveniéntes féminas affátur, audiámus : Nolíte expavéscere. Ac si apérte dicat : Páveant illi, qui non amant advéntum supernórum cívium : pertiméscant, qui carnálibus desidériis préssi, ad eórum se societátem pertín-

gere posse despérant. Vos autem cur pertiméscitis, quae vestros concíves vidétis? Unde et Matthaéus Angelum apparuísse descríbens, ait: Erat adspéctus ejus sicut fulgur, et vestiménta ejus sicut nix. In fúlgure étenim terror timóris est, in nive autem blandiméntum candóris. Tu autem.


Te Déum laudámus. *(ad calcem)*.

AD LAUDES.


Antiphona. Angelus autem Dómini, *cum reliquis de Vesperis*, 693. *Psalmi ut in Festis*, 226.

Capitulum, Hymnus et ℣. *non dicuntur ; sed eorum loco Ant.* Haec dies, *ut infra*, 694.

Ad Bened. Ant. 8. G



ET valde mane * úna sabbatórum, véni-unt ad



monuméntum, ór-to jam só-le, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio. Deus qui hodiérna die, 689.

℣. Benedicámus Dómino *dicitur cum duplici* Allelúia, *ut infra*, 695. *Postea* ℣. Fidélium ánimae, *cum reliquis*, 228.


Ad Primam. ℣. Deus in adjutórium. Glória Patri. *Psalmi ut in Festis*, 231. *Ant.* Haec dies, 694. *Oratio.* Dómine Deus omnípotens, 237. Pretiósa *cum reliquis. Lect. br.* Si consurrexístis cum Christo, 239.

Psalmi cantantur in tono infrascripto ad Tertiam.


AD TERTIAM.

Post ℣. Déus in adjutórium *et* Glória Patri, *dicuntur absolute Psalmi de Dominica. Quibus finitis dicitur Ant.* Haec dies, 694 ; *postea Oratio* Deus qui hodiérna die, 689.

Psalmi ad Horas cantantur in sequenti tono :



LEgem póne mí-hi, Dómine, ví-am justificati-ónum




tu-árum : * et exquíram é-am semper.


Eodem modo dicuntur Sexta et Nona.

AD MISSAM.


Intr. 4.




REsur-réxi, * et adhuc técum sum, al- le-




lú- ia : po- su- í-sti su- per me má- num tú- am,




al- le- lú- ia : mi-rá- bi-lis fá- cta est sci- én-




ti- a tú- a, alle- lú-ia, al- le- lú- ia. *Ps.* Dó-



mine probásti me, et cognovísti me : * tu cognovísti ses-



si- ónem mé- am, et resurrecti- ó-nem mé- am. Gló-ri- a



Pátri. E u o u a e.


Oratio.

DEus, qui hodiérna die per Unigénitum tuum, aeternitátis nobis áditum devícta morte reserásti : vota nostra, quae praeveniéndo aspíras, étiam adjuvándo proséquere. Per eúmdem.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *1. Cor. 5.*

FRatres : Expurgáte vetus ferméntum, ut sitis nova conspérsio, sicut estis ázymi. Etenim Pascha nostrum immolátus est Christus. Itaque epulémur : non in ferménto véteri, neque in ferménto malítiae, et nequítiae : sed in ázymis sinceritátis, et veritátis.

Grad. 2.



HAec dí- es, * quam fé- cit Dó-

mi- nus : exsulté- mus,

et lae-té- mur in é- a.

℣. Confi-témi-ni Dó- mi- no, quó-

ni- am bó- nus : quó-ni- am in saé-

culum mi-se- ri-cór- di- a * é- jus.

7.

A Lle-lú- ia. * *ij.*

℣. Páscha nóstrum immo-lá-

tus est * Chrí- stus.

Non repetitur Allelúia, *sed statim dicitur :*

Seq. 1.

V Ictimae paschá-li láudes * ímmolent Chrísti- áni.

Agnus redémit óves : Chrístus ínnocens Pátri reconci-li-

ávit peccatóres. Mors et ví-ta du-éllo conflixére mirán-

do : dux vítae mórtu-us, régnat vívus. Dic nóbis Marí- a,

quid vidísti in ví- a? Sepúlcrum Chrísti vivéntis, et gló-

ri- am vídi resurgéntis : Angé-licos téstes, sudá-ri- um, et

véstes. Surréxit Chrístus spes mé- a : praecédet sú- os in Ga-


lilaé- am. Scímus Chrístum surrexísse a mórtu- is vere :

tu nóbis, víctor Rex, mi-se-ré-re. Amen. Alle-lú-ia.


✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum. *Marc. 16.*

In illo témpore : María Magdaléne, et María Jacóbi, et Salóme emérunt arómata, ut veniéntes úngerent Jesum. Et valde mane una sabbatórum, véniunt ad monuméntum, orto jam sole. Et dicébant ad ínvicem : Quis revólvet nobis lápidem ab óstio monuménti? Et respiciéntes vidérunt revolútum lápidem. Erat quippe magnus valde. Et introeúntes in monuméntum vidérunt júvenem sedéntem in dextris, coopértum stola cándida, et obstupuérunt. Qui dicit illis : Nolíte expavéscere : Jesum quaéritis Nazarénum, crucifíxum : surréxit, non est hic, ecce locus ubi posuérunt eum. Sed ite, dícite discípulis ejus, et Petro, quia praecédit vos in Galilaéam : ibi eum vidébitis, sicut dixit vobis. Credo.


Offert. 4.



T Er-ra * trému- it, et qui- é- vit,



dum resúrge-ret in judí- ci-o Dé- us,




al- le- lú-ia.

Secreta.


Suscipe, quaésumus Dómine, preces pópuli tui cum oblatiónibus hostiárum : ut paschálibus initiáta mystériis, ad aeternitátis nobis medélam, te operánte, profíciant. Per Dóminum.

Praefatio. Te quidem Dómine. 8.


Comm. 6.




P Ascha nóstrum : immo-lá-tus est Chrí-



stus, allelú- ia : í-ta- que epu- lé- mur in



á- zy-mis since-ri-tátis et veri-tá- tis, alle- lú- ia,



alle- lú-ia, al-le- lú- ia.

Postcommunio.


Spíritum nobis, Dómine, tuae caritátis infúnde : ut, quos sacraméntis Paschálibus satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per Dóminum nostrum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Ad Sextam et ad Nonam *omnia dicuntur ut supra notatur ad Tertiam.*


AD VESPERAS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Confitébor. 7. c. 144. — 3. Beátus vir. 8. c. 152. — 4. Laudáte púeri. 7. a. 156. — 5. In éxitu. 8. G. 164.

1. Ant. 8. G




A Nge-lus autem Dó-mini * descéndit de caé-lo, et




accé- dens revólvit lápidem, et sedébat super é- um, alle-

2. Ant. 7. c




lú-ia, alle-lú- ia. E u o u a e. E T ecce terraemó-




tus * fáctus est mágnus : Ange-lus enim Dómi-ni descén-

3. Ant. 8. c




dit de caélo, alle-lú- ia. E u o u a e. E -rat au-



tem * aspéctus é-jus sic-ut fúl-gur : vestiménta é-jus sic-

4. Ant. 7. a



ut nix, alle-lú-ia, alle-lú- ia. E u o u a e. P Rae ti-

mó-re autem é-jus * extérri-ti sunt custódes, et fácti sunt vel-ut mórtu-i, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant. 8. G

R Espon-dens autem Ange-lus * dí-xit mu-li- é-ribus : No-lí-te ti-mé-re : scí- o enim quod Jésum quaéri-tis, alle-lú- ia.

E u o u a e.

Capitulum, Hymnus et ℣. *non dicuntur ; sed eorum loco :*

Ant. 2.

H Aec dí- es, * quam fé- cit Dó-mi- nus : exsulté- mus, et lae-té- mur in é- a.

Ad Magnif. Ant. 3. a

E T respi-ci- én-tes * vidé-runt revo-lú-tum lápi-dem : é-rat quippe mágnus valde, alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat 3. a. 213, *vel* 219.

Oratio. Déus qui hodiérna die. 689.

℣. Benedi-cámus Dómino, alle-lú-ia, alle- lú- ia.

℟. Dé- o grá- ti- as, alle-lú-ia, alle- lú- ia.

Sic dicitur in Vesperis et Laudibus tantum, usque ad Vesperas Sabbati in Albis exclusive.

Hodie et duobus diebus seq. hic Versus potest etiam cantari ut sequitur :

℣. Benedicámus Dó- mi- no, alle- lú- ia, alle- lú- ia.

℟. Dé- o grá- ti- as, alle- lú- ia, alle- lú- ia.

AD COMPLETORIUM.

Dicto ℣. Júbe dómne. — Frátres : Sóbrii estóte. — ℣. Adjutórium nóstrum. Pater noster. *et facta Confessione et Absolutione, post* ℣. Convérte nos. ℣. Déus in adjutórium. Glória Pátri. Allelúia, *dicuntur Psalmi de Dominica, in tono* 8. G. *ut supra,* 269, *quibus finitis dicitur :*

Ant. 8.

A Lle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú- ia.

Deinde immediate dicitur :

Canticum Simeonis.

1. Nunc dimíttis sérvum tú-*um* Dómine, * secúndum vérbum tú-*um in* pá- ce. 2. Qui- a vidé-runt... 3. Quod *pa*rásti * ...

2. Quia vidérunt ócu*li* méi * salu*tá*re túum.
3. Quod *pa*rásti * ante fáciem ómnium *popu*lórum :
4. Lúmen ad revelatió*nem* géntium, * et glóriam plébis *tú*ae Israel.
5. Glória Pátri, *et* Fílio, * et Spíri*tu*i Sáncto.
6. Sicut érat in princípio, et nunc, *et* sémper, * et in saécula saecu*ló*-*rum*. Amen.


Post Canticum dicitur Ant. Haec dies. 694. *et Oratio.* Vísita, quaésumus. *cum reliquis,* 278.

¶ *Infra Octavam Paschae usque ad Vesperas Sabbati exclusive, ad Horas omnia dicuntur ut in die, praeter Orationem et Antiphonam ad Magnificat. Feria II. et III. Officium fit duplex ; aliis diebus, semiduplex.*

FERIA SECUNDA

AD MISSAM.

Intr. 8.




Oratio.

DEus, qui solemnitáte paschāli, mundo remédia contulísti : pópulum tuum, quaésumus, caeléstí dono proséquere; ut et perféctam libertátem cónsequi mereátur, et ad vitam profíciat sempitérnam. Per Dóminum.


Lectio Actuum Apostolorum. *Act. 10. f.*

IN diébus illis : Stans Petrus in médio plebis, dixit : Viri fratres, vos scitis quod factum est verbum per univérsam Judaéam : incípiens enim a Galilaéa, post baptísmum quod praedicávit Joánnes, Jesum a Názareth : quómodo unxit eum Deus Spíritu Sancto, et virtúte, qui pertránsiit benefaciéndo, et sanándo omnes oppréssos a diábolo, quóniam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus ómnium quae fecit in regióne Judaeórum, et Jerusálem, quem occidérunt suspendéntes in ligno. Hunc Deus suscitávit tértia die, et dedit eum maniféstum fíeri, non omni pópulo, sed téstibus praeordinátis a Deo : nobis, qui manducávimus, et bíbimus cum illo, postquam resurréxit a mórtuis. Et praecépit nobis praedicáre pópulo, et testificári, quia ipse est, qui constitútus est a Deo judex vivórum et mortuórum. Huic omnes Prophétae testimónium pérhibent, remissiónem peccatórum accípere per nomen ejus omnes qui credunt in eum.

Grad. 2.



8.




Sequentia. Victimae Paschāli, *cum* Allelúia *in fine, ut supra*, 691.


✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 24. b.*

IN illo témpore : Duo ex discípulis Jesu ibant ipsa die in castéllum, quod erat in spátio stadiórum sexagínta ab Jerúsalem, nómine Emmaus. Et ipsi loquebántur ad ínvicem de his ómnibus, quae accí-

derant. Et factum est, dum fabularéntur, et secum quaérerent : et ipse Jesus appropínquans ibat cum illis : óculi autem illórum tenebántur, ne eum agnóscerent. Et ait ad illos : Qui sunt hi sermónes, quos confértis ad ínvicem ambulántes, et estis tristes? Et respóndens unus, cui nomen Cléophas, dixit ei : Tu solus peregrínus es in Jerúsalem, et non cognovísti quae facta sunt in illa his diébus? Quibus ille dixit : Quae? Et dixérunt : De Jesu Nazaréno, qui fuit vir prophéta potens in ópere et sermóne, coram Deo, et omni pópulo : et quómodo eum tradidérunt summi sacerdótes, et príncipes nostri in damnatiónem mortis, et crucifixérunt eum. Nos autem sperabámus, quia ipse esset redemptúrus Israel; et nunc super haec ómnia, tértia dies est hódie, quod haec facta sunt. Sed et mulíeres quaedam ex nostris terruérunt nos, quae ante lucem fuérunt ad monuméntum, et non invénto córpore ejus, venérunt, dicéntes se étiam visiónem Angelórum vidísse, qui dicunt eum vívere. Et abiérunt quidam ex nostris ad monuméntum : et ita invenérunt sicut mulíeres dixérunt, ipsum vero non invenérunt. Et ipse dixit ad eos : O stulti, et tardi corde ad credéndum in ómnibus, quae locúti sunt prophétae! Nonne haec opórtuit pati Christum, et ita intráre in glóriam suam? Et incípiens a Móyse, et ómnibus prophétis, interpretabátur illis in ómnibus scriptúris, quae de ipso erant. Et appropinquavérunt castéllo, quo ibant : et ipse se finxit lóngius ire. Et coegérunt illum, dicéntes : Mane nobíscum, quóniam advesperáscit, et inclináta est jam dies. Et intrávit cum illis. Et factum est, dum recúmberet cum eis, accépit panem, et benedíxit, ac fregit, et porrigébat illis. Et apérti sunt óculi eórum, et cognovérunt eum; et ipse evánuit ex óculis eórum. Et dixérunt ad ínvicem : Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loquerétur in via, et aperíret nobis Scriptúras? Et surgéntes eádem hora regréssi sunt in Jerúsalem; et invenérunt congregátos úndecim et eos, qui cum illis erant, dicéntes : Quod surréxit Dóminus vere, et appáruit Simóni. Et ipsi narrábant quae gesta erant in via : et quómodo cognovérunt eum in fractióne panis. Credo.


Offert. 8.





Secreta. Súscipe, quaésumus. 692.


Comm. 6.



Postcommunio. Spíritum nobis. 693.

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 8. G*




Cant. Magníficat. 8. G*. 217, *vel* 223. — *Oratio.* Deus, qui solemnitáte. 696.

FERIA TERTIA.

AD MISSAM.

Intr. 7.



lú- ia : firmá- bi-tur in íl- lis, et non flecté- tur, al-

le- lú-ia : et ex-altábit é- os in aetérnum, al-

le- lú- ia, al-le- lú- ia. *Ps.* Con-fi-témi-ni Dómi-

no, et invocá-te nómen é-jus : * annunti- á-te inter gén-

tes ó-pe-ra é- jus. Gló- ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam novo semper foetu multíplicas : † concéde fámulis tuis, ut sacraméntum vivéndo téneant, * quod fide percepérunt. Per Dóminum.

Lectio Actuum Apostolorum. *Act. 13. d.*

In diébus illis : Súrgens Paulus, et manu siléntium indícens, ait : Viri fratres, fílii géneris Abraham, et qui in vobis timent Deum, vobis verbum salútis hujus missum est. Qui enim habitábant Jerúsalem, et príncipes ejus, ignorántes Jesum et voces Prophetárum, quae per omne sábbatum legúntur, judicántes implevérunt : et nullam causam mórtis inveniéntes in eo, petiérunt a Piláto, ut interfícerent eum. Cumque consummássent ómnia quae de eo scripta erant, deponéntes eum de ligno, posuérunt eum in monuménto. Deus vero suscitávit eum a mórtuis tértia die : qui visus est per díes multos his, qui simul ascénderant cum eo de Galilaéa in Jerúsalem : qui usque nunc sunt testes ejus ad plebem. Et nos vobis annuntiámus eam, quae ad patres nostros repromíssio facta est : quóniam hanc Deus adimplévit fíliis nostris, resúscitans Jesum Christum Dóminum nostrum.

Grad. 2.

Haec dí- es, * *etc.* 689. ℣. Dí-cant nunc, qui

redémpti sunt a Dó- mi- no : quos re-

dé- mit de mánu in-imí- ci,

et de regi- ó- nibus congre-

gá- vit * é- os.

1. Alle-lú- ia. * *ij.*

℣. Surréxit Dó- mi-

nus de se- púl- cro, qui pro nó- bis


pe- pén- dit * in lí-gno.

Sequentia. Víctimae Paschális. *cum* Allelúia *in fine*, 691.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 24. e.*

IN illo témpore : Stetit Jesus in médio discipulórum suórum, et dicit eis : Pax vobis : ego sum, nolíte timére. Conturbáti vero, et contérriti, existimábant se spíritum vidére. Et dixit eis : Quid turbáti estis, et cogitatiónes ascéndunt in corda vestra? Vidéte manus meas, et pedes, quia ego ipse sum : palpáte, et vidéte : quia spíritus carnem, et ossa non habet, sicut me vidétis habére. Et cum hoc dixísset, osténdit eis manus, et pedes. Adhuc autem illis non credéntibus, et mirántibus prae gáudio, dixit : Habétis hic áliquid, quod manducétur? At illi obtulérunt ei partem piscis assi, et favum mellis. Et cum manducásset coram eis, sumens relíquias, dedit eis. Et dixit ad eos : Haec sunt verba, quae locútus sum ad vos, cum adhuc essem vobíscum, quóniam necésse est impléri ómnia quae scripta sunt in lege Móysi, et Prophétis, et Psalmis de me. Tunc apéruit illis sensum, ut intellígerent Scriptúras. Et dixit eis : Quóniam sic scriptum est, et sic oportébat Christum pati, et resúrgere a mórtuis tértia die : et praedicári in nómine ejus paeniténtiam, et remissiónem peccatórum in omnes gentes. Credo.


Offert. 4.




Secreta.

SUscipe, Dómine, fidélium preces cum oblatiónibus hostiárum : ut per haec piae devotiónis offícia, ad caeléstem glóriam transeámus. Per Dóminum.

Comm. 7.






Postcommunio.

COncéde, quaésumus omnípotens Deus, ut paschális percéptio sacraménti, contínua in nostris méntibus persevéret. Per Dóminum nostrum.

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 8. G



Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio.* Deus, qui Ecclésiam. 700.


SABBATO IN ALBIS.

AD VESPERAS. *(Duplex).*

Antiphona et Psalmi de Sabbato, Tempore Paschali, 284.

Capitulum. Caríssimi : Omne quod. *ut infra,* 708. *Hymnus.* Ad régias Agni dápes. 708 *vel* 710. ℣. Máne nobíscum. 711.

Ad Magnif. Ant. 1. D



rum, et fó-res éssent cláusae, ubi é-rant discípu-li con-

gre-gá- ti, sté-tit Jésus in médi-o, et dí-xit é-is : Pax

vó-bis, alle-lú-ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D. 212. — *Oratio.* Praesta, quaésumus. 705.

℣. Benedicámus Dómino *dicitur sine* Allelúia *in tono pro Tempore paschali posito,* 132. *Quod servatur in Officio de Tempore usque ad Festum Ss. Trinitatis exclusive, nisi sit Duplex I. classis.*

Completorium *dicitur ut in Psalterio cum Psalmis Sabbati, et Antiphona* Allelúia, 291. *Hymnus* Te Lúcis *in tono paschali,* 273. *Non dicuntur Preces.*

DOMINICA IN ALBIS, IN OCTAVA PASCHAE.

Duplex majus.

Ad Primam. *Hymnus cantatur et concluditur ut infra notatur ad Tertiam Ant.* Allelúia. *Psalmi.* Confitémini Dómino. Beáti immaculáti. Retríbue. *Capit.* Regi saeculórum. *Lect. br.* Si consurrexístis. 239.

AD TERTIAM.

Hymn. 8.

NUnc Sáncte nóbis Spí-ri-tus, Unum Pátri cum Fí-

li- o, Dignáre prómptus ínge-ri Nóstro refúsus pécto-ri.

Alter Tonus.

1.

NUnc Sáncte nó-bis Spí-ri-tus, Unum Pátri cum Fí-

li- o, Dignáre prómptus ínge-ri Nóstro re-fú-sus pécto-ri.

Os, língua, mens, sénsus, vígor
Confessiónem pérsonent :
Flamméscat ígne cáritas,
Accéndat árdor próximos.

Déo Pátri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna saécula. Amen.

Sic cantantur et terminantur omnes Hymni ad Horas tam in Officio de Tempore quam de Sanctis usque ad Ascensionem, nisi fiat de B. M. V.

Ant. Allelúia. *ut in Psalterio,* 241. *Capit.* Caríssimi : Omne quod. *e Vesperis,* 708. ℟. *br.* Surréxit Dóminus. 244. ℣. Surréxit.

AD MISSAM.

Intr. 6.

QUa-si modo * gé- ni- ti infántes, alle- lú- ia : ra-ti-o-ná- bi- les, si-ne dó-lo lac concupí-sci-te, alle- lú- ia, alle- lú- ia, alle- lú- ia. *Ps.* Exsultá-te Dé-o adju-tó-ri nóstro : * jubi-lá-te Dé- o Jácob. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : † ut qui paschália festa perégimus ; * haec, te largiénte, móribus et vita teneámus. Per Dóminum nostrum.

Lectio Epistolae beati Joannis Apostoli. *1. Joan. 5.*

CAríssimi : Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum : et haec est victória, quae vincit mundum, fides nostra. Quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit, quóniam Jesus est Fílius Dei? Hic est qui venit per aquam, et sánguinem, Jesus Christus : non in aqua solum, sed in aqua et sánguine. Et Spíritus est, qui testificátur, quóniam Chri-

stus est véritas. Quóniam tres sunt, qui testimónium dant in caelo : Pater, Verbum, et Spíritus Sanctus : et hi tres unum sunt. Et tres sunt, qui testimónium dant in terra : Spíritus, et aqua, et sanguis : et hi tres unum sunt. Si testimónium hóminum accípimus, testimónium Dei majus est : quóniam hoc est testimónium Dei quod majus est : quóniam testificátus est de Fílio suo. Qui credit in Fílium Dei, habet testimónium Dei in se.




✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 20. c.*

IN illo témpore : Cum sero esset die illo, una sabbatórum, et fores essent clausae, ubi erant discípuli congregáti propter metum Judaeórum : venit Jesus, et stetit in médio, et dixit eis : Pax vobis. Et cum hoc dixísset, osténdit eis manus, et latus. Gavísi sunt ergo discípuli, viso Dómino. Dixit ergo eis íterum : Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Haec cum dixísset, insufflávit : et dixit eis : Accípite Spíritum Sanctum : quorum remiséritis peccáta, remittúntur eis : et quorum retinuéritis, reténta sunt. Thomas autem unus ex duódecim, qui dícitur Dídymus, non erat cum eis, quando venit Jesus. Dixérunt ergo ei álii discípuli : Vídimus Dóminum. Ille autem dixit eis : Nisi vídero in mánibus ejus fixúram clavórum, et mittam dígitum meum in locum clavórum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam. Et post dies octo, íterum erant discípuli ejus intus, et Thomas cum eis. Venit Jesus jánuis clausis, et stetit in médio, et dixit : Pax vobis. Deínde dicit Thomae : Infer dígitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum : et noli esse incrédulus, sed fidélis. Respóndit Thomas, et dixit ei : Dóminus meus, et Deus meus. Dixit ei Jesus : Quia vidísti me, Thoma, credidísti : beáti, qui non vidérunt, et credidérunt. Multa quidem et ália signa fecit Jesus in conspéctu discipulórum suórum, quae non sunt scripta in libro hoc. Haec autem scripta sunt, ut credátis, quia Jesus est Christus Fílius Dei : et ut credéntes, vitam habeátis in nómine ejus. Credo.

Offertorium. Angelus Dómini. 698.

Secreta.

SUscipe múnera, Dómine, quaésumus, exsultántis Ecclésiae : et cui causam tanti gáudii praestitísti, perpétuae fructum concéde laetítiae. Per Dóminum nostrum.



Postcommunio.

QUaésumus Dómine Deus noster : ut sacrosáncta mystéria, quae pro reparatiónis nostrae munímine contulísti; et praesens nobis remédium esse fácias, et futúrum. Per Dóminum.

AD SEXTAM.

Ant. Allelúia. *ut in Psalterio pro Tempore Paschali*, 246.

Capitulum. *1. Joann. 5.*

Quis est autem qui vincit mundum, † nisi qui credit quóniam Jesus est Fílius Dei? Hic est qui venit per aquam et sánguinem, Jesus Christus : * non in aqua solum, sed in aqua et sánguine.

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere. 249. ℣. Gavísi sunt.

AD NONAM.

Ant. Allelúia. *ut in Psalterio pro Tempore Paschali*, 251.


Capitulum. *1. Joann. 5. b.*

Si testimónium hóminum accípimus, testimónium Dei majus est : † quóniam hoc est testimónium Dei, quod majus est, quóniam testificátus est de Fílio suo. * Qui credit in Fílium Dei, habet testimónium Dei in se.

℟. *br.* Gavísi sunt. 254. ℣. Máne nobíscum.

AD VESPERAS.

Ant. 7. c 2





Sub qua sola dicuntur omnes Psalmi de Dominica, 256.

Capitulum. *1. Joann. 5.*

Caríssimi : Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum : † et haec est victória quae vincit mundum, * fides nostra.

Hymn. 8.





Et Fí- li- o, qui a mórtu-is Surréxit, ac Parácli-to, In sempi-térna saécu-la. Amen.

Alter Tonus.

4. AD ré-gi- as Agni dápes, Stó-lis amícti cándidis, Post tránsi-tum má- ris Rúbri, Chrísto canámus Prínci-pi.

2. Di- ví-na cújus cá-ri-tas Sácrum pro-pínat sánguinem, Almíque mémbra córpo-ris Amor sa-cérdos ímmo-lat.

3. Spár-sum cru- órem póstibus Vastátor hórret Ange-lus: Fugítque di-ví- sum máre, Mergúntur hóstes flúctibus.

4. Jam Páscha nóstrum Chrístus est, Paschá-lis ídem ví-


ctima, Et púra pú-ris méntibus Since-ri-tá-tis ázyma.

5. O vé-ra caéli víctima, Subjécta cui sunt tártara, So-lúta mórtis víncu-la, Recépta vítae praémi- a. 6. Ví- ctor sub-áctis ínfe-ris, Trophaé-a Chrístus éxplicat, Caelóque apérto, súbditum Régem te-nebrá-rum tráhit. 7. Ut sis per-énne méntibus Paschá-le Jésu gáudi-um, A mórte dí-ra críminum Vítae renátos líbera. 8. Dé- o Pá-tri sit gló-ri- a, Et Fí-li- o, qui a mórtu- is Surréxit, ac Pa- rá-cli-to, In sempi-térna saécula. Amen.

Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri usque ad Ascensionem, nisi propriam doxologiam habeant.

℣. Máne nobíscum Dómine, allelúia.
℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnif. Ant. 8. c




Cant. Magníficat. 8. c. 217. — *Oratio.* Praesta, quaésumus. 705.

Sabbato ante Dominicam II. post Pascha.

AD VESPERAS.

Ant. Allelúia. *Ps.* Benedíctus Dóminus. *cum reliquis*, 284. *Capitulum.* Carissími : Christus. *ut infra*, 716. *Hymnus.* Ad régias Agni dápes. 708. *vel* 710. ℣. Máne nobíscum. 711.

Ad Magnif. Ant. 8. G*



Cant. Magníficat. 8. G*. 217. — *Oratio.* Deus, qui in Fílii. 713.

Et fit commemoratio de Cruce, 266.

Dominica II. post Pascha.


Ad Primam. *Ant.* Allelúia. 230. *Ps.* Confitémini. Beáti immaculáti. Retríbue. *Praedicti Psalmi dicuntur Dominicis diebus usque ad Ascensionem.*

AD TERTIAM.

Capitulum. Caríssimi : Christus passus est. *e Vesperis*, 716. ℟. *br.* Surréxit Dóminus. 244.

AD MISSAM.

Intr. 4.



Oratio.

Deus, qui in Fílii tui humilitáte,† jacéntem mundum erexísti : fidélibus tuis perpétuam concéde laetítiam ; * ut quos perpétuae mortis eripuísti cásibus, gáudiis fácias pérfrui sempitérnis. Per eúmdem Dóminum.

2. de S. Maria.


Concéde nos fámulos tuos, quaésumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére : et gloriósa beátae Maríae semper Vírginis intercessióne, a praesénti liberári tristítia, et aetérna pérfrui laetítia.

3. *pro Ecclesia vel Papa*, 296.

Lectio Epistolae beati Petri Apostoli. *1. Petr. 2. D.*

Caríssimi : Christus passus est pro nobis, vobis relínquens exémplum, ut sequámini vestígia ejus. Qui peccátum non fecit, nec invéntus est dolus in ore ejus : qui cum maledicerétur, non maledicébat :


cum paterétur, non comminabátur : tradébat autem judicánti se injúste : qui peccáta nostra ipse pértulit in córpore suo super lignum : ut peccátis mórtui, justítiae vivámus : cujus livóre sanáti estis. Erátis enim sicut oves errántes, sed convérsi estis nunc ad pastórem et epíscopum animárum vestrárum.



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 10. b.*

IN illo témpore : Dixit Jesus pharisaéis : Ego sum pastor bonus. Bonus pastor ánimam suam dat pro óvibus suis. Mercenárius autem, et qui non est pastor, cujus non sunt oves própriae, videt lupum veniéntem, et dimíttit oves, et fugit : et lupus rapit, et dispérgit oves : mercenárius autem fugit, quia mercenárius est, et non pértinet ad eum de óvibus. Ego sum pastor bonus : et cognósco meas, et cognóscunt me meae. Sicut novit me Pater, et ego agnósco Patrem : et ánimam meam pono pro óvibus meis. Et álias oves hábeo, quae non sunt ex hoc ovíli : et illas opórtet me addúcere, et vocem meam áudient, et fiet unum ovíle, et unus pastor.

Credo.




Secreta.


BEnedictiónem nobis, Dómine, cónferat salutárem sacra semper oblátio : ut quod agit mystério, virtúte perfíciat. Per Dóminum nostrum.

2. de sancta Maria.


TUA, Dómine, propitiatióne, et beátae Maríae semper Vírginis intercessióne, ad perpétuam atque praeséntem haec oblátio nobis profíciat prosperitátem et pacem.

3. pro Ecclesia vel pro Papa, 229.





cognósco óves mé- as, et cognóscunt me mé-



ae, alle-lú- ia, alle-lú- ia.

Postcommunio.

PRaesta nobis, quaésumus omnípotens Deus : ut vivificatiónis tuae grátiam consequéntes, in tuo semper múnere gloriémur. Per Dóminum nostrum.

2. de sancta Maria.

SUmptis, Dómine, salútis nostrae subsídiis : da, quaésumus, beátae Maríae semper Vírginis patrocíniis nos ubíque prótegi; in cujus veneratióne haec tuae obtúlimus majestáti.

3. *pro Ecclesia vel pro Papa,* 300.

AD SEXTAM.

Capitulum. *1. Petr. 2. d.*

TRadébat autem judicánti se injúste : † qui peccáta nostra ípse pértulit in córpore suo super lignum : ut peccátis mórtui, justítiae vivámus : * cujus livóre sanáti sumus.

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere. 249.

AD NONAM.

Capitulum. *1. Petr. 2. d.*

ERatis enim sicut oves errántes, † sed convérsi estis nunc ad pastórem, * et epíscopum animárum vestrárum.

℟. *br.* Gavísi sunt discípuli. 254.

AD VESPERAS.


Ant. Allelúia. *Ps.* Dixit Dóminus, *cum reliquis de Dominica,* 256.

Capitulum. *1. Petr. 2. d.*


CAríssimi : Christus passus est pro nobis, † vobis relínquens exémplum, ut sequámini vestígia ejus. * Qui peccátum non fecit, nec invéntus est dolus in ore ejus.

Hymnus. Ad régias Agni dápes. 708 *vel* 710. ℣. Máne nobíscum. 711


Ad Magnif. Ant. 3. a



E-go sum * pástor bónus, qui pásco óves mé-



as, et pro óvibus mé- is póno ánimam mé-am, alle-



lú- ia. E u o u a e.


Cant. Magníficat. 3. a. 214. — *Oratio.* Deus, qui in Fílii. 713.
Deinde fit commemoratio de Cruce, 266.

Sabbato ante Dominicam III. post Pascha.


AD VESPERAS.

Ant. Allelúia. *Ps.* Benedíctus Dóminus. *cum reliquis,* 284.
Capitulum. Caríssimi : Obsecro vos. *ut infra,* 721. *Hymnus.* Ad régias Agni. 708. *vel* 710. ℣. Máne nobíscum. 711.


Ad Magnif. Ant. 6. F



MOdicum, * et non vidébi- tis me, dí-cit Dómi-



nus : í-terum mó-di- cum, et vidébi- tis me : qui-a vádo



ad Pátrem, alle-lú- ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 6. F. 216. — *Oratio.* Deus, qui errántibus. 718.
Commemoratio de Cruce, 266.


Dominica III. post Pascha.

AD TERTIAM.

Capitulum. Caríssimi : Obsecro vos. *e Vesperis,* 721. ℟. Surréxit Dóminus. 244.

AD MISSAM.

Intr. 8.




Oratio.

Deus, qui errántibus, ut in viam possint redíre justítiae, veritátis tuae lumen osténdis : † da cunctis qui christiána professióne censéntur, et illa respúere quae huic inimíca sunt nómini ; * et ea quae sunt apta sectári. Per Dóminum.

2. *de S. Maria*, 713. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 296.

Lectio Epistolae beati Petri Apostoli. *1. Petr. 2. b.*


Caríssimi : Obsecro vos tamquam ádvenas et peregrínos abstinére vos a carnálibus desidériis, quae mílitant advérsus ánimam, conversatiónem vestram inter gentes habéntes bonam : ut in eo, quod detréctant de vobis tamquam de malefactóribus, ex bonis opéribus vos considerántes, glorificent Deum in die visitatiónis. Subjécti ígitur estóte omni humánae creatúrae propter Deum : sive regi quasi praecelléntí : sive dúcibus tamquam ab eo missis ad vindíctam malefactórum, laudem vero bonórum : quia sic est volúntas Dei, ut benefaciéntes obmutéscere faciátis imprudéntium hóminum ignorántiam : quasi líberi, et non quasi velámen habéntes malítiae libertátem, sed sicut servi Dei. Omnes honoráte : fraternitátem dilígite : Deum timéte : regem honorificáte. Servi, súbditi estóte in omni timóre dóminis, non tantum bonis et modéstis, sed étiam dýscolis. Haec est enim grátia : in Christo Jesu Dómino nostro.



Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 16. b.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Módicum, et jam non vidébitis me : et íterum módicum, et vidébitis me : quia vado ad Patrem. Dixérunt ergo ex discípulis ejus ad ínvicem : Quid est hoc, quod dicit nobis : Módicum, et non vidébitis me : et íterum módicum, et vidébitis me, et quia vado ad Patrem? Dicébant ergo : Quid est hoc, quod dicit, Módicum? nescímus quid lóquitur. Cognóvit autem Jesus, quia volébant eum interrogáre, et dixit eis : De hoc quaéritis inter vos quia dixi, Módicum, et non vidébitis me : et íterum módicum, et vidébitis me. Amen, amen dico vobis : quia plorábitis, et flébitis vos, mundus autem gaudébit : vos autem contristabímini, sed tristítia vestra vertétur in gáudium. Múlier cum parit, tristítiam habet, quia venit hora ejus : cum autem pepérerit púerum, jam non méminit pressúrae propter gáudium : quia natus est homo in mundum. Et vos ígitur nunc quidem tristítiam habétis, íterum autem vidébo vos, et gaudébit cor vestrum : et gáudium vestrum nemo tollet a vobis. Credo.

Offert. 4.





Secreta.

HIS nobis Dómine mystériis conferátur, quo terréna desidéria mitigántes, discámus amáre caeléstia. Per Dóminum.

2. *de S. Maria*, 715. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 299.

Comm. 8.





Postcommunio.

SAcraménta quae súmpsimus, quaésumus Dómine : et spirituálibus nos instáurent aliméntis; et corporálibus tueántur auxíliis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

2. *de S. Maria*, 716. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 300.

AD SEXTAM.

Capitulum. *1. Petr. 2. c.*

SUbjécti ígitur estóte omni humánae creatúrae propter Deum : † sive regi quasi praecellénti : * sive dúcibus tamquam ab eo missis ad vindíctam malefactórum, laudem vero bonórum.

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere. 249.

AD NONAM.

Capitulum. *1. Petr. 2. c.*

SErvi, súbditi estóte in omni timóre dóminis, † non tantum bonis et modéstis, sed étiam dýscolis. * Haec est enim grátia in Christo Jesu Dómino nostro.

℟. *br.* Gavísi sunt discípuli. 254.

AD VESPERAS.


Ant. Allelúia. *Ps.* Díxit Dóminus. *cum reliquis de Dominica*, 256

Capitulum. *1. Petr. 2. c.*

CAríssimi : Obsecro vos tamquam ádvenas et peregrínos, † abstinére vos a carnálibus desidériis, * quae mílitant advérsus ánimam.

Hymnus. Ad régias Agni dápes. 708, *vel* 710. ℣. Máne nobíscum. 711.

Ad Magnif. Ant. 8. G




Cant. Magníficat. 8. G. 217. — *Oratio.* Deus, qui errántibus. 718.
Deinde fit Commemoratio de Cruce, 266.

Sabbato ante Dominicam IV. post Pascha.


AD VESPERAS.

Ant. Allelúia. *Ps.* Benedíctus Dóminus. *cum reliquis,* 284.
Capitulum. Caríssimi : Omne datum. *ut infra,* 725. *Hymnus.* Ad régias Agni. 708, *vel* 710. ℣. Máne nobíscum. 711.


Ad Magnif. Ant. 1. a 3



V Ado * ad é-um qui mí-sit me : et némo ex



vóbis intérro-gat me : Quo vádis? alle-lú- ia, alle-lú- ia.



E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. a 3. 212. — *Oratio.* Deus, qui fidélium. 723.
Commemoratio de Cruce, 266.


Dominica IV. post Pascha.

AD TERTIAM.


Capitulum. Caríssimi : Omne datum. *e Vesperis,* 725.
℟. *br.* Surréxit Dóminus. 244.

AD MISSAM.


Intr. 6.




C Antáte Dómi- no * cánti-cum nó- vum, alle-




lú- ia : qui- a mi-ra-bí- li- a fé-cit Dómi- nus, alle-




lú-ia : ante conspéctum gén-ti- um reve-lá-



vit justí- ti- am sú- am, alle- lú- ia, alle- lú- ia. *Ps.* Sal-



vá-vit sí-bi déxte-ra é-jus : * et bráchi- um sánctum é-jus.



Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.


Deus, qui fidélium mentes uníus éfficis voluntátis : † da pópulis tuis id amáre quod praécipis, id desideráre quod promíttis ; * ut inter mundánas varietátes, ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gáudia. Per Dóminum.

2. *de S. Maria,* 713. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa,* 296.


Lectio Epistolae beati Jacobi Apostoli. *Jac. 1. c.*

Caríssimi : Omne datum óptimum, et omne donum perféctum desúrsum est, descéndens a Patre lúminum, apud quem non est transmutátio, nec vicissitúdinis obumbrátio. Voluntárie enim génuit nos verbo veritátis, ut simus inítium áliquod creatúrae ejus. Scitis, fratres mei dilectíssimi. Sit autem omnis homo velox ad audiéndum : tardus autem ad loquéndum, et tardus ad iram. Ira enim viri, justítiam Dei non operátur. Propter quod abjiciéntes omnem immundítiam, et abundántiam malítiae, in mansuetúdine suscípite ínsitum verbum, quod potest salváre ánimas vestras.


4.



A L- le-lú-ia. * *ij.* ℣. Déx-




te- ra Dé- i fé- cit virtú- tem : déxte-ra Dó-




mi- ni * ex- altávit me.

1.



A Lle- lú- ia. *



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 16.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Vado ad eum qui misit me : et nemo ex vobis intérrogat me : Quo vadis? Sed quia haec locútus sum vobis, tristítia implévit cor vestrum. Sed ego veritátem dico vobis : éxpedit vobis ut ego vadam : si enim non ábiero, Paráclitus non véniet ad vos : si autem abíero, mittam eum ad vos. Et cum vénerit ille, árguet mundum de peccáto, et de justítia, et de judício. De peccáto quidem, quia non credidérunt in me : de justítia vero, quia ad Patrem vado, et jam non vidébitis me : de judício autem, quia princeps hujus mundi jam judicátus est. Adhuc multa hábeo vobis dícere : sed non potéstis portáre modo. Cum autem vénerit ille Spíritus veritátis, docébit vos omnem veritátem. Non enim loquétur a semetípso : sed quaecúmque áudiet, loquétur, et quae ventúra sunt, annuntiábit vobis. Ille me clarificábit : quia de meo accípiet, et annuntiábit vobis. Credo.


Offertorium. Jubiláte Déo. 434.


Secreta.

DEus, qui nos per hujus sacrifícii veneránda commércia, uníus summae divinitátis partícipes effecísti : praesta, quaésumus ; ut, sicut tuam cognóscimus veritátem, sic eam dignis móribus assequámur. Per Dóminum nostrum.

2. *de S. Maria,* 715. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa,* 299.

Comm. 8.





Postcommunio.

ADésto nobis, Dómine Deus noster : ut per haec, quae fidéliter súmpsimus, et purgémur a vítiis, et a perículis ómnibus eruámur. Per Dóminum nostrum.

2. *de S. Maria,* 716. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa,* 300.

AD SEXTAM.

Capitulum. *Jac 1. c.*

SCitis, fratres mei dilectíssimi. † Sit autem omnis homo velox ad audiéndum : tardus autem ad loquéndum, et tardus ad iram. * Ira enim viri justítiam Dei non operátur.

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere. 249.

AD NONAM.

Capitulum. *Jac. 1. d.*

PRopter quod abjiciéntes omnem immundítiam et abundántiam malítiae, † in mansuetúdine suscípite ínsitum verbum, * quod potest salváre ánimas vestras.

℟. *br.* Gavísi sunt discípuli. 254.

AD VESPERAS.


Ant. Allelúia. *Ps.* Díxit Dóminus. *cum reliquis de Dominica,* 256.

Capitulum. *Jac. 1. c.*

CAríssimi : Omne datum óptimum, et omne donum perféctum desúrsum est, descéndens a Patre lúminum, † apud quem non est transmutátio, * nec vicissitúdinis obumbrátio.

Hymnus. Ad régias Agni dápes. 708 *vel* 710. ℣. Máne nobíscum. 711.

Ad Magnif. Ant. 2. D



locútus sum vóbis, tristí-ti- a implévit cor véstrum, alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 2. D. 213. — *Oratio.* Deus, qui fidélium. 723.
Deinde fit commemoratio de Cruce, 266.

Sabbato ante Dominicam V. post Pascha.

AD VESPERAS.

Ant. Allelúia. *Ps.* Benedíctus Dóminus *cum reliquis,* 284. *Capitulum.* Caríssimi : Estóte. *ut infra,* 730. *Hymnus.* Ad régias Agni dapes. 708 *vel* 710. ℣. Máne nobíscum. 711.

Ad Magnif. Ant. 2. D

USque módo * non pe-tístis quidquam in nómi-ne mé- o : pé-ti-te, et acci-pi-é-tis, alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 2. D. 213. — *Oratio.* Deus, a quo. 727.
Commemoratio de Cruce, 266.

Dominica V. post Pascha.

AD TERTIAM.

Capitulum. Caríssimi : Estóte factóres. *e Vesperis,* 730.
℟. *br.* Surréxit Dóminus. 244.

AD MISSAM.

Intr. 3.

VO-cem jucundi- tá-tis * annunti- á-te, et audi- á- tur, alle- lú- ia : nunti- áte

us-que ad extré- mum tér-rae : libe-rávit Dó-minus pó-pu-lum sú- um, al- le- lú- ia, alle-lú- ia. *Ps.* Jubi-lá-te Dé-o ómnis térra : * psálmum dí-ci-te nómi-ni é-jus, dá-te gló-ri- am láudi é-jus. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

DEus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis : † ut cogitémus te inspiránte quae recta sunt ; * et te gubernánte, éadem faciámus. Per Dóminum nostrum.


2. *de Maria,* 713. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa,* 296.

Lectio Epistolae beati Jacobi Apostoli. *Jac. 1. d.*

CAríssimi : Estóte factóres verbi, et non auditóres tantum : falléntes vosmetípsos. Quia si quis audítor est verbi, et non factor : hic comparábitur viro consideránti vultum nativitátis suae in spéculo : considerávit enim se, et ábiit, et statim oblítus est qualis fúerit. Qui autem perspéxerit in legem perféctam libertátis, et permánserit in ea, non audítor obliviósus factus, sed factor óperis : hic beátus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiósum esse, non refraénans linguam suam, sed sedúcens cor suum, hujus vana est relígio. Relígio munda, et immaculáta apud Deum et Patrem, haec est : Visitáre pupíllos, et víduas in tribulatióne eórum, et immaculátum se custodíre ab hoc saéculo.

1.

ALle- lú- ia. * *ij.* ℣. Surré- xit Chrí-stus, et il-




✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 16. c.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Amen, amen dico vobis : si quid petiéritis Patrem in nómine meo, dabit vobis. Usque modo non petístis quidquam in nómine meo : Pétite, et accipiétis, ut gáudium vestrum sit plenum. Haec in provérbiis locútus sum vobis. Venit hora, cum jam non in provérbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiábo vobis. In illo die in nómine meo petétis : et non dico vobis, quia ego rogábo Patrem de vobis : ipse enim Pater amat vos, quia vos me amástis, et credidístis, quia ego a Deo exívi. Exívi a Patre,

et veni in mundum : íterum relínquo mundum, et vado ad Patrem. Dicunt ei discípuli ejus : Ecce nunc palam lóqueris, et provérbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis ómnia, et non opus est tibi, ut quis te intérroget : in hoc crédimus quia a Deo exísti. Credo.

Offert. 2.




Secreta.

Suscipe, Dómine, fidélium preces cum oblatiónibus hostiárum : ut per haec piae devotiónis officia, ad caeléstem glóriam transeámus. Per Dóminum nostrum.

2. de S. Maria, 715. — 3. pro Ecclesia vel pro Papa, 299.

Comm. 2.



Dómi-no, bene-dí-ci-te nó- men é- jus : be- ne nun-

ti- á- te de dí- e in dí- em sa- lu-tá- re

é- jus, alle-lú- ia. alle- lú- ia.

Postcommunio.

TRíbue nobis, Dómine, caeléstis mensae virtúte satiátis : et desideráre quae recta sunt, et desideráta percípere. Per Dóminum nostrum.

2. *de S. Maria*, 716. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 300.

AD SEXTAM.

Capitulum. *Jac. 1. d.*

QUI autem perspéxerit in legem perféctam libertátis, et permánserit in ea, † non audítor obliviósus factus, sed factor óperis : * hic beátus in facto suo erit.

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere. 249.

AD NONAM.

Capitulum. *Jac. 1. d.*

RElígio munda et immaculáta apud Deum et Patrem haec est : † visitáre pupíllos et víduas in tribulatióne eórum, * et immaculátum se custodíre ab hoc saéculo.

℟. *br.* Gavísi sunt discípuli. 254.

AD VESPERAS.

Ant. Allelúia. *Ps.* Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica.* 256.

Capitulum. *Jac. 1. d.*

CAríssimi : Estóte factóres verbi, et non auditóres tantum, falléntes vosmetípsos. Quia si quis audítor est verbi, et non factor : hic comparábitur viro consideránti vultum nativitátis suae in spéculo : considerávit enim, se, et ábiit, et statim oblítus est qualis fúerit.

Hymnus. Ad régias Agni dápes. 708 *vel* 710. ℣. Máne nobíscum. 711.

Ad Magnif. Ant. 8. G*

PEti-te, * et accipi- é- tis, ut gáudi- um vé-

strum sit plé-num : ípse enim Pá-ter ámat vos, qui-a vos

me amástis, et credi-dístis, alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G*. 217. — *Oratio.* Deus, a quo. 727.

Deinde fit commemoratio de Cruce, 266.

IN LITANIIS MAJORIBUS ET MINORIBUS.

AD PROCESSIONEM.

Ante Processionem cantatur stando :

Ant. 2.

EXsúrge Dómi-ne, * ádju-va nos, et líbera


nos, propter nómen tú- um. *Ps.* Dé- us áuribus nóstris

audívimus : pátres nóstri annunti- avé- runt nó-bis.


Gló-ri- a Pátri. E u o u a e. *Et repetitur* Exsúrge Dñe.

Duo Cantores ante altare majus genuflexi Litanias incipiunt, et omnes versus duplicantur, nisi Processio fuerit impedita.


KYri-e e-lé- ison. Chríste e-lé- i-son. Kýri- e e-lé- i-



son. Christe áudi nos. Christe exáudi nos.




Pá- ter de caé- lis Dé- us, mi-seré-re nóbis.
Fí- li Red- émptor múndi Dé- us, mi-seré-re nóbis.
Spí- ri- tus Sán-cte Dé- us, mi-seré-re nóbis.
Sáncta Trí- ni- tas únus Dé- us, mi-seré-re nóbis.




Sáncta Marí- a, óra pro nóbis.


Surgunt omnes et ordinatim procedunt, Litanias prosequentes.



Sáncta Dé- i Gé-nitrix, óra pro nóbis.
Sáncta Vírgo vírginum, óra pro nóbis.
Sáncte Míchael, óra pro nóbis.
Sáncte Gábriel, óra pro nóbis.
Sáncte Ráphael, óra pro nóbis.




Omnes sáncti Ange-li et Archánge-li, orá-te pro nóbis.
Omnes sáncti beatórum Spirítuum órdines, orá-te pro nóbis.



Sáncte Jo-ánnes Baptísta, óra pro nóbis.
Sáncte Jó-seph, óra pro nóbis.




Omnes sáncti Patri-árchae et Prophétae, orá-te pro nóbis.



Sáncte Pétre, óra pro nóbis.


Sáncte Páule, óra.
Sáncte Andréa, óra.
Sáncte Jacóbe, óra.
Sáncte Joánnes, óra.
Sáncte Thóma, óra.
Sáncte Jacóbe, óra.
Sáncte Philíppe, óra.
Sáncte Bartholomaée, óra.
Sáncte Matthaée, óra.
Sáncte Símon, óra.
Sáncte Thaddaée, óra.
Sáncte Mathía, óra.
Sáncte Bárnaba, óra.
Sáncte Lúca, óra.
Sáncte Márce, óra.
Omnes sáncti Apóstoli et Evangelístae, oráte.
Omnes sáncti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sáncti Innocéntes, oráte.
Sáncte Stéphane, óra.
Sáncte Laurénti, óra.
Sáncte Vincénti, óra.
Sáncti Fabiáne et Sebastiáne, oráte.
Sáncti Joánnes et Páule, oráte.
Sáncti Cósma et Damiáne, oráte.
Sáncti Gervási et Protási, oráte.
Omnes sáncti Mártyres, oráte.
Sáncte Silvéster, óra.
Sáncte Gregóri, óra.
Sáncte Ambrósi, óra.
Sáncte Augustíne, óra.
Sáncte Hierónyme, óra.
Sáncte Martíne, óra.
Sáncte Nicoláe, óra.
Omnes sáncti Pontífices et Confessóres, oráte.
Omnes sáncti Doctóres, oráte.
Sáncte Antóni, óra.
Sáncte Benedícte, óra.
Sáncte Bernárde, óra.
Sáncte Domínice, óra.
Sáncte Francísce, óra.
Omnes sáncti Sacerdótes et Levítae, oráte.
Omnes sáncti Mónachi et Eremítae, oráte.
Sáncta María Magdaléna, óra.
Sáncta Agatha, óra.
Sáncta Lúcia, óra.
Sáncta Agnes, óra.
Sáncta Caecília, óra.
Sáncta Catharína, óra.
Sáncta Anastásia, óra.
Omnes sánctae Vírgines et Víduae, oráte.
Omnes Sáncti et Sánctae Déi, intercédite pro nóbis.



Propí- ti- us ésto, párce nó-bis Dómine.
Propí- ti- us ésto, exáudi nos Dómine.
Ab ómni má- lo, lí-be-ra nos Dómine.


Ab ómni peccáto, líbera nos Dómine.
Ab íra túa, líbera nos Dómine.
A subitánea et improvísa mórte, líbera nos Dómine.
Ab insídiis diáboli, líbera nos Dómine.
Ab íra, et ódio, et ómni mála voluntáte, líbera nos Dómine.
A spíritu fornicatiónis, líbera nos Dómine.
A fúlgure et tempestáte, líbera nos Dómine.
A flagéllo terraemótus, líbera nos Dómine.
A péste, fáme, et béllo, líbera nos Dómine.
A mórte perpétua, líbera nos Dómine.
Per mystérium sánctae incarnatiónis túae, líbera nos Dómine.
Per advéntum túum, líbera nos Dómine.
Per nativitátem túam, líbera nos Dómine.
Per baptísmum et sánctum jejúnium túum, líbera nos Dómine.
Per crúcem et passiónem túam, líbera nos Dómine.

Per mórtem et sepultúram túam, líbera nos Dómine.
Per sánctam resurrectiónem túam, líbera nos Dómine.
Per admirábilem ascensiónem túam, líbera nos Dómine.
Per advéntum Spíritus Sáncti Parácliti, líbera nos Dómine.
In díe judícii, líbera nos Dómine.




Pecca-tóres, te rogámus áudi nos.


Ut nóbis párcas, te rogámus áudi nos.
Ut nóbis indúlgeas, te rogámus áudi nos.
Ut ad véram paeniténtiam nos perdúcere dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut Ecclésiam túam sánctam † régere et conserváre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut Dómnum Apostólicum et ómnes ecclesiásticos órdines † in sáncta religióne conserváre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut inimícos sánctae Ecclésiae † humiliáre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut régibus et princípibus christiánis † pácem et véram concórdiam donáre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut cúncto pópulo christiáno † pácem et unitátem largíri dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut ómnes errántes ad unitátem Ecclésiae revocáre, † et infidéles univérsos ad Evangélii lúmen perdúcere dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut nosmetípsos in túo sáncto servítio † confortáre et conserváre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut méntes nóstras † ad caeléstia desidéria érigas, te rogámus áudi nos.
Ut ómnibus benefactóribus nóstris † sempitérna bóna retríbuas, te rogámus áudi nos.
Ut ánimas nóstras † frátrum, propinquórum et benefactórum nostrórum † ab aetérna damnatióne erípias, te rogámus áudi nos.
Ut frúctus térrae † dáre et conserváre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut ómnibus fidélibus defúnctis † réquiem aetérnam donáre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus áudi nos.
Fíli Déi, te rogámus áudi nos.




Agnus Dé-i, qui tóllis peccá-ta múndi, párce nóbis Dó-




mine. Agnus Dé-i, qui tóllis peccá-ta múndi, exáudi




nos Dómine. Agnus Dé-i, qui tóllis peccá-ta múndi,




mi-seré-re nóbis. Chríste áudi nos. Chríste exáudi nos.



Kýri-e e-lé-ison. Chríste e-lé-i-son. Kýri-e e-lé-i-son.




Pá-ter nóster. *secreto.* ℣. Et ne nos indúcas in tentati-ónem.




℟. Sed líbera nos a má-lo.

Psalmus 69.



D E-us in adjutóri-um mé-*um in*ténde: * Dómine ad



adjuvándum me festína.

2. Confundántur et re*vere*ántur, * qui quaérunt ánimam méam.
3. Avertántur retrórsum, et *eru*béscant, * qui vólunt míhi mála.
4. Avertántur statim *erube*scéntes, * qui dícunt míhi : Euge, éuge.
5. Exsúltent et laeténtur in te *ómnes qui* quaérunt te : * et dícant semper : Magnificétur Dóminus : qui díligunt salutáre túum.
6. Ego vero egé*nus et* páuper sum : * Déus ádjuva me.
7. Adjútor méus et liberátor *méus* és tu : * Dómine ne moréris.
8. Glória Pá*tri, et* Fílio, * et Spirítui Sáncto.
9. Sicut érat in princípio, et *nunc, et* sémper, * et in saécula saeculórum. Amen.

℣. Sálvos fac sérvos túos. ℟. Déus méus sperántes in te.
℣. Esto nóbis Dómine túrris fortitúdinis. ℟. A fácie inimíci.
℣. Níhil profíciat inimícus in nóbis.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nóbis.
℣. Dómine non secúndum peccáta nóstra fácias nóbis.
℟. Neque secúndum iniquitátes nóstras retríbuas nóbis.
℣. Orémus pro Pontífice nóstro *N.*
℟. Dóminus consérvet éum, et vivíficet éum, † et beátum fáciat éum in térra, * et non trádat éum in ánimam inimicórum éjus.

℣. Orémus pro benefactóribus nóstris.
℟. Retribúere dignáre Dómine, † ómnibus nóbis bóna faciéntibus propter nómen túum, * vítam aetérnam. Amen.
℣. Orémus pro fidélibus defúnctis.
℟. Réquiem aetérnam dóna éis Dómine, * et lux perpétua lúceat éis.
℣. Requiéscant in páce. ℟. Amen.
℣. Pro frátribus nóstris abséntibus.
℟. Salvos fac sérvos túos, * Déus méus, sperántes in te.
℣. Mítte éis Dómine auxílium de sáncto. ℟. Et de Síon túere éos.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam. ℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere : † súscipe deprecatiónem nostram; ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, * miserátio tuae pietátis cleménter absólvat.

Exáudi, quaésumus Dómine, súpplicum preces : † et confiténtium tibi parce peccátis; * ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus et pacem.

Ineffábilem nobis Dómine misericórdiam tuam cleménter osténde : † ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas; * et a poenis, quas pro his merémur, erípias.

Deus, qui culpa offénderis, paeniténtia placáris : † preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; * et flagélla tuae iracúndiae, quae pro peccátis nostris merémur, avérte.

Omnípotens sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro *N.* : † et dírige eum secúndum tuam cleméntiam in viam salútis aetérnae; * ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, et tota virtúte perfíciat.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera : † da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; * ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla.

Oratio.

Ure igne Sancti Spíritus renes nostros et cor nostrum Dómine : † ut tibi casto córpore serviámus; * et mundo corde placeámus.


Fidélium Deus ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : † ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, * piis supplicatiónibus consequántur.

Actiónes nostras, quaésumus Dómine, aspirándo praéveni, et adjuvándo proséquere : † ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, * et per te coepta finiátur.

Omnípotens sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse praenóscis : † te súpplices exorámus; ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel praesens saéculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore suscépit, * intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuae cleméntia, ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.
℣. Exáudiat nos omnípotens et miséricors Dóminus. ℟. Amen.
℣. Et fidélium ánimae per misericórdiam Déi requiéscant in páce.
℟. Amen.

AD MISSAM.



In hac Missa, non dicitur Glória in excélsis. *neque* Credo.

Oratio.

Praesta, quaésumus omnípotens Deus : ut qui in afflictióne nostra de tua pietáte confídimus, contra advérsa ómnia, tua semper protectióne muniámur. Per Dóminum nostrum.

2. *de S. Maria*, 713. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 296.

Lectio Epistolae beati Jacobi Apostoli. *Jac. 5. d.*

Caríssimi : Confitémini altérutrum peccáta vestra, et oráte pro ínvicem, ut salvémini : multum enim valet deprecátio justi assídua. Elías homo erat símilis nobis passíbilis : et oratióne orávit ut non plúeret super terram, et non pluit annos tres, et menses sex. Et rur-

sum orávit : et caelum dedit plúviam, et terra dedit fructum suum. Fratres mei, si quis ex vobis erráverit a veritáte, et convérterit quis eum : scire debet, quóniam qui convérti fécerit peccatórem ab erróre viae suae, salvávit ánimam ejus a morte, et opériet multitúdinem peccatórum.


8.




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 11.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Quis vestrum habébit amícum, et ibit ad illum média nocte, et dicet illi : Amíce, cómmoda mihi tres panes, quóniam amícus meus venit de via ad me, et non hábeo quod ponam ante illum : et ille deíntus respóndens, dicat : Noli mihi moléstus esse, jam óstium clausum est, et púeri mei mecum sunt in cubíli, non possum súrgere, et dare tibi. Et si ille perseveráverit pulsans : dico vobis, et si non dabit illi surgens, eo quod amícus ejus sit, propter improbitátem tamen ejus surget, et dabit illi quotquot habet necessários. Et ego dico vobis : Pétite, et dábitur vobis : quaérite, et inveniétis : pulsáte, et aperiétur vobis. Omnis enim qui petit, áccipit : et qui quaerit, ínvenit : et pulsánti aperiétur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid lápidem dabit illi? Aut piscem : numquid pro pisce serpéntem dabit illi? Aut si petíerit ovum : numquid pórriget illi scorpiónem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare fíliis vestris : quanto magis Pater vester de caelo dabit spíritum bonum peténtibus se?

Offert. 6.






Secreta.

Haec múnera, quaésumus Dómine, et víncula nostrae pravitátis absólvant, et tuae nobis misericórdiae dona concílient. Per Dóminum nostrum.

2. *de S. Maria*, 715. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 299.

Praefatio Paschalis, 8.

Comm. 1.



ve- nit : pulsán- ti a- pe- ri- étur, al-le- lú- ia.

Postcommunio.

Vota nostra, quaésumus Dómine, pio favóre proséquere : ut dum dona tua in tribulatióne percípimus, de consolatióne nostra in tuo amóre crescámus. Per Dóminum nostrum.

2. de S. Maria, 716. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa,* 300.

IN ASCENSIONE DOMINI.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 747, *praeter sequentia :*

℣. Ascéndit Dé-us in jubi-la-ti-óne, alle-lú-ia.

℟. Et Dóminus in vóce túbae, alle-lú-ia.

(*Sic cantatur in die Festi tantum ; alias in tono solito*).

Ad Magnif. Ant. 6. F

Pa-ter, * ma-ni-festávi nómen tú-um homí-ni-bus quos dedísti mí- hi : nunc autem pro é- is ró-go, non pro múndo, qui- a ad te vá-do, alle-lú-ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 6. F. 216, *vel* 218. — *Oratio.* Concéde. 743.

Tonus Hymni ad Completorium.

1. Te lú- cis ante términum, Rérum Cre- á-tor, pósci- mus, Ut pro tú- a cleménti- a, Sis praésul et custó-di- a.

2. Procul re-cé-dant sómni- a, Et nócti- um phantásma- ta, Hostémque nóstrum cómprime, Ne pollu- ántur córpo- ra.

3. Jé-su tí-bi sit gló-ri- a, Qui víctor in caélum rédis, Cum Pátre et álmo Spí-ri-tu, In sempi-térna saécu-la. Amen.

Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri usque ad Pentecosten, etiam in Officio Sanctorum, nisi aliter notetur.

In eodem tono cantantur Hymni ad Horas etiam in Festis Sanctorum, usque ad Pentecosten.

AD LAUDES.

Antiphona. Víri Galilaéi. *cum reliquis de Vesperis,* 747. *Psalmi ut in Festis,* 226.

Capitulum. Primum quidem. 748. *Hymnus.* Salútis humánae Sátor. 748.

℣. Dóminus in caélo, allelúia.
℟. Parávit sédem súam, allelúia.

Ad Bened. Ant. 7. a

A-scéndo * ad Pátrem mé-um, et Pátrem vé-strum : Dé-um mé-um, et Dé-um véstrum, alle-lú-ia.

E u o u a e.

Oratio. Concéde. 743.

Ad Primam. *Ant.* Viri Galilaéi. 747. *In* ℟. *br.* ℣. Qui scándis super sídera. 236. *Sic dicitur quotidie usque ad Pentecosten. Ad Absolut. Capit. Lect. br.* Viri Galilaéi, *ut infra ad Nonam,* 746.

AD TERTIAM.

4.

NUnc Sáncte nó-bis Spí-ri-tus, Unum Pátri cum Fí-li-o, Digná-re prómptus ínge-ri Nóstro re-fú-sus pécto-ri.

Os, língua, mens, sénsus, vígor
Confessiónem pérsonent :
Flamméscat ígne cáritas,
Accéndat árdor próximos.

Jésu, tíbi sit glória,
Qui víctor in caélum rédis,
Cum Pátre et álmo Spíritu,
In sempitérna saécula. Amen.

Ant. Cumque. 747. *Capitulum.* Primum quidem. *e Vesperis,* 748.

℟. br.

A-scéndit Dé-us in jubi-la-ti-óne : * Alle-lú-ia, al-le-lú-ia. ℣. Et Dóminus in vóce túbae. Gló-ri-a Pátri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sáncto.

℣. Ascéndens Chrístus in áltum, allelúia.
℟. Captívam dúxit captivitátem, allelúia.

AD MISSAM.

Intr. 7.


VI-ri Ga-li-laé-i, * quid admi-rá-mi-ni aspi-ci-éntes in caé-lum? alle-lú-ia : quemádmodum vi-dístis é-um ascendéntem in caé-lum, i-ta vé-ni-et, alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia. *Ps.* Omnes géntes pláudi-te máni-bus : * ju-bi-lá-te Dé-o in vóce exsulta-ti-ó-nis. Gló-ri-a Pátri. E u o u a e.


Oratio.


COncéde, quaésumus omnípotens Deus : † ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad caelos ascendísse crédimus, * ipsi quoque mente in caeléstibus habitémus. Per eúmdem Dóminum.

Lectio Actuum Apostolorum. *Act. 1.*

PRimum quidem sermónem feci de ómnibus, o Theóphile, quae coepit Jesus fácere et docére, usque in diem, qua praecípiens Apóstolis per Spíritum Sanctum, quos elégit, assúmptus est : quibus et praébuit seípsum vivum post passiónem suam in multis arguméntis, per dies quadragínta appárens eis, et loquens de regno Dei. Et convéscens, praecépit eis ab Jerosólymis ne discéderent, sed exspectárent promissiónem Patris, quam audístis (inquit) per os meum; quia Joánnes quidem baptizávit aqua, vos autem baptizabímini Spíritu Sancto non post multos hos dies. Igitur qui convénerant, interrogábant eum, dicéntes : Dómine, si in témpore hoc restítues regnum Israel? Dixit autem eis : Non est vestrum nosse témpora vel moménta, quae Pater pósuit in sua potestáte; sed accipiétis virtútem superveniéntis Spíritus Sancti in vos, et éritis mihi testes in Jerúsalem, et in omni Judaéa, et Samaría, et usque ad últimum terrae. Et cum haec dixísset, vidéntibus illis, elevátus est, et nubes suscépit eum ab óculis eórum. Cumque intueréntur in caelum eúntem illum, ecce duo viri adstitérunt juxta illos in véstibus albis, qui et dixérunt : Viri Galilaéi, quid statis adspiciéntes in caelum? Hic Jesus, qui assúmptus est a vobis in caelum, sic véniet, quemádmodum vidístis eum eúntem in caelum.








✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum. *Marc. 16. c.*


IN illo témpore : Recumbéntibus úndecim discípulis, appáruit illis Jesus : et exprobrávit incredulitátem eórum, et durítiam cordis : quia iis, qui víderant eum resurrexísse, non crediderúnt. Et dixit eis : Eúntes in mundum univérsum, praedicáte Evangélium omni creatúrae. Qui credíderit, et baptizátus fúerit, salvus erit : qui vero non credíderit condemnábitur. Signa autem eos, qui credíderint, haec sequéntur : In nómine meo daemónia ejícient : linguis loquéntur novis : serpéntes tollent : et si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit : super aegros manus impónent, et bene habébunt. Et Dóminus quidem Jesus, postquam locútus est eis, assúmptus est in caelum, et sedet a dextris Dei. Illi autem profécti, praedicavérunt ubíque, Dómino cooperánte, et sermónem confirmánte, sequéntibus signis. Credo.




Secreta.


SUscipe Dómine múnera, quae pro Fílii tui gloriósa Ascensióne deférimus : et concéde propítius; ut a praeséntibus perículis liberémur, et ad vitam perveniámus aetérnam. Per eúmdem.

Praefatio. Qui post Resurrectiónem. 8.





caé- los cae-ló- rum ad O-ri- éntem, alle-



lú- ia.

Postcommunio.

PRaesta nobis, quaésumus omnípotens et miséricors Deus : ut quae visibílibus mystériis suménda percépimus, invisíbili consequámur efféctu. Per Dóminum nostrum.


AD SEXTAM.

Ant. Elevátis mánibus. 747.


Capitulum. *Act. 1.*

ET convéscens, praecépit eis ab Jerosólymis ne discéderent, † sed exspectárent promissiónem Patris, quam audístis (inquit) per os meum : * quia Joánnes quidem baptizávit aqua, vos autem baptizabímini Spíritu Sancto non post multos hos dies.

℞. br.



A-scéndens Chrístus in áltum :* Alle-lú-ia, alle-lú-ia.



℣. *Captí-vam dúxit capti-vi-tá-tem. Gló-ri- a Pátri.*

℣. Ascéndo ad Pátrem méum, et Pátrem véstrum, allelúia.
℟. Déum méum, et Déum véstrum, allelúia.


AD NONAM.

Ant. Vidéntibus íllis. 748.


Capitulum. *Act. 1. b.*

VIri Galilaéi, quid statis aspiciéntes in caelum? Hic Jesus, qui assúmptus est a vobis in caelum, * sic véniet, quemádmodum vidístis eum eúntem in caelum.


℟. br.



A-scéndo ad Pátrem mé-um, et Pátrem véstrum :



* Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Dé-um mé-um, et Dé-um véstrum.




Gló-ri- a.

℣. Dóminus in caélo, allelúia.
℟. Parávit sédem súam, allelúia.


IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 7. a. 137. — 2. Confitébor. 8. G*. 145. — 3. Beátus vir. 4. A*. 149. — 4. Laudáte púeri. 8. G*. 157. — 5. Laudáte Dóminum. 8. G. 173.


1. Ant. 7. a




VI-ri Ga-li-laé- i, * quid aspí-ci-tis in caélum? Hic




Jésus, qui assúmptus est a vóbis in caélum, sic vé-ni-et,



2. Ant. 8. G*




alle-lú- ia. E u o u a e. CUmque * intu-e-rén-




tur in caélum e-úntem íllum, dixé-runt, alle-lú- ia.



3. Ant. 4. A*



E u o u a e. E-levá-tis mánibus, * benedí-xit



é- is : et ferebátur in caélum, alle-lú- ia. E u o u a e.

4. Ant. 8. G*

EXaltá-te * Régem ré-gum, et hýmnum dí-ci-te Dé- o, alle-lú- ia. E u o u a e.

5. Ant. 8. G

VIdéntibus íllis * e-levátus est, et núbes suscé-pit é-um in caélo, alle-lú- ia. E u o u a e.

Capitulum. *Act. 1*

PRimum quidem sermónem feci de ómnibus, o Theóphile, † quae coepit Jesus fácere, et docére usque in diem, qua praecípiens Apóstolis per Spíritum Sanctum, quos elégit, * assúmptus est.

Hymn. 4.

SAlú- tis humánae Sá-tor, Jé-su vo-lúptas córdi- um, Orbis red-émpti Cóndi-tor, Et cásta lux amánti- um.

2. Qua ví-ctus es clementí- a, Ut nóstra férres crímina, Mórtem sub-í-res ínno-cens, A mórte nos ut tól-le-res!

3. Perrúmpis inférnum chá- os, Vínctis ca-té-nas détra-his :

Víctor tri- úmpho nóbi-li, Ad déxte-ram Pátris sédes.

4. Te có- gat indulgénti- a, Ut dámna nóstra sárci- as, Tu- íque vúltus cómpo-tes, Dí-tes be- á-to lúmine.

5. Tu dux ad ástra, et sémi-ta, Sis mé-ta nóstris córdibus, Sis lacrimá-rum gáudi- um, Sis dúlce ví-tae praémi-um. Amen.


℣. Ascéndit Dé- us in jubi-la-ti- óne, alle-lú-ia.

℟. Et Dóminus in vóce túbae, alle-lú-ia.

(Sic cantatur in die Festi tantum; alias in tono solito.)

Ad Magnif. Ant. 2. D

O Rex gló- ri-ae, * Dómi-ne virtú- tum, qui tri- umphá-tor hó-di- e super ómnes caélos ascendí- sti, ne de-re-línquas nos órphanos : sed mítte promíssum Pá-



tris in nos, Spí-ri-tum ve-ri-tá- tis, alle- lú- ia.



E u o u a e.

Cant. Magníficat. 2. D. 213, *vel* 219.

Oratio.

Concéde, quaésumus omnípotens Deus : † ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad caelos ascendísse crédimus, * ipsi quoque mente in caeléstibus habitémus. Per eúmdem Dóminum.


Dominica infra Octavam Ascensionis.

IN I. VESPERIS.


Psalmi et Antiphonae ut in II. Vesperis Festi, 747.
Capitulum. Caríssimi : Estóte. *ut infra*, 754. *Hymnus.* Salútis humánae Sátor. 748.

℣. Dóminus in caélo, allelúia.
℟. Parávit sédem súam, allelúia.


Ad Magnif. Ant. 8. G



CUM vé-ne-rit * Pa-rácli-tus, quem égo míttam vó-



bis, Spí-ri-tum ve-ri-tá- tis, qui a Pátre procédit, ílle



testimó-ni- um perhibébit de me, alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217. — *Oratio.* Omnípotens. 751.
Et fit commemoratio praecedentis diei infra Octavam. Ant. O rex glóriae. 749

℣. Ascéndit Déus in jubilatióne, allelúia.
℟. Et Dóminus in vóce túbae, allelúia.

Oratio. Concéde, quaésumus. *ut supra.*
Completorium de Dominica.


Ad Primam. *Ant.* Víri Galilaéi. 747. *Lect. br.* Si quis lóquitur. 754.

AD TERTIAM.


Ant. Cumque. 747. *Capitulum.* Caríssimi : Estóte. *e Vesperis*, 754.
℟. *br.* Ascéndit Déus. 742.

AD MISSAM.


Intr. 1.




EX-áudi, * Dó- mine, vócem mé- am, qua clamá-




vi ad te, alle- lú- ia : tí-bi díxit cor mé- um, quaesí-




vi vúltum tú- um, vúltum tú-um Dómine requí-ram :



ne a-vértas fá-ci- em tú- am a me, alle-lú- ia, al-



le- lú- ia. *Ps.* Dóminus illuminá-ti- o mé- a, * et sá-lus



mé- a : quem timé- bo? Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.


Omnípotens sempitérne Deus, † fac nos tibi semper et devótam gérere voluntátem, * et majestáti tuae sincéro corde servíre. Per Dóminum nostrum.


Et fit commemoratio de Ascensione tantum. Oratio. Concéde. 743.

Lectio Epistolae beati Petri Apostoli. *Petr. 4. b.*

Caríssimi : Estóte prudéntes, et vigiláte in orationibus. Ante ómnia autem, mútuam in vobismetípsis caritátem contínuam habéntes : quia cáritas óperit multitúdinem peccatórum. Hospitáles ín-

vicem sine murmuratióne : unusquísque, sicut accépit grátiam, in altérutrum illam administrántes, sicut boni dispensatóres multifórmis grátiae Dei. Si quis lóquitur, quasi sermónes Dei : si quis minístrat, tamquam ex virtúte, quam adminístrat Deus : ut in ómnibus honorificétur Deus per Jesum Christum Dóminum nostrum.





✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 15*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Cum vénerit Paráclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spíritum veritátis, qui a Patre procédit, ille testimónium perhibébit de me : et vos testimónium


perhibébitis, quia ab inítio mecum estis. Haec locútus sum vobis, ut non scandalizémini. Absque synagógis fácient vos : sed venit hora, ut omnis qui intérficit vos, arbitrétur obséquium se praestáre Deo. Et haec fácient vobis, quia non novérunt Patrem, neque me. Sed haec locútus sum vobis, ut, cum vénerit hora eórum, reminiscámini, quia ego dixi vobis. Credo

Offertorium. Ascéndit. 745.

Secreta.

SAcrifícia nos, Dómine, immaculáta puríficent : et méntibus nostris supérnae grátiae dent vigórem. Per Dóminum.

Pro Ascensione. Secreta. Súscipe Dómine. 745.



Postcommunio.

REpléti, Dómine, munéribus sacris : da, quaésumus; ut in gratiárum semper actióne maneámus. Per Dóminum.

Pro Ascensione. Postcommunio. Praesta nobis. 746.

AD SEXTAM.

Ant. Elevátis mánibus. 747.

Capitulum. *1. Petr. 4. b.*

HOspitáles ínvicem sine murmuratióne : † unusquísque, sicut accépit grátiam, in altérutrum illam administrántes, * sicut boni dispensatóres multifórmis grátiae Dei.

℟. *br.* Ascéndens Christus. 746.

AD NONAM.

Ant. Vidéntibus íllis. 748.

Capitulum. *1. Petr. 4. c.*

SI quis lóquitur, quasi sermónes Dei : † si quis minístrat, tamquam ex virtúte quam admínistrat Deus : ut in ómnibus honorificétur Deus per Jesum Christum Dóminum nostrum.

℞. *br.* Ascéndo ad Pátrem méum. 746.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in die Ascensionis, 747, exceptis :

Capitulum. *1. Petr. 4. b.*


CArissimi : Estóte prudéntes, et vigiláte in oratiónibus. Ante ómnia autem, mútuam in vobismetípsis caritátem contínuam habéntes : quia cáritas óperit multitúdinem peccatórum.

Hymnus. Salútis humánae Sátor. 748.

℣. Dóminus in caélo, allelúia.

℞. Parávit sédem súam, allelúia.

Ad Magnif. Ant. 8. G



Cant. Magníficat. 8. G. 217. — *Oratio.* Omnípotens. 751.

Et fit commemoratio sequentis diei infra Octavam : Ant. Pater, manifestávi. 740.

℣. Ascéndit Déus in jubilatióne, allelúia.

℞. Et Dóminus in vóce túbae, allelúia.

Oratio. Concéde, quaésumus omnípotens Deus. 750.

Si autem sequenti die faciendum non sit Officium de Octava, dicitur Antiphona O Rex. *ut in II. Vesperis Festi.* 749.

Sabbato in Vigilia Pentecostes.

Ad Horas *omnia dicuntur ut in die Ascensionis.*

Dicta Nona leguntur Prophetiae sine titulo, candelis altaris exstinctis usque ad principium Missae sicut in Sabbato sancto. In fine Prophetiarum dicuntur Orationes sine Flectámus génua.

Prophetia I. Tentávit Deus Abraham. 658.

Qua finita, Sacerdos dicit :

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui in Abrahae fámuli tui ópere, humáno géneri obediéntiae exémpla praebuísti : concéde nobis, et nostrae voluntátis pravitátem frángere, et tuórum praeceptórum rectitúdinem in ómnibus adimplére. Per Dóminum.

Prophetia II. Factum est. 659. *cum Tractu* Cantémus Dómino. 660.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui primis tempóribus impléta mirácula novi testaménti luce reserásti, ut et mare Rubrum forma sacri fontis exsísteret, et liberáta plebs ab Aegyptíaca servitúte, Christiáni pópuli sacraménta praeférret : da, ut omnes gentes Israélis privilégium mérito fídei consecútae, Spíritus tui participatióne regeneréntur. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Prophetia III. Scripsit Móyses. 665. *cum Tractu* Atténde caelum. 665.

Orémus. *Oratio.*

DEus glorificátio fidélium, et vita justórum, qui per Móysen fámulum tuum nos quoque modulatióne sacri cárminis erudísti : univérsis géntibus misericórdiae tuae munus operáre, tribuéndo beatitúdinem, auferéndo terrórem; ut quod pronuntiátum est ad supplícium, in remédium transferátur aetérnum. Per Dóminum nostrum.

Prophetia IV. Apprehéndent. 663. *cum Tractu* Vínea facta est. 663.

Orémus. *Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus, qui per únicum Fílium tuum, Ecclésiae tuae demonstrásti te esse cultórem, omnem pálmitem, fructum in eódem Christo tuo, qui vera vitis est, afferéntem, cleménter éxcolens, ut fructus ásferat amplióres : fidélibus tuis, quos velut víneam ex Aegýpto per fontem baptísmi transtulísti, nullae peccatórum spinae praeváleant; ut Spíritus tui sanctificatióne muníti, perpétua fruge diténtur. Per eúmdem Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Prophetia V. Audi Israel mandáta vitae. 661.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui nobis per Prophetárum ora praecepísti temporália relínquere, atque ad aetérna festináre : da fámulis tuis; ut, quae a te jussa cognóvimus, implére caeléstí inspiratióne valeámus. Per Dóminum nostrum.

Prophetia VI. Facta est super me. 662.

Orémus. *Oratio.*

DOmine Deus virtútum, qui collápsa réparas, et reparáta consérvas : auge pópulos in tui nóminis sanctificatióne renovándos, ut omnes, qui sacro baptísmate diluúntur, tua semper inspiratióne dirigántur. Per Dóminum.

His expletis, descendendo ad Fontem, cantatur Tractus Sicut servus. 668. *Deinde Sacerdos antequam intret ad benedictionem Fontis, dicit :*

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus. *Oratio.*

COncédE, quaésumus omnípotens Deus : ut, qui solemnitátem doni Sancti Spíritus cólimus, caeléstibus desidériis accénsi, fontem vitae sitiámus. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Deinde proceditur ad benedictionem Fontis, ut supra in Sabbato sancto, 669, *et revertendo ad Altare cantantur Litaniae,* 671.

¶ *Ubi vero non fuerint Fontes, finita sexta Prophetia cum sua Oratione, omnibus genuflexis, cantantur Litaniae a duobus Cantoribus in medio chori, utroque Choro idem simul respondente.*

In fine Litaniarum, Cantores solemniter incipiunt Kyrie eléison. *ut in Missa solemni; quo finito Sacerdos incipit solemniter* Glória in excélsis *et campanae pulsantur.*

Oratio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus, ut claritátis tuae super nos splendor effúlgeat; et lux tuae lucis corda eórum, qui per grátiam tuam renáti sunt, Sancti Spíritus illustratióne confírmet. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Lectio Actuum Apostolorum. *Act. 19.*

IN diébus illis factum est, cum Apóllo esset Corínthi, ut Paulus peragrátis superióribus pártibus veníret Ephesum, et inveníret quosdam discípulos : dixítque ad eos : Si Spíritum Sanctum accepístis credéntes? At illi dixérunt ad eum : Sed neque si Spíritus Sanctus est, audívimus. Ille vero ait : In quo ergo baptizáti estis? Qui dixérunt : In Joánnis baptísmate. Dixit autem Paulus : Joánnes baptizávit baptísmo paeniténtiae pópulum dicens : In eum, qui ventúrus esset post ipsum, ut créderent, hoc est, in Jesum. His audítis, baptizáti sunt in nómine Dómini Jesu. Et cum imposuísset illis manus Paulus, venit Spíritus Sanctus super eos, et loquebántur linguis, et prophetábant. Erant autem omnes viri fere duódecim. Introgréssus autem synagógam, cum fidúcia loquebátur per tres menses, dísputans, et suádens de regno Dei.

Allelúia *(quod non repetitur).* ℣. Confitémini. 674.


Tractus. Laudáte. 674.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 14. b.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Si dilígitis me, mandáta mea serváte. Et ego rogábo Patrem, et álium Paráclitum dabit vobis, ut máneat vobíscum in aetérnum, Spíritum veritátis, quem mundus non potest accípere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscétis eum; quia apud vos manébit, et in vobis erit. Non relínquam vos órphanos : véniam ad vos. Adhuc módicum, et mundus me jam non videt. Vos autem vidétis me, quia ego vivo, et vos vivétis. In illo die vos cognoscétis, quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis. Qui habet mandáta mea, et servat ea : ille est, qui díligit me. Qui autem díligit me, diligétur a Patre meo, et ego díligam eum, et manifestábo ei meípsum.


Non dicitur Credo

Offert. 8.



Secreta. Múnera quaésumus. 766.

Comm. 5.




Postcommunio Sancti Spíritus. 766.

IN FESTO PENTECOSTES.


IN I. VESPERIS

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 3. a 2. 135. — 2. Confitébor. 8. G. 145. — 3. Beátus vir. 8. G. 152. — 4. Laudáte púeri. 1. a. 3. 153. — 5. Laudáte Dóminum. 7. c. 2. 173. — *Antiphonae ut in II. Vesperis*, 767.

Capitulum. Cum compleréntur. *Hymnus.* Véni Creátor. 768.




℣. Replé-ti sunt ómnes Spí-ri-tu Sáncto, alle- lú-ia.




℟. Et coepérunt loqui, alle-lú-ia.


Ad Magnif. Ant. 1. D



NON vos re-línquam * órphanos, alle-lú-ia : vá-



do, et véni- o ad vos, alle-lú-ia : et gaudé-bit cor vé-




strum, alle-lú- ia. E u o u a e.


Cant. Magníficat. 1. D. 212 *vel* 218. — *Oratio.* Deus, qui hodiérna. 762.

Tonus Hymni ad Completorium.


1.




TE lú-cis ante términum, Ré-rum Cre-á-tor, pósci-




us, Ut pro tú- a cleménti- a, Sis praésul et custódi- a.




2. Procul recédant sómni- a, Et nócti- um phantásma-ta :



Hostémque nóstrum comprime, Ne pollu- ántur córpora.



3. Dé- o Pátri sit glóri- a, Et Fí-li- o, qui a mórtu- is



Surréxit, ac Pa-rácli-to, In saecu-ló- rum saécu-la. Amen.


Sic cantantur et terminantur Hymni per totam Octavam ad Primam, Sextam, Nonam, et Completorium.

AD LAUDES.


Antiphona. Dum compleréntur. *cum reliquis e Vesperis*, 767. *Psalmi ut in Festis*, 226.

Capitulum. Cum compleréntur. 768.


Hymn. I.




BE- á-ta nóbis gáudi- a Anni redú-xit órbi-ta,



Cum Spí-ri-tus Pa-rácli-tus Illápsus est Apósto-lis. 2. Ignis



vibránte lúmine Línguae figú-ram détu- lit, Vérbis ut



éssent próflu- i, Et cari-tá- te férvi-di. 3. Línguis loquún-

tur ómni- um, Túrbae pávent gentí-li- um: Músto madére

députant Quos Spí-ri-tus replé-ve-rat. 4. Patrá-ta sunt haec

mýsti-ce, Páschae perácto témpo-re, Sácro di-é-rum cír-

culo, Quo lége fit remíssi- o. 5. Te nunc, Dé-us pi- íssi-

me, Vúltu precámur cérnu- o, Illápsa nóbis caéli-tus Lar-

gí-re dó-na Spí-ri-tus. 6. Du-dum sacrá-ta péctora Tú-a

replésti grá-ti- a: Dimítte nóstra crímina, Et da qui-é-

ta témpo-ra. 7. Dé- o Pátri sit gló-ri-a, Et Fí-li- o, qui a

mórtu- is Surréxit, ac Pa-rácli-to, In saeculó- rum saécu-

la. Amen.

℣. Replé̈ti sunt ómnes Spíritu Sáncto, allelúia.
℟. Et coepérunt lóqui, allelúia.

Ad Bened. Ant. 7. a

Accí- pi- te * Spí-ri-tum Sánctum: quórum

remi-sé-ri-tis peccáta, remittúntur é- is, alle-lú- ia.

E u o u a e.

Oratio. Deus, qui hodiérna. 762.

AD PRIMAM.

Ant. Dum compleréntur. 767. In ℟. *br.* ℣. Qui sédes ad déxteram Pátris. 236. *Ad Absolut. Capit. Lect. br.* Judaéi quoque. *ut infra.* 767.

AD TERTIAM.

Hymnus. Veni Creátor. *ut infra*, 768. *Qui dicitur ad Tertiam per totam Octavam, loco Hymni* Nunc Sancte. — *Capitulum.* Cum compleréntur. *e Vesperis*, 768.

℟. br. Spí-ri-tus Dómini replévit órbem terrárum: * Alle-

lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Et hoc quod cóntinet ómni- a, sci- énti-


am hábet vócis. Gló-ri- a Pátri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i

Sáncto.

℣. Spíritus Paráclitus, allelúia.
℟. Docébit vos ómnia, allelúia.

AD MISSAM.

Intr. 8.




Oratio.

Deus, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : † da nobis in eódem Spíritu recta sápere, * et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.


Lectio Actuum Apostolorum. *Act. 2.*

Cum compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes discípuli páriter in eódem loco : et factus est repénte de caelo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis : et replévit totam domum ubi erant sedéntes. Et apparuérunt illis dispertítae linguae tamquam ignis, sedítque supra síngulos eórum : et repléti sunt omnes Spíritu Sancto, et coepérunt loqui váriis linguis, prout Spíritus Sanctus dabat éloqui illis. Erant autem in Jerúsalem habitántes Judaéi, viri religiósi ex omni natióne, quae sub caelo est. Facta autem hac voce, convénit multitúdo, et mente confúsa est, quóniam audiébat unusquísque lingua sua illos loquéntes. Stupébantur autem omnes, et mirabántur, dicéntes : Nonne ecce omnes isti, qui loquúntur, Galilaéi sunt? Et quómodo nos audívimus unusquísque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, et Medi, et Aelamítae, et qui hábitant Mesopotámiam, Judaéam, et Cappadóciam, Pontum, et Asiam, Phrýgiam, et Pamphýliam, Aegýptum, et partes Líbyae, quae est circa Cyrénen, et ádvenae Románi, Judaéi quoque, et Prosélyti, Cretes, et Arabes : audívimus eos loquéntes nostris linguis magnália Dei.


4.




2.




Seq. 1.




VEni Sáncte Spí-ri-tus, Et emít-te caé- li-tus Lú-




cis tú-ae rá- di-um. 2. Véni pá-ter páuperum, Véni dá-tor




mú- nerum, Véni lúmen cór-di-um. 3. Conso-látor ópti-




me, Dúlcis hóspes á-nimae, Dúlce refrigé- ri-um. 4. In




labóre réqui-es, In aéstu tempé-ri-es, In flétu so-lá-



ti-um. 5. O lux be- a-tíssima, Réple córdis íntima Tu- ó-




rum fidé- li-um. 6. Sine tú-o númine, Ni-hil est in hó-




mine, Ni-hil est innó- xi-um. 7. Láva quod est sórdidum,




Ríga quod est á-ridum, Sána quod est sáuci-um. 8. Flécte




quod est rí-gidum, Fóve quod est frí-gidum, Rége quod est



dévi-um. 9. Da tú-is fidé-libus, In te confidéntibus, Sá-



crum septená-ri-um. 10. Da virtú-tis mé-ri-tum, Da sa-lú-




tis éxi-tum, Da perénne gáudi-um. Amen. Alle-lú-ia.


✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joan. 14.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Si quis diligit me, sermónem meum servábit, et Pater meus díliget eum, et ad eum veniémus, et mansiónem apud eum faciémus : qui non díligit me, sermónes meos non servat. Et sermónem quem audístis, non est meus; sed ejus, qui misit me, Patris. Haec locútus sum vobis, apud vos manens. Paráclitus autem Spíritus Sanctus, quem mittet Pater in nómine meo, ille vos docébit ómnia, et súggeret vobis ómnia, quaecúmque díxero vobis. Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis : non quómodo mundus dat, ego do vobis. Non turbétur cor vestrum, neque formídet. Audístis quia ego dixi vobis : Vado, et vénio ad vos. Si diligéritis me, gauderétis útique, quia vado ad Patrem; quia Pater major me est. Et nunc dixi vobis priúsquam fiat : ut cum factum fúerit, credátis. Jam non multa loquar vobíscum. Venit enim princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam. Sed ut cognóscat mundus, quia díligo Patrem, et sicut mandátum dedit mihi Pater, sic fácio. Credo.


Offert. 4.




COnfírma * hoc Dé-us, quod o- perá-



tus es in nó- bis : a témplo tú- o, quod



est in Je- rú- sa-lem, tí- bi óf- fe-




rent ré- ges mú-ne- ra, al-le- lú- ia.

Secreta.


Munera, quaésumus Dómine, obláta sanctífica : et corda nostra Sancti Spíritus illustratióne emúnda. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Praefatio. Qui ascéndens. 8.


Comm. 7.




FActus est * repénte de caélo só- nus adveni- én-



tis spí-ri-tus ve-heméntis, u-bi é- rant se-dén- tes, alle-



lú- ia : et replé-ti sunt ómnes Spí-ri-tu Sáncto, loquén-



tes magná- li- a Dé- i, alle-lú- ia, alle- lú- ia

Postcommunio.

SAncti Spíritus, Dómine, corda nostra mundet infúsio : et sui roris íntima aspersióne foecúndet. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.


AD SEXTAM.

Ant. Repléti sunt ómnes. 767.


Capitulum. *Act. 2.*

FActa autem hac voce, convénit multitúdo, † et mente confúsa est : * quóniam audiébat unusquísque lingua sua illos loquéntes.

℟. br.



SPí-ri-tus Parácli-tus : * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Docé-



bit vos ómni- a. Gló-ri- a Pátri.

℣. Repléti sunt ómnes Spíritu Sáncto, allelúia.
℟. Et coepérunt lóqui, allelúia.


AD NONAM.

Ant. Loquebántur. 768.


Capitulum. *Act. 2. b.*

JUdaéi quoque, et Prosélyti, Cretes, et Arabes : † audívimus eos loquéntes nostris linguis * magnália Dei.

℟. br.



REplé-ti sunt ómnes Spí-ri-tu Sáncto : * Alle-lú-ia,




alle-lú-ia. ℣. Et coepérunt lóqui. Gló-ri- a Pátri.

℣. Loquebántur váriis línguis Apóstoli, allelúia.
℟. Magnália Déi, allelúia.


IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 3. a 2. 134. — 2. Confitébor. 8. G. 145. — 3. Beátus vir. 8. G. 152. — 4. Laudáte púeri. 1. a 3. 153. — 5. In éxitu. 7. c 2. 162.

1. Ant. 3. a 2




DUM compleréntur * dí- es Pentecóstes, é-rant ómnes




pá-ri-ter di-céntes, alle-lú- ia. E u o u a e.

2. Ant. 8. G




SPí-ri-tus Dómi-ni * replé-vit órbem terrárum, al- le-lú-ia.




E u o u a e.

3. Ant. 8. G



REplé- ti sunt ómnes * Spí-ri-tu Sán-



cto, et coepérunt lóqui, alle-lú- ia. E u o u a e.

4. Ant. 1. a 3

Fontes, * et ómni-a quae movéntur in áquis, hýmnum di-cí-te Dé-o, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant. 7. c 2

Loquebántur * vá-ri-is línguis Apósto-li magná-li-a Dé-i, alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum. *Act. 2.*

Cum compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes discípuli páriter in eódem loco : † et factus est repénte de caelo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis, * et replévit totam domum ubi erant sedéntes.

Prima stropha Hymni sequentis dicitur flexis genibus.

Hymn. 8.

Veni Cre-á-tor Spí-ri-tus, Méntes tu-ó-rum ví-si-ta : Imple su-pérna grá-ti-a Quae tu cre-ásti pécto-ra. 2. Qui dí-ce-ris Pa-rácli-tus, Altíssimi dó-num Dé-i, Fons ví-vus, ígnis, cá-ri-tas, Et spi-ri-tá-lis úncti-o. 3. Tu septi-fórmis múne-re, Dí-gi-tus pa-térnae déxterae, Tu ri-te promíssum


Pátris, Sermóne dí-tans gúttura. 4. Accénde lúmen sénsi-bus, Infúnde amó-rem córdibus, Infírma nóstri córpo-ris Virtú-te fírmans pérpe-ti. 5. Hóstem repéllas lóngi-us, Pacémque dónes pró-tinus : Ductó-re sic te praévi-o, Vi-témus ómne nóxi-um. 6. Per te sci-ámus da Pátrem, No-scámus atque Fí-li-um, Téque utri-úsque Spí-ri-tum Cre-dámus ómni témpore. 7. Dé-o Pátri sit gló-ri-a, Et Fí-li-o, qui a mórtu-is Surréxit, ac Parácli-to, In saecu-ló-rum saécu-la. Amen.

℣. Loquebántur vá-ri-is línguis Apósto-li, alle-lú-ia.


℟. Magná-li-a Dé-i, alle-lú-ia.

(Sic cantatur in die Festi tantum; alias in tono solito).


Ad Magnif.
Ant. 1. D




H Odi-e * complé-ti sunt dí-es Pentecóstes, al-




le-lú-ia : hó-dí-e Spí-ri-tus Sánctus in ígne discípu-




lis appá-ru-it, et tríbu-it é-is charísma-tum dó-na :



mí-sit é-os in uni-vérsum múndum praedi-cá-re et testi-



fi-cá-ri : qui credíde-rit, et bapti-zá-tus fú-e-rit, sál-



vus é-rit, alle-lú-ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D. 212 *vel* 218.

Oratio.


Deus, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : † da nobis in eódem Spíritu recta sápere, * et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

¶ *Infra Octavam Pentecostes, fit Officium sicut in die, exceptis Antiphonis ad Magnificat, et Oratione. Feria II. et III. Officium fit duplex; aliis diebus semiduplex.*


FERIA SECUNDA POST PENTECOSTEN.

AD MISSAM.


Intr.
2.




C Ibá-vit é-os * ex ádi-pe frumén-ti, alle-




lú-ia : et de pé-tra, mélle satu-rá-vit é-os, alle-



lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia. *Ps.* Exsultá-



te Dé-o adju-tó-ri nóstro : * ju-bi-lá-te Dé-o Já-cob.



Gló-ri-a Pátri. E u o u a e.


Oratio.

Deus, qui Apóstolis tuis Sanctum dedísti Spíritum : † concéde plebi tuae piae petitiónis effectum : * ut quibus dedísti fidem, largiáris et pacem. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.


Lectio Actuum Apostolorum. *Act. 10. f.*

In diébus illis : Apériens Petrus os suum, dixit : Viri fratres, nobis praecépit Dóminus praedicáre pópulo : et testificári, quia ipse est, qui constitútus est a Deo judex vivórum et mortuórum. Huic omnes Prophétae testimónium pérhibent, remissiónem peccatórum accípere per nomen ejus, omnes qui credunt in eum. Adhuc loquénte Petro verba haec, cécidit Spíritus Sanctus super omnes qui audiébant verbum. Et obstupuérunt ex circumcisióne fidéles, qui vénerant cum Petro : quia et in natiónes grátia Spíritus Sancti effúsa est. Audiébant enim illos loquéntes linguis, et magnificántes Deum. Tunc respóndit Petrus : Numquid aquam quis prohibére potest, ut non baptizéntur hi qui Spíritum Sanctum accepérunt sicut et nos? Et jussit eos baptizári in nómine Dómini Jesu Christi.


1.




A Lle-lú-ia. * *ij.*



℣. Lo-quebán-tur vá-ri-is



lín- guis Apó- sto- li magná-



li- a * Dé- i.

Allelúia. ℣. Véni Sáncte Spíritus. 763.
Sequentia. Véni Sáncte Spíritus. Allelúia. 764

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 3. 6.*


In illo témpore : Dixit Jesus Nicodémo : Sic Deus diléxit mundum, ut Fílium suum unigénitum daret : ut omnis qui credit in eum, non péreat : sed hábeat vitam aetérnam. Non enim misit Deus Fílium suum in mundum, ut júdicet mundum, sed ut salvétur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non judicátur : qui autem non credit, jam judicátus est : quia non credit in nómine unigéniti Fílii Dei. Hoc est autem judícium : quia lux venit in mundum, et dilexérunt hómines magis ténebras, quam lucem : erant enim eórum mala ópera. Omnis enim qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucem, ut non arguántur ópera ejus : qui autem facit veritátem, venit ad lucem, ut manifeséntur ópera ejus, quia in Deo sunt facta. Credo.

Offertorium. Intónuit. 702.


Secreta.

Propítius, Dómine quaésumus, haec dona sanctífica : et hóstiae spiritális oblatióne suscépta, nosmetípsos tibi pérfice munus aetérnum. Per Dóminum nostrum.

Comm. 8.



S Pí-ri-tus Sánctus * docébit vos, alle-lú- ia : quae-




cúmque díxero vó-bis, alle-lú-ia, alle- lú- ia.

Postcommunio.


Adésto, quaésumus, Dómine, pópulo tuo : et quem mystériis caeléstibus imbuísti, ab hóstium furóre defénde. Per Dóminum.

AD VESPERAS.


Ad Magnif. Ant. 3. a




S I quis dí-li-git me, * sermónem mé- um servá-



bit : et Pá-ter mé- us dí-li-get é- um : et ad é-um ve-



ni- émus, et mansi- ónem apud é- um fa-ci- émus, al-




le-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 3. a. 214, *vel* 219. — *Oratio.* Deus, qui Apóstolis. 771.


FERIA TERTIA POST PENTECOSTEN.

AD MISSAM.


Intr. 4.




A C-cí-pi-te * ju-cundi- tá- tem gló- ri-ae vé-




strae, al-le- lú- ia : grá-ti- as agéntes Dé- o, alle-




lú- ia : qui vos ad caelé-sti- a régna vo- cá- vit,



alle-lú-ia, alle-lú- ia, alle- lú- ia. *Ps.* Attén-



di-te pópu-le mé- us légem mé- am : * incliná-te áurem vé-



stram in vérba ó-ris mé- i. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

Adsit nobis, quaésumus Dómine, virtus Spíritus Sancti : † quae et corda nostra cleménter expúrget, * et ab ómnibus tueátur advérsis. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Lectio Actuum Apostolorum. *Act. 8. c.*

In diébus illis : Cum audíssent Apóstoli, qui erant Jerosólymis, quod recepísset Samaría verbum Dei, misérunt ad eos Petrum, et Joánnem. Qui cum veníssent, oravérunt pro ipsis ut accíperent Spíritum Sanctum : nondum enim in quemquam illórum vénerat, sed baptizáti tantum erant in nómine Dómini Jesu. Tunc imponébant manus super illos, et accipiébant Spíritum Sanctum.

8. Alle- lú- ia. * *ij.* ℣. Spí-ri- tus Sánctus do-cébit vos quaecúmque dí-xe-ro * vó- bis.

Allelúia. ℣. Véni Sáncte Spíritus. 763.

Sequentia. Véni Sáncte Spíritus. Allelúia. 764.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 10.*

In illo témpore : Dixit Jesus Pharisaéis : Amen, amen dico vobis : qui non intrat per óstium in ovíle óvium, sed ascéndit aliúnde, ille fur est, et latro. Qui autem intrat per óstium, pastor est óvium. Huic ostiárius áperit, et oves vocem ejus áudiunt, et próprias oves vocat nominátim, et edúcit eas. Et cum próprias oves emíserit, ante eas vadit : et oves illum sequúntur, quia sciunt vocem ejus. Aliénum autem non sequúntur, sed fúgiunt ab eo : quia non novérunt vocem alienórum. Hoc provérbium dixit eis Jesus. Illi autem non cognovérunt quid loquerétur eis. Dixit ergo eis íterum Jesus : Amen, amen dico vobis, quia ego sum óstium óvium. Omnes quotquot venérunt, fures sunt, et latrónes, et non audiérunt eos oves. Ego sum óstium. Per me si quis introíerit, salvábitur : et ingrediétur, et egrediétur, et páscua invéniet. Fur non venit nisi ut furétur, et mactet, et perdat. Ego veni ut vitam hábeant, et abundántius hábeant. Credo.

Offert. 8. Portas caé- li * apé- ru- it Dó- mi- nus : et plú- it íllis mánna, ut é- de-rent : pánem caé- li dé- dit íl- lis : pánem Ange-ló- rum mandu-cá- vit hó- mo, alle- lú- ia.

Secreta.

Puríficet nos, quaésumus Dómine, múneris praeséntis oblátio : et dignos sacra participatióne effíciat. Per Dóminum.

Comm. 8. Spí-ri-tus * qui a Pátre procédit, alle-lú-ia : ílle me cla-ri-fi-cá-bit, alle-lú-ia, alle-lú- ia.

Postcommunio.

Mentes nostras, quaésumus Dómine, Spíritus Sanctus divínis réparet sacraméntis : quia ipse est remíssio ómnium peccatórum. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem.

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 6. F Pacem * re-línquo vó-bis, pácem mé-am do vó- bis : non quómodo múndus dat, é-go do vó-bis, alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 6. F. 216, *vel* 218. — *Oratio.* Adsit nobis. 774.

DOMINICA I. IN OCTAVA PENTECOSTES.

FESTUM SS. TRINITATIS.

IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 1. f. 133. — 2. Confitébor. 2. D. 139. — 3. Beátus vir. 3. a 2. 148. — 4. Laudáte púeri. 4. E. 155. — 5. Laudáte Dóminum. 5. a. 173. — *Antiphonae ut in II. Vesperis*, 782.

Capitulum. O altitúdo divitiárum. 784. *Hymnus.* Jam sol recédit. 784.

℣. Benedicámus Pátrem et Fílium cum Sáncto Spíritu.
℟. Laudémus et superexaltémus éum in saécula.

Ad Magnif. Ant. 1. D

GRá-ti-as * tí-bi Dé-us, grá- ti- as tí-bi vé- ra et ú- na Trí- ni-tas : ú- na et súmma Dé- i-tas : sán- cta et ú-na Uni-tas. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D. 212 *vel* 218. — *Oratio.* Omnípotens. 785.

Et fit commemoratio Dominicae occurrentis, ut sequitur.

Ant. 1.

LOquere Dómine, * qui- a áu- dit sérvus tú- us.

℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia túa.

Oratio. Deus, in te sperántium, *ut infra.* 785.

Completorium de Dominica.

AD LAUDES.

Antiphona. Glória. *cum reliquis e Vesperis*, 782. *Psalmi ut in Festis*, 226.

Capitulum. O altitúdo divitiárum. 784.

Hymn. 8.

TU Tri-ni-tá-tis Uni-tas, Orbem poténter quae ré- gis : Atténde láudis cánti-cum, Quod excubántes psallí- mus. 2. Ortus re-fúlget Lú-ci-fer, Prae-ítque só-lem nún- ti- us, Cádunt ténebrae nócti- um, Lux sáncta nos illúminet. 3. Dé- o Pátri sit gló-ri- a, E-júsque só-li Fí-li- o, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli- to, Nunc et per ómne saéculum. Amen.

℣. Benedicámus Pátrem et Fílium cum Sáncto Spíritu.
℟. Laudémus et superexaltémus éum in saécula.

Ad Bened. Ant. 6.

BEnedí-cta sit * cre- átrix et gubernátrix ómni- um, sáncta et indi-vídu- a Trí- ni-tas, et nunc, et semper, et per infi-ní-ta saecu-ló- rum saécu-la. E u o u a e.

Oratio. Omnípotens. 779.

Et fit commemoratio Dominicae.

Ant. 1.

Estó-te ergo * mi-se-ri-córdes, sic-ut et Pá-ter

véster mi- sé-ri-cors est, dí-cit Dóminus.

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et praecínxit se virtúte.

Oratio. Deus, in te sperántium. 779.

Ad Primam. *Ant.* Glória. 783. *Psalmi ut in Festis,* 231, *cum Symbolo Athanasiano. Lect. br.* Tres sunt. *ut infra,* 782.

AD TERTIAM.

Ant. Laus et perénnis glória. 783. *Capitulum.* O altitúdo divitiárum, *e Vesperis,* 784.

℟. br.

Benedi-cámus Pátrem et Fí-li- um * Cum Sáncto

Spí-ri-tu. ℣. Laudémus et superexaltémus é- um in saécu-

la. Gló-ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sáncto.

℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto caéli.
℟. Et laudábilis et gloriósus in saécula.

AD MISSAM.

Intr. 8.

Benedí- cta sit * sáncta Trí- ni- tas, at-que in-

di- ví- sa U- ni- tas : confi- tébi- mur é- i, qui- a

fé-cit no- bís- cum mi-se-ri- córdi- am sú- am. *Ps.* Dó-

mi-ne Dóminus nóster : * quam admi-rábi-le est nómen tú-

um in uni- vérsa térra! Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne verae fídei, aetérnae Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre unitátem : † quaésumus; ut ejúsdem fídei firmitáte, * ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum.

Deinde fit commemoratio Dominicae occurrentis.

Oratio.

Deus in te sperántium fortitúdo, adésto propítius invocatiónibus nostris : et quia sine te nihil potest mortális infírmitas, praesta auxílium grátiae tuae; ut in exsequéndis mandátis tuis, et voluntáte tibi et actióne placeámus. Per Dóminum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Romanos. *Rom. 11. d.*


O Altitúdo divitiárum sapiéntiae, et sciéntiae Dei : quam incomprehensibília sunt judícia ejus, et investigábiles viae ejus! Quis enim cognóvit sensum Dómini? Aut quis consiliárius ejus fuit? Aut quis prior dedit illi, et retribuétur ei? Quóniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt ómnia : ipsi glória in saécula. Amen.


Grad. 5.

Bene- dí- ctus es * Dómi-ne, qui

in- tu-é- ris a- býs- sos, et sé-des


su- per Ché-ru-bim. ℣. Benedí-





✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 28.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Data est mihi omnis potéstas in caelo, et in terra. Eúntes ergo docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti : docéntes eos serváre ómnia quaecúmque mandávi vobis. Et ecce ego vobíscum sum ómnibus diébus, usque ad consummatiónem saéculi. Credo.






Secreta.

SAnctífica, quaésumus Dómine Deus noster, per tui sancti nóminis invocatiónem, hujus oblatiónis hóstiam; et per eam nosmetípsos tibi pérfice munus aetérnum. Per Dóminum.

Pro Dominica. Secreta.

HOstias nostras, quaésumus Dómine, dicátas placátus assúme : et ad perpétuum nobis tríbue prevenire subsídium. Per Dóminum.



Postcommunio.

PRofíciat nobis ad salútem córporis et ánimae, Dómine Deus noster, hujus sacraménti suscéptio : et sempitérnae sanctae Trinitatis, ejusdémque indivíduae unitátis conféssio. Per Dóminum.

Pro Dominica. Postcommunio.

TAntis, Dómine, repléti munéribus : praesta, quaésumus; ut et salutária dona capiámus, et a tua nunquam laude cessémus. Per Dóminum nostrum.

In fine Missae legitur Evangelium Dominicae, ut infra.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 6. d.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Estóte misericórdes sicut et Pater vester misericors est. Nolíte judicáre, et non judicabímini: nolíte condemnáre, et non condemnabímini. Dimíttite, et dimittémini. Date, et dábitur vobis : mensúram bonam, et confértam, et coagitátam, et supereffluéntem dabunt in sinum vestrum. Eádem quippe mensúra, qua mensi fuéritis, remetiétur vobis. Dicébat autem illis et similitúdinem : Numquid potest caecus caecum dúcere? nonne ambo in fó-


veam cadunt? Non est discípulus super magístrum : perféctus autem omnis erit, si sit sicut magíster ejus. Quid autem vides festúcam in óculo fratris tui, trabem autem, quae in óculo tuo est, non consíderas? Aut quómodo potes dícere fratri tuo : Frater sine ejíciam festúcam de óculo tuo : ipse in óculo tuo trabem non vídens? Hypócrita, éjice primum trabem de óculo tuo : et tunc perspícies ut edúcas festúcam de óculo fratris tui.

AD SEXTAM.


Ant. Glória láudis. 783.

Capitulum. *2. Cor. 13. d.*

GRátia Dómini nostri Jesu Christi, † et cáritas Dei, et communicátio Sancti Spíritus, * sit cum ómnibus vobis. Amen.

℟. br. 

BEnedíctus es Dómine * In firmamén- to caé-li.



℣. Et laudábi-lis et glo-ri-ósus in saécu-la. Gló-ri- a Pátri.


℣. Vérbo Dómini caéli firmáti sunt.
℟. Et Spíritu óris éjus, ómnis vírtus eórum.

AD NONAM.


Ant. Ex quo ómnia. 783.

Capitulum. *1. Joan. 5. b.*

TRes sunt, qui testimónium dant in caelo : † Pater, Verbum, et Spíritus Sanctus : * et hi tres unum sunt.

℟. br. 

VErbo Dómi-ni * Caé-li firmá-ti sunt. ℣. Et Spí-




ri-tu ó-ris é-jus, ómnis vírtus e-ó-rum. Gló-ri- a Pátri.


℣. Sit nómen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc, et usque in saéculum.

IN II. VESPERIS.


Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 1. f. 132. — 2. Confitébor. 2. D. 139. — 3. Beátus vir. 3. a. 2. 148. — 4. Laudáte púeri. 4. E. 155. — 5. In éxitu. 5. a. 161.

1. Ant. 1. f 


GLó-ri- a * tí-bi Trí-ni-tas aequális, úna Dé- i-tas, et




an- te ómni- a saécu-la, et nunc, et in per-pé-tu-um.




E u o u a e.

2. Ant. 2. D 


LAus et perénnis gló-ri- a * Dé-o




Pátri, et Fí- li- o, sáncto simul Parácli-to, in saécu-la




saecu-ló-rum. E u o u a e.

3. Ant. 3. a 2 


GLó-ri- a láudis * ré-




sonet in ó-re ómni- um, Pátri, geni-taéque Pró-li, Spi-rí-




tu- i Sáncto pá-ri- ter resúltet láude per- énni. E u o u a e.

4. Ant. 4. E 


LAus Dé- o Pátri, * pa-ri- líque Pró-li, et tí-bi Sán-



cte stúdi- o per-énni Spí-ri-tus, nóstro ré-sonet ab óre



ómne per aévum. E u o u a e.

5. Ant 5. a 

EX quo ómni-

a,* per quem ómni- a, in quo ómni- a : ípsi glóri- a in saécu-la. E u o u a e.

Capitulum. *Rom. 11. d.*

O Altitúdo divitiárum sapiéntiae et sciéntiae Dei : † quam incomprehensibília sunt judícia ejus, * et investigábiles viae ejus !

Hymn. 8.

JAM sol recédit ígne-us : Tu lux perénnis Uní-tas, Nóstris, be-á-ta Tríni-tas, Infúnde amórem córdibus. 2. Te ma-ne láudum cármine, Te deprecámur véspe-re : Dignéris ut te súppli-ces Laudémus inter caéli-tes. 3. Pátri simúlque Fí-li- o, Ti-bíque Sáncte Spí-ri-tus, Sicut fú- it, sit júgi- ter Saéclum per ómne gló-ri- a. Amen.

℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto caéli.
℟. Et laudábilis et gloriósus in saécula.

Ad Magnif. Ant. 4. E

TE Dé-um * Pátrem ingé- ni-tum, te Fí-li- um

uni-gé- ni-tum, te Spí-ri-tum Sánctum Pará- cli-tum, sánctam et indi-vídu- am Tri-ni-tá-tem, tóto cór-de et ó-re confi-té-mur, laudá- mus, atque bene-dí-cimus : tí-bi glóri- a in saécu-la. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 4. E. 215, *vel* 221.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne verae fídei, aetérnae Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre Unitátem : † quaésumus ; ut ejúsdem fídei firmitáte, * ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum.

Pro commemoratione Dominicae.

Ant. 8.

NOlí-te judi-cáre, * ut non judi-cémi-ni : in quo enim judí-ci- o judi-cavé-ri-tis, judi-cabímini, dí-cit Dóminus.

℣. Dirigátur Dómine orátio méa.
℟. Sicut incénsum in conspéctu túo.

Oratio.

DEus, in te sperántium fortitúdo, adésto propítius invocatiónibus nostris : † et quia sine te nihil potest mortális infírmitas, praesta auxílium grátiae tuae ; * ut in exsequéndis mandátis tuis, et voluntáte tibi et actióne placeámus. Per Dóminum.

FESTUM

SANCTISSIMI CORPORIS CHRISTI.

Duplex I. Classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 807, praeter sequentia.

Ad Magnif. Ant. 6. F

O quam su-á-vis est, * Dó- mi-ne, spí- ri-tus tú- us! qui ut dulcédi-nem tú- am in fí-li- os de- monstrá- res, páne su-a-vís- simo de caélo praésti-to, esu-ri- éntes réples bónis, fa- stidi- ó-sos dí- vi- tes dimít-tens in- á-nes. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 6. F. 216, *vel* 218. — *Oratio.* Deus, qui nobis. 790.

Ad Completorium, *et Horas Hymni cantantur in tono posito ad Horas in Nativitate Domini, 334, et in fine dicitur* Jesu tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine, *per totam Octavam. Eodem modo per Octavam terminantur omnes Hymni ejusdem metri, etiam in Officio Sanctorum, nisi aliter notetur.*

AD LAUDES.

Psalmi ut in Festis. 226.

1. Ant. 1. a 3

S A-pi- én-ti- a * ae-di-fi-cávit sí-bi dómum, mí-

scu- it ví- num, et pósu- it ménsam, alle- lú- ia. E u o u a e.

2. Ant. 2. D

A Nge-lórum ésca * nutri-vísti pó- pu-lum tú- um, et pánem de caé-lo praesti-tísti é- is, alle-lú- ia. E u o u a e.

3. Ant. 3. a

P Inguis est * pá-nis Chrí-sti, et praebé-bit de-lí-ci- as ré-gi-bus, al-le- lú- ia. E u o u a e.

4. Ant. 4. E

S A- cerdó- tes sáncti * incénsum et pá- nes óf- fe-runt Dé- o, al- le- lú-ia. E u o u a e.

5. Ant. 5. a

V In-cén-ti * dá-bo mán-na abscón- di-tum, et nómen nó- vum, alle- lú- ia. E u o u a e.

Capitulum. Fratres : Ego enim. 808.

Hymn. 8.

VErbum sú-pérnum pródi-ens, Nec Pátris línquens déxte-ram, Ad ópus sú-um éx-i-ens, Vé-nit ad ví-tae vé-speram. 2. In mór- tem a di-scípu-lo Sú- is tradéndus aému-lis, Pri-us in vítae fércu-lo Se trá-di-dit discí-pu-lis. 3. Quíbus sub bí-na spé-ci- e Cárnem dédit et sán-guinem : Ut dúpli-cis substánti-ae Tó-tum ci-bá-ret hómi-nem. 4. Se ná- scens dé-dit só-ci- um, Convéscens in e-dú-li- um, Se mó-ri- ens in pré- ti- um, Se régnans dat in praémi- um. † 5. O SA- LU-TÁRIS HÓSTI-A, Quae caéli pán-dis ósti- um, Bélla prémunt hostí- li- a. Da ró-bur, fer

auxí-li- um. 6. Uni tri-nóque Dómino Sit sempi-tér-na gló-ri- a, Qui ví-tam sine término Nó-bis dónet in pátri- a. Amen.

℣. Pósuit fínes túos pácem, allelúia.
℟. Et ádipe fruménti sátiat te, allelúia.

Ad Bened. Ant. 1. a 3

Ego sum * pá- nis ví- vus, qui de caélo de- scéndi : si quis manducá-ve-rit ex hoc pá-ne, ví- vet in aetér- num, alle- lú-ia. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui nobis. 790.

Ad Primam. *Ant.* Sapiéntia. 786. *In* ℟. *br.* ℣. Qui nátus es. 234. *Et sic dicitur per totam Octavam, etiam in Festis I. classis. Lect. br.* Quicúmque. *ut infra ad Nonam,* 807. *In* ℣℣. *Primae et Completorii non additur* Allelúia, *sed in aliis Horis.*

AD TERTIAM.

Hymnus cantatur ut supra. 373.

Ant. Angelórum ésca. 787. *Capitulum.* Fratres : Ego enim. *e Vesperis.* 808.

℟. br. Panem caéli dédit é- is : * Alle-lú-ia, alle-lú-ia.

℣. Pánem Ange-lórum manducávit hómo. Gló-ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sáncto.

℣. Cibávit íllos ex ádipe fruménti, allelúia.
℟. Et de pétra, mélle saturávit éos, allelúia.

AD MISSAM.

Intr. 2. Cibá- vit é- os * ex ádi- pe fruménti, alle-lú- ia : et de pé-tra, mélle sa-tu-rá-vit é- os, alle-lú- ia, al-le- lú- ia, al-le- lú- ia.

Ps. Exsul-tá-te Dé-o adju-tó-ri nóstro : * ju-bi-lá-te Dé-o Já-cob. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.


Oratio.


Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuae memóriam reliquísti : † tríbue, quaésumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári; * ut redemptiónis tuae fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *1. Cor. 11.*

Fratres : Ego enim accépi a Dómino quod et trádidi vobis : quóniam Dóminus Jesus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit : Accípite, et manducáte : Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur : hoc fácite in meam commemoratiónem. Simíliter et cálicem, postquam coenávit, dicens : Hic calix novum testaméntum est in meo sánguine : hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratiónem. Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, et cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis, donec véniat. Itaque quicúmque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indígne, reus erit córporis et sánguinis Dómini. Probet autem seípsum homo : et sic de pane illo edat, et de cálice bibat. Qui enim mandúcat et bibit indígne, judícium sibi mandúcat et bibit, non dijúdicans corpus Dómini.

Grad. 7. O- cu- li * ó-mni- um in te spé- rant, Dómine : et tu das íl- lis é- scam in témpo- re oppor-tú-no. ℣. Ape-rís tu má- num tú- am : et ímples ómne áni- mal * bene-di- cti- óne.


7.
ALle- lú- ia. * ij.
℣. Cá-ro mé- a ve-re est cí- bus, et
sán- guis mé- us ve-re est pó- tus : qui
mandú- cat mé- am cárnem, et bí- bit
mé- um sán- gui-nem, in me má- net,
et é-go * in é- o.
Seq. 7.
LAuda Sí- on Salvatórem, Láuda dúcem et pastórem,
In hýmnis et cánti-cis. 2. Quantum pót-es, tantum áude :
Qui-a májor ómni láude, Nec laudáre súffi-cis. 3. Láudis thé-
ma speci- á- lis, Pánis vívus et vi-tá-lis Hódi- e propó-


ni-tur. 4. Quem in sácrae ménsa coé- nae, Túrbae frátrum
du-odénae Dátum non ambí-gitur. 5. Sit laus pléna, sit so-
nóra, Sit jucúnda, sit decóra Méntis jubi-lá-ti-o. 6. Dí- es
e-nim solémnis ági-tur, In qua ménsae príma recó-li-tur
Hújus institú-ti- o. 7. In hac ménsa nóvi Régis, Nóvum
Páscha nóvae légis, Pháse vétus términat. 8. Vetustá-tem
nóvi-tas, Umbram fú-gat vé-ri-tas, Nóctem lux e-lí-minat.
9. Quod in coéna Chrístus géssit, Faci- éndum hoc exprés-
sit In sú- i memóri- am. 10. Dócti sácris insti-tútis,
Pánem, vínum in sa-lútis Consecrámus hósti- am. 11. Dóg-

ma dátur christi- ánis, Quod in cárnem tránsit pánis, Et

vínum in sánguinem. 12. Quod non cápis, quod non vídes,

Animósa fírmat fídes, Praeter rérum órdinem. 13. Sub di-

vérsis spe-ci-ébus, Sígnis tantum, et non rébus, Lá-tent res

exími-ae. 14. Cáro cíbus, sánguis pótus : Mánet tamen

Chrístus tótus Sub utráque spéci- e. 15. A suménte non con-

císus, Non confráctus, non diví-sus : Integer accípi-tur.

16. Súmit únus, súmunt mille : Quantum ísti, tantum ílle :

Nec súmptus consúmi-tur. 17. Súmunt bóni, súmunt má- li :

Sórte tamen inaequáli, Vítae vel intér-i-tus. 18. Mors est

má-lis, ví-ta bó- nis : Víde pá-ris sumpti- ónis Quam sit dís-

par éxi-tus. 19. Frácto demum sacraménto, Ne vacílles, sed

meménto Tantum ésse sub fragménto, Quantum tó-to tégi-

tur. 20. Núlla ré- i fit scissúra : Sígni tantum fit fractúra,

Qua nec státus, nec statú-ra Signá-ti mi-nú- i-tur. 21. Ecce

pánis Angeló-rum, Fáctus cíbus vi- atórum : Vere pánis fi-

li- órum, Non mitténdus cánibus. 22. In figú-ris praesigná-

tur, Cum Isa-ac immolá-tur, Agnus Páschae de-putátur,

Dátur mánna pátribus. 23. Bóne pástor, pánis ve-re, Jé-su,

nóstri mi-se-rére : Tu nos pásce, nos tu- ére, Tu nos bó-

na fac vidére In térra vivénti- um. 24. Tu qui cúncta scis

et váles, Qui nos páscis hic mortá-les : Tú-os ibi commen-

sáles, Coherédes et sodáles Fac sanctórum cí-vi- um.

Amen. Alle-lú-ia.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joan. 6.*

IN illo témpore : Dixit Jesus turbis Judaeórum : Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Qui mandúcat meam carnem, et bibit meum sánguinem, in me manet, et ego in illo. Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem, et qui mandúcat me, et ipse vivet propter me. Hic est panis, qui de caelo descéndit. Non sicut manducavérunt patres vestri manna, et mórtui sunt. Qui mandúcat hunc panem, vivet in aetérnum. Credo.

Offert. 4.

SAcerdó-tes * Dó- mi-ni incén-sum et

pá- nes óffe- runt Dé-o : et íde-o sáncti

é-runt Dé-o sú- o, et non pól- lu-

ent nó- men é- jus, al- le- lú-ia.

Secreta.

ECclésiae tuae, quaésumus Dómine, unitátis et pacis propítius dona concéde : quae sub oblátis munéribus mýstice designántur. Per Dóminum nostrum.

Praefatio de Nativitate, 7.

Comm. 7.

QUo-ti- escúmque * mandu-cá- bi-tis pánem hunc,

et cá- li-cem bi-bé- tis, mórtem Dó-mi-ni annunti- ábi-

tis, do- nec vé-ni- at : í-taque qui-cúmque mandu-

cá-ve-rit pánem, vel bíbe-rit cá-li-cem Dómi-ni indí-

gne, ré- us é- rit córpo- ris et sánguinis Dó-mi- ni,

alle- lú- ia.

Postcommunio.

FAC nos, quaésumus Dómine, divinitátis tuae sempitérna fruitióne repléri : quam pretiósi Córporis et Sánguinis tui temporális percéptio praefigúrat : Qui vivis.

AD PROCESSIONEM.


Processione jam inchoata, dum Sacerdos discedit ab altari, Cantores incipiunt Hymnum Pánge lingua. 808.


Alter tonus ejusdem Hymni.

1.


PAnge língua glo-ri- ó-si Córpo-ris mysté-ri- um,


Sangui-nísque pre-ti- ó-si, Quem in múndi pré-ti- um







Hymnus « Sacris solemniis ».







Alter cantus ejusdem Hymni.



nó-va sint ómni-a, Córda, vó-ces et ópe-ra. 2. Nóctis

re-có-li-tur coéna no-víssima, Qua Chrístus cré-di-tur

á-gnum et ázyma Dedísse frátribus, juxta le-gí-ti-

ma Príscis indúlta pátribus. 3. Post ágnum týpicum,

cxplé-tis épu-lis, Córpus Domí-nicum dá- tum discí-

pu-lis, Sic tó-tum ómnibus, quod tó-tum síngu-lis, Ejus

fa-témur mánibus. 4. Dé-dit fra-gí-libus córpo-ris fércu-

lum, Dédit et trístibus sánguinis pócu-lum, Dícens : Accí-

pi-te quod trádo vásculum, Omnes ex é- o bí-bi-te.

5. Sic sacri- fí-ci-um ístud instí-tu-it, Cújus of-fí-ci-um

commítti vó-lu-it Só-lis presbý-te-ris, quí-bus sic cón-

gru-it, Ut súmant, et dent céte-ris. † 6. PÁNIS ANGÉLICUS

fit pánis hóminum ; Dat panis caélicus fi- gú-ris térmi-

num : O res mi-rábi-lis! mandúcat Dóminum Páuper, sér-

vus, et húmi-lis. 7. Te trí-na Dé-i-tas u-náque pósci-

mus, Sic nos tu ví-si-ta, sic- ut te có-limus : Per tú-as

sémi-tas duc nos quo téndimus, Ad lúcem quam inhá-

bi-tas. Amen.

Hymnus. Vérbum supérnum. 788.
Hymnus. Salútis humánae Sátor. 748.

Hymnus « Aeterne Rex altissime »

8.

AEtér- ne Rex al- tíssime, Redémptor et fi-dé-

li-um, Cui mors per-émpta dé-tu-lit Súmmae tri- úmphum

gló-ri-ae. 2. Ascén-dis órbes síderum Quo te vocábat caé-

li-tus Collá-ta, non humá-ni-tus Ré-rum pot-éstas ómni-

um. 3. Ut trí- na ré-rum máchina, Caelésti- um, terré-

stri- um, Et infe-rórum cóndi-ta, Fléctat génu jam súbdi-

ta. 4. Trémunt vi-déntes Ange-li Vérsam ví-cem mortá-

li- um : Péccat cáro, múndat cáro, Régnat Dé- us Dé- i

cáro. 5. Sis í- pse nóstrum gáudi- um Mánens o-lýmpo

praémi- um, Múndi régis qui fábri-cam, Mundána víncens

gáudi- a. 6. Hinc te pre-cántes quaésumus, Ignósce cúl-

pis ómnibus, Et córda súrsum súbleva Ad te supérna

grá-ti- a. 7. Ut cum re-pénte coépe-ris Cla-ré-re núbe Jú-

di-cis, Poénas repéllas dé-bi-tas, Réddas coró-nas pérdi-tas.

8. Jé-su, tí-bi sit gló-ri- a, Qui víctor in caé-lum rédis,

Cum Pátre, et álmo Spí-ri-tu, In sempi-térna saécu-la.

Amen.

Hymnus. Te Déum. 1540, *vel* 1543.
Canticum. Benedíctus. 228.
Canticum. Magníficat. 265.
Sequentia. Láuda Sion. *ut supra*, 792.

AD BENEDICTIONEM SS. SACRAMENTI.

3. TAntum ergo Sacraméntum Vene-rémur cérnu- i :

Et antíquum documéntum Nóvo cédat rí-tu- i : Praéstet

fídes suppleméntum Sénsu-um de-féctu- i. Geni-tó-ri, Geni-tóque Laus et jubi-lá-ti- o, Sá-lus, hónor, vírtus quoque Sit et benedícti- o : Procedénti ab utróque Cómpar sit laudá-ti- o. Amen.

℣. Pánem de caélo praestitísti éis, allelúia.
℟. Omne delectaméntum in se habéntem, allelúia.

Oratio.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuae memóriam reliquísti : † tríbue, quaésumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári ; * ut redemptiónis tuae fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et regnas in saécula saeculórum. Amen.

AD SEXTAM.

Ant. Pínguis est. 787.

Capitulum. *I. Cor. II. f.*

Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, et cálicem bibétis : * mortem Dómini annuntiábitis donec véniat.

℟. br. Cibávit íllos ex ádipe fruménti : * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Et de pétra, mélle sa-turávit é-os. Gló-ri- a Pátri.

℣. Edúcas pánem de térra, allelúia.
℟. Et vínum laetíficet cor hóminis, allelúia.

AD NONAM.

Ant. Vincénti. 787.

Capitulum. *I. Cor. II. f.*

Quicúmque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indígne : * reus erit córporis et sánguinis Dómini.

℟. br. Edúcas pánem de térra : * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Et vínum laetí-ficet cor hómi-nis. Gló-ri- a Pátri.

℣. Pósuit fínes túos pácem, allelúia.
℟. Et ádipe fruménti sátiat te, allelúia.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. I. f. 133. — 2. Confitébor. 2. D. 139. — 3. Crédidi. 3. a. 2. 168. — 4. Beáti ómnes. 4. E. 182. — 5. Láuda Jerúsalem. 5. a. 210.

1. Ant. 1. f Sacérdos in aetérnum * Chrístus Dóminus secúndum órdinem Melchí-sedech, pánem et ví-num óbtu-lit. E u o u a e.

2. Ant. 2. D Mise-rá-tor Dó- minus * éscam dédit timéntibus se in memó-ri- am su- ó-rum mi-rabíli- um. E u o u a e.

3. Ant. 3. a 2 Cá-li-cem * sa-lutá-ris accí-

pi- am, et sacri-fi-cábo hó- sti- am láudis. E u o u a e.

4. Ant. 4. E

SIc- ut novéllae o-li-vá-rum, * Ecclé-si-ae fí- li- i sint in circú- i- tu ménsae Dómini. E u o u a e.

5. Ant. 5. a

QUI pácem * pó-nit fínes Ecclé- si-ae, fruménti ádi- pe sá-ti- at nos Dómi-nus. E u o u a e.

Capitulum. *1. Cor. 11. c.*

FRatres : Ego enim accépi a Dómino quod et trádidi vobis, † quóniam Dóminus Jesus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit : Accípite, et manducáte : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur : * hoc fácite in meam commemoratiónem.

Hymn. 3.

PAnge língua glo-ri-ó-si Córpo-ris mysté-ri- um, Sangui-nísque pre-ti-ó-si, Quem in múndi pré-ti- um Frúctus véntris gene-ró-si Rex effúdit génti- um. 2. Nóbis dátus, nóbis ná-tus Ex intácta Vírgine, Et in múndo

conversá-tus, Spárso vérbi sémine, Sú-i móras inco-látus Mí-ro cláusit órdine. 3. In suprémae nócte coénae Recúmbens cum frátribus, Observá-ta lége pléne Cíbis in legá-libus, Cíbum túrbae du-odénae Se dat sú- is mánibus. 4. Vérbum cáro, pánem vérum Vérbo cárnem éfficit : Fítque sánguis Chrísti mérum, Et si sénsus dé- fi-cit, Ad firmándum cor sincé-rum Só-la fídes súf-fi-cit.* 5. Tántum ergo Sacraméntum Vene-rémur cérnu- i : Et antíquum documéntum Nóvo cédat rí-tu- i : Praéstet fídes supplementum Sénsu-um de- féctu- i. 6. Geni-tó-ri, Geni-tóque

* Sequens stropha, si coram Sanctissimo exposito Officium persolvatur, dicitur flexis genibus.

Laus et jubi-lá-ti- o, Sá-lus, hónor, vírtus quoque Sit et

benedícti- o : Procedénti ab utróque Cómpar sit laudá-

ti-o. Amen.

℣. Pánem de caélo praesti-tísti é- is, alle-lú-ia.

℟. Omne de-lectaméntum in se habéntem, alle- lú- ia.

(Sic cantatur in I. et II. Vesperis Festi tantum ; alias in tono communi).

Ad Magnif. Ant. 5.

O sá-crum conví-vi- um! * in quo Chrístus

sú- mi- tur : recó- li- tur memó- ri- a passi- ó- nis é-

jus : mens implé- tur grá-ti- a : et fu- tú- rae gló-

ri- ae nó-bis pígnus dá- tur, alle-

lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 5. a. 215, *vel* 221.

Oratio.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuae memóriam reliquísti : † tríbue, quaésumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári ; * ut redemptiónis tuae fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte.

Sic dicitur Officium per totam Octavam.

Dominica infra Octavam Corporis Christi

quae est II. post Pentecosten.

¶ *Hac Dominica celebratur Solemnitas Corporis Christi. Missa (post Nonam) et Processio ut supra,* 797.

Omnia dicuntur ut in Festo, praeter sequentia.

IN I. VESPERIS.

Antiphonae et Psalmi ut in II. Vesperis Festi, 807.

Capitulum. Caríssimi : Nolíte. *ut infra,* 815. *Hymnus.* Pánge língua. 808.

℣. Cibávit íllos ex ádipe fruménti, allelúia.

℟. Et de pétra, mélle saturávit éos, allelúia.

Ad Magnif. Ant. 7. a

Pú-er Sámu- el * mi-nistrábat ante Dé- um có-

ram Hé-li, et sérmo Dómi-ni érat pre-ti- ósus cum

é- o. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 7. a. 216. — *Oratio.* Sancti nóminis. 812.

Et fit Commem. praecedentis diei infra Octavam. Ant. O sácrum. ℣. Pánem. *Oratio.* Déus, qui nóbis. *ut supra.*

Completorium de Dominica.


Ad Primam. *Psalmi ut in Festis. Lect. br.* Fílíoli mei. 815.

AD TERTIAM.

Capitulum. Caríssimi : Nolíte. *e Vesperis,* 815. ℟. *br.* Pánem caéli. 790.

AD MISSAM.

Intr. 1.



Oratio.


SAncti nóminis tui Dómine timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum : ✝ quia numquam tua gubernatióne destítuis, * quos in soliditáte tuae dilectiónis instítuis. Per Dóminum.


Commem. de Octava Corporis Christi. Oratio Deus, qui nobis. 790.

Lectio Epistolae beati Joannis Apostoli. *I. Joann. 3. b.*

CArissimi : Nolíte mirári, si odit vos mundus. Nos scimus, quóniam transláti sumus de morte ad vitam, quóniam dilígimus fratres. Qui non díligit, manet in morte : omnis qui odit fratrem suum, homicída est. Et scitis quóniam omnis homicída non habet vitam aetérnam in semetípso manéntem. In hoc cognóvimus caritátem Dei, quóniam ille ánimam suam pro nobis pósuit : et nos debémus pro frátribus ánimas pónere. Qui habúerit substántiam hujus mundi, et víderit fratrem suum necessitátem habére, et cláuserit víscera sua ab eo : quómodo cáritas Dei manet in eo? Filíoli mei, non diligámus verbo, neque lingua, sed ópere, et veritáte.

Grad. 5.






✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 14. d.*

IN illo témpore : Dixit Jesus Pharisaéis parábolam hanc : Homo quidam fecit coenam magnam, et vocávit multos. Et misit servum suum hora coenae dícere invitátis ut venírent, quia jam paráta sunt ómnia. Et coepérunt simul omnes excusáre. Primus dixit ei : Villam emi, et necésse hábeo exíre, et vidére illam : rogo te, habe me excusátum. Et alter dixit : Juga boum emi quinque, et eo probáre illa : rogo te, habe me excusátum. Et álius dixit : Uxórem duxi : et ídeo non possum veníre. Et revérsus servus nuntiávit haec dómino suo. Tunc irátus paterfamílias, dixit servo suo : Exi cito in platéas, et vicos civitátis : et páuperes, ac débiles, et caecos, et claudos intróduc huc. Et ait servus : Dómine, factum est ut imperásti, et adhuc locus est. Et ait dóminus servo : Exi in vias, et sepes : et compélle intráre, ut impleátur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virórum illórum, qui vocáti sunt, gustábit coenam meam. Credo.

Offert. 6.




Secreta.

OBlátio nos, Dómine, tuo nómini dicánda puríficet : et de die in diem ad caeléstis vitae tránsferat actiónem. Per Dóminum.

De Octava Corporis Christi. Secreta. Ecclésiae tuae. 796.

Comm. 2.



Postcommunio.

SUmptis munéribus sacris, quaésumus Dómine : ut cum frequentatióne mystérii, crescat nostrae salútis efféctus. Per Dóminum nostrum.

De Octava Corporis Christi. Postcommunio. Fac nos. 797.

AD SEXTAM.

Capitulum. *1. Joann. 3. c.*

IN hoc cognóvimus caritátem Dei, † quóniam ille ánimam suam pro nobis pósuit : * et nos debémus pro frátribus ánimas pónere.

℞. *br.* Cibávit íllos. 806.

AD NONAM.

Capitulum. *1. Joann. 3. d.*

FIlióli mei, non diligámus verbo, neque lingua, * sed ópere et veritáte.

℞. *br.* Edúcas pánem. 807.

IN II. VESPERIS.

Antiphonae et Psalmi ut in II. Vesperis Festi, 807.


Capitulum. *1. Joann. 3. b.*

CAríssimi : Nolíte mirári, si odit vos mundus. † Nos scimus quóniam transláti sumus de morte ad vitam, * quóniam dilígimus fratres.

Hymnus. Pánge língua. 808.

℣. Cibávit íllos ex ádipe fruménti, allelúia.
℞. Et de pétra, mélle saturávit éos, allelúia.

Ad Magnif. Ant. 1. a



Cant. Magníficat. 1. a. 212. — *Oratio.* Sancti nóminis. 812.

Et fit Commem. sequentis diei infra Octavam. Ant. O quam suávis. 786. ℣. Pánem. *Oratio.* Deus, qui nobis. 811. *Si tamen sequenti die faciendum non sit Officium de Octava, dicitur Ant.* O sacrum. 810.

¶ **Feria V. Octava Corporis Christi.** *Dupl. maj. Omnia ut in die Festi,* 786. *Vesperae de sequenti.*

FERIA VI. POST OCTAVAM SS. CORPORIS CHRISTI.

FESTUM SACRATISSIMI CORDIS JESU.

Duplex I. Classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 1. g. 133. — 2. Confitébor 2. D. 139. — 3. Beátus vir 7. a. 151. — 4. Crédidi. 8. c. 170. — 5. De profúndis. 4. A *. 183.

1. Ant. 1. g

S U-á-vi júgo tú- o * dominá-re, Dómi-ne, in mé- di- o ini-micó-rum tu- ó-rum. E u o u a e.

2. Ant. 2. D

M Isé- ricors * et mi-se-rá-tor Dóminus : éscam dé-dit timéntibus se. E u o u a e.

3. Ant. 7. a

E X-órtum est* in ténebris lúmen réctis; mi-sé-ri-cors et mi-se-rá-tor Dó-minus. E u o u a e.

4. Ant. 8. c

Q Uid retríbu- am * Dómino pro ómni-bus quae re-tríbu- it mí- hi? E u o u a e.

5. Ant. 4. A*

A -pud Dóminum * propi-ti-á-ti-o est et copi- ó-sa apud é-um redémpti- o. E u o u a e.

Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 822.

℣. Tóllite júgum mé- um super vos, et dísci-te a me.

℟. Qui- a mí-tis sum et húmi-lis Córde.

Ad Magnif. Ant. 1. D

I -gnem * véni míttere in térram, et quid vó- lo ni-si ut accendá-tur? E u o u a e.

Cant Magníficat. 1. D. 212.

Oratio. Deus qui nobis, in Corde. 818ᵛ.

Et nulla fit Commemoratio, nisi tantum de praecedente Festo Nativitatis S. Joannis Baptistae vel Ss. Petri et Pauli App., si pridie occurrerit.

Tonus Hymni ad Completorium.

3.

T E lúcis an- te térmi-num, Rérum Cre- á-tor, pó-

scimus, Ut pro tú-a cleménti- a, Sis praésul et custó-

di- a. 2. Procul recé- dant sómni- a, Et nócti- um phantás-

ma-ta : Hostémque nó-strum cómprime, Ne pollu-ántur cór-

po-ra. 3. Jé-su, tí-bi sit gló-ri- a, Qui Córde fúndis grá-

ti- am, Cum Pátre et ál-mo Spí-ri-tu, In sempi-térna

saécu-la. Amen.

Sic cantantur et terminantur Hymni ad Completorium et Horas.

AD LAUDES.

Antiphona. Unus mílitum. *cum reliquis e II. Vesperis,* 821ᵛ. *Psalmi ut in Festis. Capitulum.* Fratres, mihi ómnium. *ut in II. Vesperis,* 822.

Hymn. 3.

COR árca lé- gem cónti-nens Non servi-tú-tis véte-

ris, Sed grá-ti-ae, sed véni- ae, Sed et mi-se-ricór-

di-ae. 2. Cor, sanctu-á- ri- um nó-vi Inteme-rá-tum

foéde-ris, Témplum vetú- sto sáncti- us, Velúmque scís-

so u-tí- li- us. 3. Te vulnerá- tum cá-ri-tas Ictu paténti

vó-lu- it, Amó-ris in-vi-sí-bi-lis Ut vene-rémur vúl-

ne-ra. 4. Hoc sub amó- ris sýmbo-lo Pássus cru-énta et

mýsti-ca, Utrúmque sa- cri-fí-ci- um Chrístus Sacérdos

óbtu-lit. 5. Quis non amán-tem rédamet? Quis non red-

émptus dí-li-gat, Et Córde in í- sto sé-li-gat Aetérna

ta-berná-cu-la? 6. Jé-su, tí-bi sit gló-ri- a, Qui Córde

fúndis grá-ti- am, Cum Pátre et ál-mo Spí-ri-tu In sem-

pi-térna saécu-la. Amen.

℣. Hauriétis áquas in gáudio.
℟. De fóntibus Salvatóris.

Ad Bened. Ant. 8. G

FActa sunt * enim haec ut Scriptúra impleré- tur quae dí- cit : Vidébunt in quem transfixé-runt.

E u o u a e.

Oratio. Deus qui nobis, in Corde. 818v.

Ad Primam. *Ant.* Unus mílitum. 821 v.

In ℟. *br.* ℣. Qui Córde fúndis grá-ti-am.

Lectio br. In caritáte. 821.

AD TERTIAM.

Hymn. 3.

NUnc Sáncte nó- bis Spí-ri-tus, Unum Pátri cum Fí-li- o, Digná-re prómptus ínge-ri Nóstro re-fú-sus pécto-ri.

Os, língua, mens, sénsus, vígor,
Confessiónem pérsonent :
Flamméscat ígne cáritas,
Accéndat árdor próximos.

Jésu, tíbi sit glória,
Qui Córde fúndis grátiam,
Cum Pátre et álmo Spíritu
In sempitérna saécula. Amen.

Ant. Stans Jésus. 821 v. *Capitulum.* Fratres, mihi. *e II. Vesperis,* 822.

℟. br.

TOlli-te júgum mé-um super vos * Et dísci-te a me. Tóllite. ℣. Qui- a mí-tis sum et húmi-lis Córde. * Et. Glo-ri-a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sáncto. Tólli-te.

℣. Ego díxi : Dómine, miserére méi.
℟. Sána ánimam méam quia peccávi tíbi.

AD MISSAM.

Intr. 5.

COgi-ta- ti-ónes * Cór- dis é- jus in gene-ra- ti-ó-ne et ge-ne-ra- ti- ó- nem : ut é-ru-at a mór- te á- nimas e- ó- rum et á-lat é-os in fá- me. *T. P.* Alle- lú- ia, al-le- lú- ia.

Ps. Exsultá-te jústi in Dómino, * réctos dé-cet collaudá- ti-o. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.


Deus qui nobis, in Corde Fílii tui, nostris vulneráto peccátis, infinítos dilectiónis thesáuros misericórditer largíri dignáris; † concéde, quaésumus, ut illi devótum pietátis nostrae praestántes obséquium, * dignae quoque satisfactiónis exhibeámus offícium. Per eúmdem Dóminum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Ephesios.


Ephes. 3, 8-19.

Fratres, mihi ómnium sanctórum mínimo data est grátia haec, in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi : et illumináre omnes, quæ sit dispensátio sacraménti abscónditi a saéculis in Deo qui ómnia creávit : ut innotéscat principátibus et potestátibus in caeléstibus per Ecclésiam multifórmis sapiéntia Dei : secúndum praefinitiónem saeculórum quam fecit in Christo Jesu Dómino nostro, in quo habémus fidúciam et accéssum in confidéntia per fidem ejus. Hujus rei grátia flecto génua mea ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi, ex quo omnis patérnitas in caelis et in terra nominátur : ut det vobis secúndum divítias glóriae suae, virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiórem hóminem : Christum habitáre per fidem in córdibus vestris : in caritáte radicáti et fundáti : ut possítis comprehéndere, cum ómnibus sanctis, quae sit latitúdo, et longitúdo, et sublímitas et profúndum : scire étiam supereminéntem sciéntiae caritátem Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.

Grad. 1.




3.



In Missis Votivis post Septuagesimam, omissis Allelúia, *et Versu sequenti, dicitur :*


Tract. 2.





Tempore autem Paschali, omissis Graduali et Tractu, dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Tóllite júgum. *ut supra,* 819; *deinde :*

8.




✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.

Joann. 19, 31-37.

In illo témpore : Judaéi, quóniam Parascéve erat, ut non remanérent in cruce córpora sábbato, erat enim magnus dies ille sábbati, rogavérunt Pilátum ut frangeréntur eórum crura et tolleréntur. Venérunt ergo mílites, et primi quidem fregérunt crura et altérius qui crucifíxus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura : sed unus mílitum láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit testimónium perhíbuit : et verum est testimónium ejus. Et ille scit quia vera dicit, ut et vos credátis. Facta sunt enim haec ut Scriptúra implerétur : Os non comminuétis ex eo. Et íterum ália Scriptúra dicit : Vidébunt in quem transfixérunt.


Credo.

Offert. 8.



Tempore vero Paschali, in Missis votivis, sic mutatur Offertorium :

Offert. 6.



lí- bri scríptum est de me ut fáce-rem vo-luntá- tem tú- am : Dé- us mé- us, vó- lu- i et lé- gem tú- am in mé- di- o Córdis mé- i. Alle- lú- ia.

Secreta.

RESpice, quaésumus, Dómine, ad ineffábilem Cordis dilécti Fílii tui caritátem : ut quod offérimus sit tibi munus accéptum et nostrórum expiátio delictórum. Per eúmdem Dóminum.

Praefatio.

PER ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habémus ad Dóminum. ℣. Grátias agámus Dómino Deo nostro. ℟. Dignum et justum est. Vere dignum et justum est, aequum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus : Qui Unigénitum tuum in cruce pendéntem láncea mílitis transfígi voluísti, ut apértum Cor, divínae largitátis sacrárium, torréntes nobis fúnderet miseratiónis et grátiae, et quod amóre nostri flagráre nunquam déstitit, piis esset réquies et poeniténtibus patéret salútis refúgium. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia caeléstis exércitus, hymnum glóriae tuae cánimus, sine fine dicéntes.

Comm. 7.

U- nus mí-li-tum * lánce- a látus éjus apé-ru- it, et contínu- o ex-í-vit sánguis et á- qua.

Tempore autem Paschali, in Missis votivis, sic mutatur Communio :

Comm. 6.

SI quis sí-tit * vé-ni- at ad me et bí- bat, alle-lú-ia, alle- lú- ia.

Postcommunio.

PRaébeant nobis, Dómine Jesu, divínum tua sancta fervórem; quo dulcíssimi Cordis tui suavitáte percépta, discámus terréna despícere, et amáre caeléstia : Qui vivis et regnas.

AD SEXTAM.

Ant. In caritáte perpétua. 821v.

Capitulum.

Ephes. 3, 14-17.

HUjus rei grátia flecto génua mea ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi, † ut det vobis secúndum divítias glóriae suae virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiórem hóminem : * Christum habitáre per fidem in córdibus vestris.

℟. br. Ego dí-xi, Dómine, * Mi-seré- re mé- i. Ego. ℣. Sána ánimam mé-am qui- a peccá-vi tí-bi. * Mi-se-ré- re. Gló-ri- a Pátri. Ego.

℣. Memóriam fécit mirabílium suórum miserátor Dóminus.
℟. Escam dédit timéntibus se.

AD NONAM.

Ant. Fíli. 822.

Capitulum.

Ephes. 3, 17-19.

IN caritáte radicáti et fundáti, ut possítis comprehéndere cum ómnibus sanctis, quae sit latitúdo et longitúdo, et sublímitas et profúndum; † scire étiam supereminéntem sciéntiae caritátem Christi, * ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.

℟. br. Memó-ri-am fé-cit mi-rabí-li-um su-ó-rum * Mi-se-rá- tor Dóminus. Memó-ri-am. ℣. Escam dédit timéntibus se. * Mi-será- tor. Gló-ri- a Pátri. Memó-ri-am.

℣. Hauriétis áquas in gáudio.
℟. De fóntibus Salvatóris.

IN II. VESPERIS.

Psalmi : 1. Díxit Dóminus. 1. f. 133. — 2. Confitébor. 7. c. 144. — 3. Crédidi. 3. a². 168. — 4. Beáti ómnes. 4. E. 182. — 5. Láuda Jerúsalem. 5. a. 210.

1. Ant. 1. f
Unus mí-li-tum * lánce-a lá-tus é-jus apé-ru- it et contínu- o exí-vit sánguis et áqua. E u o u a e.

2. Ant. 7. c
Stans Jé-sus * clamábat dí-cens : Si quis sí-tit vé-ni-at ad me et bí-bat. E u o u a e.

3. Ant. 3. a 2
In ca-ri-tá-te perpé-tu-a * di-léxit nos Dé-us, íd-e-o exaltá-tus a térra, attráxit nos ad Cor sú-um mí-se-rans.

E u o u a e.

4. Ant. 4. E
Veníte ad me * ómnes qui labo-rá-tis et one-rá- ti é-stis et égo re-fí-ci- am vos. E u o u a e.

5. Ant. 5. a
Fi-li * praébe mí-hi cor tú- um et ócu-li tú-i custódi- ant ví- as mé- as. E u o u a e.

Capitulum. *Ephes. 3, 8-9.*

Fratres, mihi ómnium sanctórum mínimo data est grátia haec, † in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi ; * et illumináre omnes, quae sit dispensátio sacraménti abscónditi a saéculis in Deo.

Hymn. 3.
En ut supér-ba crími-num Et saéva nostró-rum có-hors Cor sauci- á- vit ínno-cens Meréntis haud tá-le Dé- i! 2. Vibrántis há- stam mí-li- tis Peccá-ta nóstra dí-ri-gunt, Ferrúmque dí- rae cúspi-dis Mortá-le crímen á-cu- it. 3. Ex córde scísso Eccle-si- a, Chrísto jugá- ta,

násci-tur : Hoc óst*ium* árc*ae* in láter*e* est Gént*i* ad sa-lú-tem pó-si-tum. 4. Ex hoc perén-nis grá-ti-a, Ceu septi-fórmis flúvi-us, Stó-las ut il- lic sórdi-das Lavémus Agn*i* in sángui-ne. 5. Túrp*e* est redír*e* ad crími-na, Quae Cor be-á-tum láce-rent : Sed aemulé-mur córdi-bus Flám-mas amó-ris índi-ces. 6. Jé-su, tí-bi sit gló-ri-a, Qui Córde fúndis grá-ti- am, Cum Pátr*e* et ál-mo Spí-ri-tu In sempi-térna saécu-la. Amen.

℣. Hauri-é-tis áquas in gáudi-o.

℟. De fóntibus Salva-tó-ris.

Ad Magnif. Ant. 1. f

AD Jésum autem cum veníssent, * ut vidé-runt é-um jam mórtu-um, non fregé-runt é-jus crúra : sed únus mí-li-tum lánce-a látus é-jus a-péru-it, et contí-nu-o exívit sánguis et áqua. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. f. 212. — *Oratio.* Deus, qui nobis. 818v.

Completorium de Dominica.

Sic dicitur Officium per totam Octavam.

Dominica infra Octavam Sacratissimi Cordis Jesu.

III. post Pentecosten.

Omnia dicuntur ut in Festo, praeter sequentia .

IN I. VESPERIS.

Antiphonae et Psalmi ut in I. Vesperis Festi, 815v.

Capitulum. Caríssimi : Humiliámini. 825v. *Hymnus.* En ut supérba críminum. 822.

℣. Memóriam fécit mirabílium suórum miserátor Dóminus.
℟. Escam dédit timéntibus se.

Ad Magnif. Ant. 1. f

COgnovérunt ómnes a Dan usque Bersa-

bé- e, quod fidé-lis Sámu-el prophéta ésset Dómini.

E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. f. 212. — *Oratio.* Protéctor in te. 824.

Et fit Commem. praecedentis diei infra Octavam. Ant. Ad Jésum. 823. ℣. Hauriétis. *Oratio.* Deus, qui nobis in Corde. *ut supra*, 818 v.

Completorium de Dominica.

Ad Primam. *Psalmi ut in Festis. Lect. br.* Deus autem. 825 v.

AD TERTIAM.

Capitulum. Caríssimi : Humiliámini. *e Vespreris*, 825 v. ℟. *br.* Tóllite júgum. 818.

AD MISSAM.

Intr. 6. R Espice in me, * et mi-se-ré- re mé- i, Dómi-ne : quó- ni- am ú-nicus et páu-per sum é- go : víde hu-mi- li-tá- tem mé- am, et la- bó- rem mé- um : et dimít- te ómni- a peccá- ta mé- a, Dé- us mé- us. *Ps.* Ad te Dómine le-vávi ánimam mé- am : * Dé- us mé- us, in te confído, non e-rubéscam. Gló-ri- a Pá-tri. E u o u a e.

Oratio.

PRotéctor in te sperántium Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum : † multíplica super nos misericórdiam tuam ; ut te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, * ut non amittámus aetérna. Per Dóminum.


Commemoratio de Octava. Oratio.


DEus qui nobis, in Corde Fílii tui, nostris vulneráto peccátis, infinítos dilectiónis thesáuros misericórditer largíri dignáris ; † concéde, quaésumus, ut illi devótum pietátis nostrae praestántes obséquium, * dignae quoque satisfactiónis exhibeámus offícium. Per eúmdem Dóminum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli. *1. Petr. 5. b.*

CAríssimi : Humiliámini sub poténti manu Dei, ut vos exáltet in témpore visitatiónis : omnem sollicitúdinem vestram projiciéntes in eum, quóniam ipsi cura est de vobis. Sóbrii estóte, et vigiláte : quia adversárius vester diábolus tamquam leo rúgiens círcuit, quaerens quem dévoret : cui resístite fortes in fide : sciéntes eámdem passiónem, ei, quae in mundo est, vestrae fraternitáti fíeri. Deus autem omnis grátiae, qui vocávit nos in aetérnam suam glóriam in Christo Jesu, módicum passos ipse perfíciet, confirmábit, solidabítque. Ipsi glória, et impérium in saécula saeculórum. Amen.


Grad. 7. J Acta * cogi-tátum tú- um in Dó-mino, et ípse te e- nú-tri- et. ℣. Dum clamárem ad





✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 15.*

In illo témpore : Erant appropinquántes ad Jesum publicáni et peccatóres, ut audírent illum. Et murmurábant pharisaéi et scribae, dicéntes : Quia hic peccatóres récipit, et mandúcat cum illis. Et ait ad illos parábolam istam, dicens : Quis ex vobis homo, qui habet centum oves : et si perdíderit unam ex illis, nonne dimíttit nonagínta novem in desérto, et vadit ad illam, quae períerat, donec invéniat eam? Et cum invénerit eam, impónit in húmeros suos gaudens : et véniens domum, cónvocat amícos, et vicínos, dicens illis : Congratulámini mihi, quia invéni ovem meam, quae períerat. Dico vobis, quod ita gáudium erit in caelo super uno peccatóre paeniténtiam agénte, quam super nonagínta novem justis, qui non índigent paeniténtia. Aut quae múlier habens drachmas decem, si perdíderit drachmam unam, nonne accéndit lucérnam, et evérrit domum, et quaerit diligénter, donec invéniat? Et cum invénerit, cónvocat amícas et vicínas, dicens : Congratulámini mihi, quia invéni drachmam, quam perdíderam. Ita dico vobis : gáudium erit coram Angelis Dei super uno peccatóre paeniténtiam agénte. Credo.




Secreta.


Respice Dómine múnera supplicántis Ecclésiae : et salúti credéntium perpétua sanctificatióne suménda concéde. Per Dóminum nostrum.

Commemoratio de Octava. Secreta.

Respice, quaésumus, Dómine, ad ineffábilem Cordis dilécti Fílii tui caritátem : ut quod offérimus sit tibi munus accéptum et nostrórum expiátio delictórum. Per eúmdem Dóminum.

Praefatio Sacratissimi Cordis Jesu, 820v.





úno pecca-tó-re paeni-ténti- am agénte.

Postcommunio.

SAncta tua nos, Dómine, sumpta vivíficent : et misericórdiae sempitérnae praéparent expiátos. Per Dóminum nostrum.

Commemoratio de Octava. Postcommunio.

PRaébeant nobis, Dómine Jesu, divínum tua sancta fervórem; quo dulcíssimi Cordis tui suavitáte percépta, discámus terréna despícere, et amáre caeléstia : Qui vivis et regnas.

AD SEXTAM.

Capitulum. *1. Petr. 5, 8-9.*

SObrii estóte et vigiláte, quia adversárius vester diábolus tamquam leo rúgiens círcuit quaerens quem dévoret, cui resístite fortes in fide, † sciéntes eámdem passiónem ei, * quae in mundo est, vestrae fraternitáti fíeri.

℟. *br.* Ego díxi, Dómine. 821.

AD NONAM.

Capitulum. *1. Petr. 5, 10-11.*

DEus autem omnis grátiae, qui vocávit nos in aetérnam suam glóriam in Christo Jesu, † módicum passos ipse perfíciet, confirmábit solidabítque. * Ipsi glória et impérium in saécula saeculórum. Amen.

℟. *br.* Memóriam fécit. 821v.

IN II. VESPERIS.

Antiphonae et Psalmi ut in II. Vesperis Festi, 821v.


Capitulum. *1. Petr. 5, 6-7.*

CAríssimi, humiliámini sub poténti manu Dei, ut vos exáltet in témpore visitatiónis; † omnem sollicitúdinem vestram projiciéntes in eum, * quóniam ipsi cura est de vobis.


Hymnus. En ut supérba. 822.

℣. Memóriam fécit mirabílium suórum miserátor Dóminus.
℟. Escam dédit timéntibus se.


Ad Magnif. Ant. 6. F




QUae mú-li- er * hábens dráchmas decem, et si



perdíde- rit dráchman únam, nonne accéndit lu-cér- nam



et evérrit dómum, et quaérit di-ligénter, donec invéni- at?



E u o u a e.

Cant. Magníficat. 6. F. 216.

Oratio.

PRotéctor in te sperántium Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum : † multíplica super nos misericórdiam tuam; ut te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, * ut non amittámus aetérna. Per Dóminum.


Et fit Commem. sequentis diei infra Octavam. Ant. Ignem. 816. ℣. Tóllite júgum. *Oratio.* Deus, qui nobis in Corde. 818v. *Si tamen sequenti die faciendum non sit Officium de Octava, dicitur Ant.* Ad Jésum autem. *ut in II. Vesperis Festi,* 823. ℣. Hauriétis.

¶ **Feria VI. Octava Sacratissimi Cordis Jesu.** *Dupl. maj. Omnia ut in die Festi,* 815v.


ANTIPHONAE
dicendae in Sabbatis post Pentecosten usque ad Adventum.

Sabbato ante Dom. IV. post Pentecosten.

Ad Magnif.
Ant. 8. G



PRaevá-lu- it Dávid * in Phi-listhaé-um, in fúnda



et lápide, in nómine Dómini. E u o u a e.


Cant. Magníficat. 8. G. 217.

℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia túa.


Oratio Dominicae sequentis.

Sabbato ante Dom. V. post Pentecosten.


Ad Magnif.
Ant. 1. D




MOntes * Gélbo- ë, nec ros nec plúvi- a




véni- at super vos, qui- a in te abjéctus est clýpe- us




fórti- um, clý- pe- us Sá-ul, qua- si non ésset únctus ó-




le-o. Quó- modo cecidé-runt fórtes in proéli-o? Jó-



na-thas in excélsis tú- is inter-féctus est : Sá- ul et



Jónathas, amábi- les et decó-ri valde in ví-ta sú- a,




in mórte quo-que non sunt sepa- rá-ti. E u o u a e.


Cant. Magníficat. 1. D. 212.

Sabbato ante Dom. VI. post Pentecosten.

Ad Magnif.
Ant. 1. f



OBsecro, Dómine, * áu-fer iniqui-tátem sér-




vi tú- i, qui-a insipi- énter é-gi. E u o u a e.


Cant. Magníficat. 1. f. 212.

Sabbato ante Dom. VII. post Pentecosten.

Ad Magnif.
Ant. 8. G



UNxérunt * Sa- lomónem Sá- doc sacérdos, et



Náthan prophé-ta régem in Gí-hon, et ascendéntes laé-

ti dixérunt : Ví-vat rex in ae-térnum. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217.

Nisi ponenda sit Ant. Sapiéntia. *pro Dominica I. Augusti, ut infra,* 828.

Sabbato ante Dom. VIII. post Pentecosten.

Ad Magnif. Ant. 7. a

EX-audísti Dómine * ora-ti-ónem sérvi tú-i, ut aedi-ficá-rem témplum nómi-ni tú- o. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 7. a. 216.

Sabbato ante Dom. IX. post Pentecosten.

Ad Magnif. Ant. 8. G

DUM tól- le-ret Dóminus * E-lí-am per túrbinem in caélum, E-li-sé-us clamá-bat dí-cens : Pá-ter mi, cúrrus Isra-el, et aurí-ga é-jus. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217.

Sabbato ante Dom. X. post Pentecosten.

Ad Magnif. Ant. 6. F

FEcit Jó-as * réctum coram Dó-mino cúnctis

di- é-bus quíbus dócu-it é- um Jo-íada sacérdos.

E u o u a e.

Cant. Magníficat. 6. F. 216.

Sabbato ante Dom. XI. post Pentecosten.

Ad Magnif. Ant. 5. a

OBsecro Dó-mine, * meménto, quaé- so, quómo-do ambu-láve-rim co-ram te in ve-ri-tá-te et in cór-de perfécto, et quod pláci-tum est coram te, fé-ce- rim.

E u o u a e.

Cant. Magníficat. 5. a. 215.

Sabbato ante Dominicam I. Augusti.

Ad Magnif. Ant. 7. a

SApi- énti- a * aedi-ficávit síbi dómum : excídit co-lúmnas septem : súbdidit sí-bi géntes, superborúmque et

sublími- um cól-la própri- a virtú-te calcá-vit. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 7. a. 216.

Sabbato ante Dominicam II. Augusti.

Ad Magnif. Ant. 8. c

E-go * in altíssimis ha-bi-tá-vi, et thrónus mé-us in co-lúmna núbis. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. c. 217.

Sabbato ante Dominicam III. Augusti.

Ad Magnif. Ant. 8. G

O-mnis sa-pi- énti- a * a Dó-mi-no Dé- o est, et cum íllo fú- it semper, et est ante aévum.

E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217.

Sabbato ante Dominicam IV. Augusti.

Ad Magnif. Ant. 8. G

SApi- énti- a * clámi-tat in pla-té- is : Si quis dí-

li-git sa-pi- énti- am, ad me declí- net, et é-am invé- ni- et : et é- am dum invéne-rit, be- átus est, si te- nú-e-rit é- am. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217.

Sabbato ante Dominicam V. Augusti.

Ad Magnif. Ant. 6. F

OB- sérva, fí-li,* praecépta pátris tú- i, et ne dimíttas légem mátris tú- ae : sed lí-ga é- am in cór- de tú-o júgi-ter. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 6. F. 216.

Sabbato ante Dominicam I. Septembris.

Ad Magnif. Ant. 1. f

CUM audísset Job * nunti- ó-rum vérba, sustí- nu- it pa-ti- énter, et á- it : Si bóna suscépimus de má-

nu Dómi-ni, má- la autem qua-re non sustine- ámus? In

ómnibus his non peccávit Job lá-bi- is sú- is, ne-que

stúltum á-liquid contra Dé-um locú-tus est. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. f. 212.

Sabbato ante Dominicam II. Septembris.

Ad Magnif. Ant. 1. g

IN ómnibus his * non peccávit Job lábi- is sú-is,

ne-que stúltum quid contra Dé-um lo-cú-tus est. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. g. 212.

Sabbato ante Dominicam III. Septembris.

Ad Magnif. Ant. 4. E

NE remi-niscá- ris * Dómine de-lícta mé- a, vel

paréntum me-ó-rum : neque vindíctam súmas de peccá-

tis mé- is. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 4. E. 215.

Sabbato ante Dominicam IV. Septembris.

Ad Magnif. Ant. 3. g

A-dóna- i * Dómine Dé- us, mágne et mi-rá- bi-

lis, qui dedísti sa-lú-tem in mánu féminae, exáudi

pré-ces servórum tu- ó-rum. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 3. g. 214.

Sabbato ante Dominicam V. Septembris.

Ad Magnif. Ant. 1. D 2

DOmine, * Rex omnípot-ens, in di-ti-óne tú-a

cúncta sunt pó-si-ta, et non est qui póssit tú-ae re-sí-

sté-re vo-luntá- ti. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D 2. 212.

Sabbato ante Dominicam I. Octobris.

Ad Magnif. Ant. 8. G

AD-apé-ri-at Dó-minus * cor véstrum in lége

sú- a, et in praecéptis sú- is : et fá-ci- at pá-cem

in di- ébus nóstris. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217.

Sabbato ante Dominicam II. Octobris.

Ad Magnif. Ant. 8. G

R E-fúlsit sol * in clýpe- os áure- os, et resplen- du-é-runt móntes ab é- is, et forti-túdo génti- um dis- sipá-ta est. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217.

Sabbato ante Dominicam III. Octobris.

Ad Magnif. Ant. 1. D

L Ugébat autem Júdam * Isra-el plánctu mágno, et di- cé-bat : Quó- modo ce-ci-dí-sti, pót-ens in proé- li- o, qui sálvum fa-ci- é- bas pó- pu-lum Dómi-ni? E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D. 212.

Sabbato ante Dominicam IV. Octobris.

Ad Magnif. Ant. 1. f

E X-áudi- at Dóminus * ora-ti- ónes véstras, et re- conci-li- é-tur vó-bis : nec vos dé-se-rat in témpo-re má- lo Dóminus Dé- us nóster. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. f 212.

Sabbato ante Dominicam V. Octobris.

Ad Magnif. Ant. 1. f

T U-a est pot-énti- a, * tú-um régnum Dómine, tu es super ómnes géntes : da pácem Dómi-ne in di-ébus nóstris. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. f. 212.

Sabbato ante Dominicam I. Novembris.

Ad Magnif. Ant. 1. a

V Idi Dómi-num sedéntem * super só-li- um excél- sum, et pléna é-rat ómnis térra ma-jestá-te

é-jus : et é- a quae sub ípso é- rant, replébant

témplum. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. a. 212.

Sabbato ante Dominicam II. Novembris.

Ad Magnif. Ant. 1. g

A -spi-ce Dómine, * qui- a fácta est deso-lá-ta

cí-vi-tas plé- na di-ví-ti- is : sé-det in tristí- ti- a dómi-

na génti- um : non est qui conso-lé-tur é- am, ni-si

tu Dé- us nóster. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. g. 212.

Si November habeat tantum quatuor Dominicas, tunc Sabbato ante Dominicam II. ad Magnificat dicetur Antiphona Múro túo, *ut infra, et duobus sequentibus Sabbatis, dicentur Antiphonae positae etiam infra in Sabbatis ante Dominicam IV. et V.*

Sabbato ante Dominicam III. Novembris.

Ad Magnif. Ant. 1. g

M Uro tú- o * in-expugnábi- li circumcínge

nos, Dó- mine : et ármis tú-ae pot-énti-ae pró- te-ge nos

semper. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. g. 212.

Sabbato ante Dominicam IV. Novembris.

Ad Magnif. Ant. 1. D 2

Q UI caeló-rum * cóntines thró- nos, et abýssos in-

tu- é- ris, Dómine Rex ré-gum : móntes pónde-ras, tér-

ram pálmo conclúdis : ex-áudi nos Dómine, in gemí-

tibus nóstris. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D 2. 212.

Sabbato ante Dominicam V. Novembris.

Ad Magnif. Ant. 1. D 2

S Uper mú-ros tú-os,* Je-rú-sa-lem, constí-tu- i cu-

stó-des : tó-ta dí- e et tó-ta nócte non tacé-bunt laudáre

nómen Dómi-ni. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D 2. 212.

Dominica IV. post Pentecosten.

Ad Horas *omnia ut in Psalterio de Dominica.*

AD MISSAM.

Intr. 2.

Dominus * illumi-ná-ti- o mé- a, et sá- lus mé- a, quem ti- mé- bo? Dómi-nus defén-sor ví- tae mé- ae, a quo trepidá- bo? qui trí-bu- lant me in-imi-ci mé- i, infirmá-ti sunt, et ce- ci- dé- runt. *Ps.* Si consístant advérsum me cá- stra : * non timé-bit cor mé- um. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

Da nobis, quaésumus Dómine, † ut et mundi cursus pacífice nobis tuo órdine dirigátur : * et Ecclésia tua tranquílla devotióne laetétur. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum Sacerdotis.*

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Romanos. *Rom. 8. d.*

Fratres : Exístimo, quod non sunt condígnae passiónes hujus témporis ad futúram glóriam, quae revelábitur in nobis. Nam exspectátio creatúrae, revelatiónem filiórum Dei exspéctat. Vanitáti enim creatúra subjécta est, non volens, sed propter eum, qui subjécit eam in spe : quia et ipsa creatúra liberábitur a servitúte corruptiónis, in libertátem glóriae filiórum Dei. Scimus enim quod omnis creatúra ingemíscit, et párturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed et nos ipsi primítias spíritus habéntes, et ipsi intra nos gémimus, adoptiónem filiórum Dei exspectántes, redemptiónem córporis nostri : in Christo Jesu Dómino nostro.

Grad. 5.

Propí- ti- us é- sto * Dó- mi-ne pec- cá- tis nó- stris : nequándo dí- cant gén- tes : U- bi est Dé- us e- ó- rum? ℣. Adjuva nos, Dé- us sa-lu-tá-ris nóster : et propter honó- rem nómi-nis tú- i Dómine, * lí- be-ra nos.

7.

Alle-lú- ia. * *ij.*

℣. Dé- us, qui sé- des super thró- num, et jú-di-cas aequi-tá- tem : ésto re-fúgi- um páu- pe- rum * in tribu-la-ti- ó- ne.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 5.*

IN illo témpore : Cum turbae irrúerent in Jesum, ut audírent verbum Dei, et ipse stabat secus stagnum Genésareth. Et vidit duas naves stantes secus stagnum : piscatóres autem descénderant, et lavábant rétia. Ascéndens autem in unam navim, quae erat Simónis, rogávit eum a terra redúcere pusíllum. Et sedens docébat de navícula turbas. Ut cessávit autem loqui, dixit ad Simónem : Duc in altum, et laxáte rétia vestra in captúram. Et respóndens Simon, dixit illi : Praecéptor, per totam noctem laborántes, nihil cépimus : in verbo autem tuo laxábo rete. Et cum hoc fecíssent, conclusérunt píscium multitúdinem copiósam : rumpebátur autem rete eórum. Et annuérunt sóciis, qui erant in ália navi, ut veníirent, et adjuvárent eos. Et venérunt, et implevérunt ambas navículas, ita ut pene mergeréntur. Quod cum vidéret Simon Petrus, prócidit ad génua Jesu, dicens : Exi a me, quia homo peccátor sum, Dómine. Stupor enim circumdéderat eum, et omnes, qui cum illo erant, in captúra píscium, quam céperant : simíliter autem Jacóbum et Joánnem, fílios Zebedaéi, qui erant sócii Simónis. Et ait ad Simónem Jesus : Noli timére : ex hoc jam hómines eris cápiens. Et subdúctis ad terram návibus, relíctis ómnibus, secúti sunt eum. Credo.

Offert. 4.

I L-lú- mi- na * ó-cu- los mé- os, ne-

quándo obdór- mi- am in mór- te : ne- quándo dí-cat in-i- mí- cus mé- us : Prae-vá- lu- i advér-sus é- um.

Secreta.

OBlatiónibus nostris, quaésumus Dómine, placáre suscéptis : et ad te nostras étiam rebélles compélle propítius voluntátes. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 2.

D Omi-nus * firmamén-tum mé- um, et re-fú- gi- um mé- um, et li- be- rá- tor mé- us : Dé- us mé- us adjú- tor mé- us.

Postcommunio.

MYstéria nos, Dómine quaésumus, sumpta puríficent : et suo múnere tueántur. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 1. g

P Raecéptor, * per tó-tam nóctem labo-rántes,

ni-hil cé-pimus : in vérbo autem tú- o laxábo ré-

te. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. g. 212. — *Oratio.* Da nobis. 832. *Deinde fit suffragium de Omnibus Sanctis.*

Dominica V. post Pentecosten.

AD MISSAM.

Intr. 4.

EX-áudi Dómi-ne * vó- cem mé- am, qua clamá- vi ad te : adjú- tor mé- us é- sto, ne de- re-línquas me, neque despí- cí- as me, Dé- us sa- lu-tá- ris mé- us. *Ps.* Dóminus illuminá-ti- o mé- a, * et sá-lus mé-a : quem timébo? Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui diligéntibus te bona invisibília praeparásti : † infúnde córdibus nostris tui amóris affléctum; ut te in ómnibus et super ómnia diligéntes, * promissiónes tuas, quae omne desidérium súperant, consequámur. Per Dóminum

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*

Lectio Epistolae beati Petri Apostoli. *1. Petr. 3. b.*

CAríssimi : Omnes unánimes in oratióne estóte, compatiéntes, fraternitátis amatóres, misericórdes, modésti, húmiles : non reddéntes malum pro malo, nec maledíctum pro maledícto; sed e contrário benedicéntes : quia in hoc vocáti estis, ut benedictiónem haereditáte possideátis. Qui enim vult vitam dilígere, et dies vidére bonos, coérceat linguam suam a malo, et lábia ejus ne loquántur dolum. Declínet a malo, et fáciat bonum : inquírat pacem, et sequátur eam. Quia óculi Dómini super justos, et aures ejus in preces eórum : vultus autem Dómini super faciéntes mala. Et quis est qui vobis nóceat, si boni aemulatóres fuéritis? Sed et si quid patímini propter justítiam, beáti. Timórem autem eórum ne timuéritis : et non conturbémini. Dóminum autem Christum sanctificáte in córdibus vestris.

Grad. 5.

PRo-té-ctor nó- ster * á- spi- ce Dé- us, et ré- spi- ce super sér-vos tú- os. ℣. Dómi-ne Dé-us virtú- tum, ex- áu- di pré- ces servó- rum * tu-ó- rum.

6.

AL-le- lú- ia. * *ij.*

℣. Dó- mi- ne, in vir- tú- te tú- a laetá- bi- tur rex : et su- per sa-lu- tá- re tú- um exsul- tá- bit * ve- he- mén- ter.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 5.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Nisi abundáverit justítia vestra plus quam scribárum et pharisaeórum, non intrábitis in regnum caelórum. Audístis, quia dictum est antíquis : Non occídes : qui autem occíderit, reus erit judício. Ego autem dico vobis : quia omnis, qui iráscitur fratri suo, reus erit judício. Qui autem díxerit fratri suo, raca : reus erit concílio. Qui autem díxerit, fátue : reus erit gehénnae ignis. Si ergo offers munus tuum ad altáre, et ibi recordátus fúeris, quia frater tuus habet áliquid advérsum te : relínque ibi munus tuum ante áltare, et vade prius reconciliári fratri tuo : et tunc véniens ófferes munus tuum.

Credo.

Offert. 1.

B Ene-dí-cam Dó- mi-num, * qui mí- hi trí-bu- it intel-lé- ctum : providébam Dé- um in conspé-ctu mé- o sem- per : quóni- am

a déx- tris est mí- hi, ne commó- ve- ar.

Secreta.

PRopitiáre, Dómine, supplicatiónibus nostris : et has oblatiónes famulórum famularúmque tuárum benígnus assúme; ut, quod sínguli obtulérunt ad honórem nóminis tui, cunctis profíciat ad salútem. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 7.

U -nam pé- ti- i * a Dó-mi-no, hanc re- quí- ram : ut inhábi-tem in dó-mo Dómi-ni ómnibus di- é-bus ví-tae mé- ae.

Postcommunio.

QUos caeléstí, Dómine, dono satiásti : praesta, quaésumus; ut a nostris mundémur occúltis, et ab hóstium liberémur insídiis. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 1. D

S I óffers * múnus tú- um ante altá- re, et recordátus fú-e-ris qui- a fráter tú- us hábet á-liquid

advérsum te : re-línque ibi múnus tú-um ante altá- re,

et váde pri- us reconci-li- á-ri frátri tú-o : et tunc

véni- ens ófferes múnus tú- um, alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. I. D. 212. — *Oratio.* Deus, qui diligéntibus. 836.

Dominica VI. post Pentecosten.

AD MISSAM.

Intr. 2.

DOminus * for-ti-túdo plé-bis sú- ae, et proté-

ctor sa- lu-tá- ri- um Chrí-sti sú- i est : sálvum

fac pópulum tú- um, Dómi- ne, et bénedic hae-

redi- tá-ti tú- ae, et róge é- os usque in saé-

cu- lum. *Ps.* Ad te Dómine clamábo, Dé-us mé-us ne sí-

le- as a me : * nequándo táce-ás a me, et assi-mi-lábor de-

scendéntibus in lá-cum. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

DEus virtútum, cujus est totum quod est óptimum : † ínsere pectóribus nostris amórem tui nóminis, et praesta in nobis religiónis augméntum; * ut quae sunt bona, nútrias, ac pietátis stúdio, quae sunt nutríta, custódias. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Romanos. *Rom. 6.*

FRatres : Quicúmque baptizáti sumus in Christo Jesu, in morte ipsíus baptizáti sumus. Consepúlti enim sumus cum illo per baptísmum in mortem : ut quómodo Christus surréxit a mórtuis per glóriam Patris, ita et nos in novitáte vitae ambulémus. Si enim complantáti facti sumus similitúdini mortis ejus : simul et resurrectiónis érimus. Hoc sciéntes, quia vetus homo noster simul crucifíxus est : ut destruátur corpus peccáti, et ultra non serviámus peccáto. Qui enim mórtuus est, justificátus est a peccáto. Si autem mórtui sumus cum Christo : crédimus quia simul étiam vivémus cum Christo : sciéntes quod Christus resúrgens ex mórtuis, jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. Quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel : quod autem vivit, vivit Deo. Ita et vos existimáte, vos mórtuos quidem esse peccáto, vivéntes autem Deo : in Christo Jesu Dómino nostro.

Grad. 5.


COnvér- te-re * Dó- mi-ne a-liquántu-

lum, et depre-cá- re super sér-vos tú- os.

℣. Dómi-ne

re-fú- gi- um fáctus es nó- bis, a gene-

ra-ti- ó- ne * et progé- ni- e.



✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.** *Marc. 8.*


In illo témpore : Cum turba multa esset cum Jesu, nec habérent *quod manducárent, convocátis discípulis, ait illis : Miséreor super turbam : quia ecce jam tríduo sústinent me, nec habent quod mandúcent : et si dimísero eos jejúnos in domum suam, defícient in via : quidam enim ex eis de longe venérunt.* Et respondérunt ei discípuli sui : Unde illos quis póterit hic saturáre pánibus in solitúdine? Et interrogávit eos : Quot panes habétis? Qui dixérunt : Septem. Et praecépit turbae discúmbere super terram. Et accípiens septem panes, grátias agens fregit, et dabat discípulis suis, ut appónerent, et apposuérunt turbae. Et habébant pisciculos paucos : et ipsos benedíxit, et jussit appóni. Et manducavérunt, et saturáti sunt, et sustulérunt quod superáverat de fragméntis, septem sportas. Erant autem qui manducáverant, quasi quátuor míllia : et dimísit eos. Credo.

Offertorium. Pérfice gréssus méos. 456.

Secreta.

Propitiáre, Dómine, supplicatiónibus nostris, et has pópuli tui oblatiónes benignus assúme : et ut nullíus sit írritum votum, nullíus vácua postulátio, praesta ; ut quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*




Postcommunio.

Repléti sumus, Dómine, munéribus tuis : tríbue, quaésumus ; ut eórum et mundémur effćtu, et muniámur auxílio. Per Dóminum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*


AD VESPERAS.




Cant. Magníficat. 7. b. 216. — *Oratio.* Deus virtútum. 841.


Dominica VII. post Pentecosten.

AD MISSAM.






jubi- lá- te Dé- o in vóce exsulta-ti- ó- nis.



Ps. Quóni- am Dóminus excélsus, terrí-bi-lis : * Rex mágnus



super ómnem térram. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.


Deus, cujus providéntia in sui dispositióne non fállitur : † te súpplices exorámus ; ut nóxia cuncta submóveas, * et ómnia nobis profutúra concédas. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Romanos. *Rom. 6. d.*

Fratres : Humánum dico, propter infirmitátem carnis vestrae : sicut enim exhibuístis membra vestra servíre immundítiae, et iniquitáti ad iniquitátem, ita nunc exhibéte membra vestra servíre justítiae in sanctificatiónem. Cum enim servi essétis peccáti, líberi fuístis justítiae. Quem ergo fructum habuístis tunc in illis, in quibus nunc erubéscitis? Nam finis illórum mors est. Nunc vero liberáti a peccáto, servi autem facti Deo, habétis fructum vestrum in sanctificatiónem, finem vero vitam aetérnam. Stipéndia enim peccáti mors. Grátia autem Dei, vita aetérna, in Christo Jesu Dómino nostro.


Grad. 5.




Vení- te fí- li- i, * audí- te me : timó-rem




Dómi-ni docébo vos. ℣. Accédi-te



ad é- um, et




illumi-námi-ni : et fá-ci- es véstrae * non con- fun-




déntur.


1.




Alle- lú- ia. * ij.




℣. Omnes gén- tes pláu-




di- te má-



ni- bus : ju-bi-lá- te Dé- o in vó-




ce * exsulta- ti- ó-nis.



✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.** *Matth. 7.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Atténdite a falsis prophétis, qui véniunt ad vos in vestiméntis óvium, intrínsecus autem sunt lupi rapáces : a frúctibus eórum cognoscétis eos. Numquid cólligunt de spinis uvas, aut de tríbulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit : mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus fácere : neque arbor mala bonos fructus fácere. Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidétur, et in ignem mittétur. Igitur ex frúctibus eórum cognoscétis eos. Non omnis, qui dicit mihi, Dómine, Dómine, intrábit in regnum caelórum : sed qui facit voluntátem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrábit in regnum caelórum. Credo.

Offert. 5.




Secreta.

Deus, qui legálium differéntiam hostiárum, uníus sacrifícii perfectióne sanxísti : áccipe sacrifícium a devótis tibi fámulis, et pari benedictióne, sicut múnera Abel, sanctífica : ut, quod sínguli obtulérunt ad majestátis tuae honórem, cunctis profíciat ad salútem. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 4.




Postcommunio.

Tua nos, Dómine, medicinális operátio, et a nostris perversitátibus cleménter expédiat, et ad ea quae sunt recta, perdúcat. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 1. D



Cant. Magníficat. I. D. 212. — *Oratio.* Deus, cujus providéntia. 844.

Dominica VIII. post Pentecosten.

AD MISSAM.

Introitus. Suscépimus Deus. *ut in Festo Purificationis B. M. V., die 2. Februarii.*

Oratio.


Largíre nobis, quaésumus Dómine, semper spíritum cogitándi quae recta sunt, propítius, et agéndi : ut qui sine te esse non póssumus, secúndum te vívere valeámus. Per Dóminum.


2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Romanos. *Rom. 8. c.*

Fratres : Debitóres sumus non carni, ut secúndum carnem vivámus. Si enim secúndum carnem vixéritis, moriémini : si autem spíritu facta carnis mortificavéritis, vivétis. Quicúmque enim spíritu Dei agúntur, ii sunt fílii Dei. Non enim accepístis spíritum servitútis íterum in timóre, sed accepístis spíritum adoptiónis filiórum, in quo clamámus : Abba (Pater). Ipse enim Spíritus testimónium reddit spirítui nostro, quod sumus fílii Dei. Si autem fílii, et haerédes : haerédes quidem Dei, cohaerédes autem Christi.

Grad. 5.






✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 16.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc : Homo quidam erat dives, qui habébat víllicum : et hic diffamátus est apud illum, quasi dissipásset bona ípsius. Et vocávit illum, et ait illi : Quid hoc áudio de te? redde ratiónem villicatiónis tuae : jam enim non póteris villicáre. Ait autem víllicus intra se : Quid fáciam, quia dóminus meus aufert a me villicatiónem? fódere non váleo, mendicáre erubésco. Scio quid fáciam, ut, cum amótus fúero a villicatióne, recípiant me in domos suas. Convocátis ítaque síngulis debitóribus dómini sui, dicébat primo : Quantum debes dómino meo? At ille dixit : Centum cados ólei. Dixítque illi : Accipe cautiónem tuam : et sede cito, scribe quinquagínta. Deínde álii dixit : Tu vero quantum debes? Qui ait : Centum coros trítici. Ait illi : Accipe lítteras tuas, et scribe octogínta. Et laudávit dóminus víllicum iniquitátis, quia prudénter fecísset : quia fílii hujus saéculi prudentióres fíliis lucis in generatióne sua sunt. Et ego vobis dico : fácite vobis amícos de mammóna iniquitátis : ut, cum defecéritis, recípiant vos in aetérna tabernácula.

Credo.

Offert. 5.




Secreta.

Suscipe, quaésumus Dómine, múnera, quae tibi de tua largitáte deférimus : ut haec sacrosáncta mystéria, grátiae tuae operánte virtúte, et praeséntis vitae nos conversatióne sanctíficent, et ad gáudia sempitérna perdúcant. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 3.



est Dómi- nus : be- á-tus vir qui spé-rat in é- o.

Postcommunio.

SIT nobis, Dómine, reparátio mentis et córporis caeléste mystérium : ut, cujus exséquimur cultum, sentiámus effectum. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 4. E

QUid fá-ci- am, * qui-a dóminus mé- us áufert a me villi-ca-ti-ó-nem? fó-de-re non vá-le- o, mendi-cá-re e-ru-bésco : sci- o quid fá-ci- am, ut cum amótus fú-ero a vil-li-ca-ti-óne, re-cí-pi- ant me in dómos sú- as. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 4. E. 215. — *Oratio.* Largíre nobis. 847.

Dominica IX. post Pentecosten.

AD MISSAM.

Intr. 5.

ECce Dé- us * ádju-vat me, et Dó-mi-nus sus-

céptor est ánimae mé- ae : avérte má- la in-i-mí- cis mé- is, in ve-ri-tá-te tú- a dispérde íl-los, pro-téctor mé- us Dómi- ne. *Ps.* Dé-us in nómine tú-o sálvum me fac : * et in virtú-te tú-a jú-dica me. Gló-ri-a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

PAteant aures misericórdiae tuae Dómine précibus supplicántium : † et ut peténtibus desideráta concédas, * fac eos quae tibi sunt plácita postuláre. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *1. Cor. 10.*

FRatres : Non simus concupiscéntes malórum, sicut et illi concupiérunt. Neque idololátrae efficiámini, sicut quidam ex ipsis : quemádmodum scriptum est : Sedit pópulus manducáre et bíbere, et surrexérunt lúdere. Neque fornicémur, sicut quidam ex ipsis fornicáti sunt, et cecidérunt una die vigínti tria míllia. Neque tentémus Christum, sicut quidam eórum tentavérunt, et a serpéntibus periérunt. Neque murmuravéritis, sicut quidam eórum murmuravérunt, et periérunt ab exterminatóre. Haec autem ómnia in figúra contingébant illis : scripta sunt autem ad correptiónem nostram, in quos fines saeculórum devenérunt. Itaque qui se exístimat stare, vídeat ne cadat. Tentátio vos non apprehéndat, nisi humána : fidélis autem Deus est, qui non patiétur vos tentári supra id quod potéstis, sed fáciet étiam cum tentatióne provéntum, ut possítis sustinére.

Grad. 5.

DOmine * Dó-mi-nus nóster, quam ad-





✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 19. f.*

In illo témpore : Cum appropinquáret Jesus Jerúsalem, videns civitátem, flevit super illam, dicens : Quia si cognovísses et tu, et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi, nunc autem abscóndita sunt ab óculis tuis. Quia vénient dies in te : et circúmdabunt te inimíci tui vallo, et circúmdabunt te : et coangustábunt te úndique : et ad terram prostérnent te, et fílios tuos, qui in te sunt, et non relínquent in te lápidem super lápidem : eo quod non cognóveris tempus visitatiónis tuae. Et ingréssus in templum, coepit ejícere vendéntes in illo, et eméntes, dicens illis : Scriptum est : Quia domus mea domus oratiónis est. Vos autem fecístis illam spelúncam latrónum. Et erat docens quotídie in templo. Credo.


Offertorium. Justítiae Dómini. 494.

Secreta.

Concéde nobis, quaésumus Dómine, haec digne frequentáre mystéria : quia, quóties hujus hóstiae commemorátio celebrátur, opus nostrae redemptiónis exercétur. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 6.




Postcommunio.

Tui nobis, quaésumus Dómine, commúnio sacraménti, et purificatiónem cónferat, et tríbuat unitátem. Per Dóminum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 8. G



íllam spe-lúncam latró- num ; et é- rat quotí-di- e

dó- cens in témplo. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217. — *Oratio.* Páteant aures. 851.

Dominica X. post Pentecosten.

AD MISSAM.

Intr. 3.

DUM clamá-rem * ad Dó-minum, exaudí- vit vó-

cem mé- am, ab his qui appro-pínquant mí-

hi : et humi- li- á- vit é- os, qui est ante saé-cu-

la, et má- net in ae- tér- num : iá-cta cogi-tá-tum

tú-um in Dómi- no, et ípse te e- nú-

tri- et. *Ps.* Exáudi Dé-us ora-ti- ónem mé- am, et ne

despéxe-ris depreca-ti- ónem mé- am : * inténde mí-hi,

et exáudi me. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui omnipoténtiam tuam parcéndo máxime et miserándo maniféstas : † multíplica super nos misericórdiam tuam; ut ad tua promíssa curréntes, * caeléstium bonórum fácias esse consórtes. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *1. Cor. 12.*

FRatres : Scitis quóniam cum gentes essétis, ad simulácra muta prout ducebámini eúntes. Ideo notum vobis fácio, quod nemo in Spíritu Dei loquens, dicit anathéma Jesu. Et nemo potest dícere, Dóminus Jesus, nisi in Spíritu Sancto. Divisiónes vero gratiárum sunt, idem autem Spíritus. Et divisiónes ministratiónum sunt, idem autem Dóminus. Et divisiónes operatiónum sunt, idem vero Deus, qui operátur ómnia in ómnibus. Unicuíque autem datur manifestátio Spíritus ad utilitátem. Alii quidem per Spíritum datur sermo sapiéntiae : álii autem sermo sciéntiae secúndum eúmdem Spíritum : álteri fides in eódem Spíritu : álii grátia sanitátum in uno Spíritu : álii operátio virtútum, álii prophetía, álii discrétio spirítuum, álii génera linguárum, álii interpretátio sermónum. Haec autem ómnia operátur unus atque idem Spíritus, dívidens síngulis prout vult.

Grad. 1.


CUstódi me, * Dó- mi- ne,

ut pupíl- lam ócu- li :

sub úmbra a-lá- rum tu- á- rum

pró- te- ge

me. ℣. De vúltu tú- o



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 18. b.*

In illo témpore : Dixit Jesus ad quosdam, qui in se confidébant tamquam justi, et aspernabántur céteros, parábolam istam : Duo hómines ascendérunt in templum ut orárent : unus pharisaéus, et alter publicánus. Pharisaéus stans, haec apud se orábat : Deus, grátias ago tibi, quia non sum sicut céteri hóminum : raptóres, injústi, adúlteri : velut étiam hic publicánus. Jejúno bis in sábbato : décimas do ómnium, quae possídeo. Et publicánus a longe stans, nolébat nec óculos ad caelum leváre : sed percutiébat pectus suum, dicens : Deus, propítius esto mihi peccatóri. Dico vobis : descéndit hic justificátus in domum suam ab illo : quia omnis qui se exáltat, humiliábitur : et qui se humíliat, exaltábitur. Credo.


Offertorium. Ad te Dómine levávi. 298.

Secreta.

Tibi, Dómine, sacrifícia dicáta reddántur : quae sic ad honórem nóminis tui deferénda tribuísti, ut éadem remédia fíeri nostra praestáres. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 4.




Postcommunio.


Quaésumus, Dómine Deus noster : ut quos divínis reparáre non désinis sacraméntis, tuis non destítuas benígnus auxíliis. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*


AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 8. G





ab íllo : qui-a ómnis qui se ex-áltat, humi-li- ábi-tur :




et qui se humí-li- at, exaltá-bi-tur. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217. — *Oratio.* Deus, qui omnipoténtiam. 855.


Dominica XI. post Pentecosten.

AD MISSAM.


Intr. 5.




D E- us * in ló- co sáncto sú- o : Dé- us, qui in-




ha- bi- tá- re fá- cit unánimes in dó- mo : ípse




dábit virtú- tem et forti- tú- di- nem plé- bi



sú- ae. *Ps.* Exsúrgat Dé- us, et dissipéntur in-imí-ci é-jus : *



et fúgi- ant, qui odé-runt é-um, a fá-ci- e é-jus. Gló-ri- a



Pátri. E u o u a e.

Oratio.


Omnípotens sempitérne Deus, qui abundántia pietátis tuae, et mérita súpplicum excédis et vota : † effúnde super nos misericórdiam tuam ; ut dimíttas quae consciéntia métuit, * et adjícias quod orátio non praesúmit. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *1. Cor. 15.*

Fratres : Notum vobis fácio Evangélium, quod praedicávi vobis, quod et accepístis, in quo et statis, per quod et salvámini : qua ratióne praedicáverim vobis, si tenétis, nisi frustra credidístis. Trádidi enim vobis in primis, quod et accépi : quóniam Christus mórtuus est pro peccátis nostris secúndum Scriptúras : et quia sepúltus est, et quia resurréxit tértia die secúndum Scriptúras : et quia visus est Cephae, et post hoc úndecim. Deínde visus est plus quam quingéntis frátribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormiérunt. Deínde visus est Jacóbo, deínde Apóstolis ómnibus : novíssime autem ómnium tamquam abortívo, visus est et mihi. Ego enim sum mínimus Apostolórum, qui non sum dignus vocári Apóstolus, quóniam persecútus sum Ecclésiam Dei. Grátia autem Dei sum id quod sum, et grátia ejus in me vácua non fuit.


Grad. 5.




I N Dé- o * spe-rávit cor mé- um, et adjú- tus




sum : et refló-ru- it cá-ro mé- a : et ex




vo-luntá- te mé- a confi-té- bor íl-




li. ℣. Ad te, Dó- mine, clamá-vi :




Dé- us mé- us,




ne sí- le- as : ne discé- das * a me.




7.




A Lle- lú-ia. * ij.




℣. Exsultá- te Dé- o adju-tó-ri nó- stro, ju-



bi-lá-te Dé- o Já- cob : súmi- te psál-



mum jucúndum * cum cí-tha-ra.



✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.** *Marc. 7. d.*

IN illo témpore : Exiens Jesus de fínibus Tyri, venit per Sidónem ad mare Galilaéae inter médios fines Decapóleos. Et addúcunt ei surdum et mutum, et deprecabántur eum, ut impónat illi manum. Et apprehéndens eum de turba seórsum, misit dígitos suos in aurículas ejus : et éxspuens, tétigit linguam ejus : et suspíciens in caelum, ingémuit, et ait illi : Ephphetha, quod est adaperíre. Et statim apértae sunt aures ejus, et solútum est vínculum linguae ejus, et loquebátur recte. Et praecépit illis ne cui dícerent. Quanto autem eis praecipiébat, tanto magis plus praedicábant : et eo ámplius admirabántur, dicéntes : Bene ómnia fecit : et surdos fecit audíre, et mutos loqui. Credo.


Offertorium. Exaltábo te. 472.

Secreta.


RESpice, Dómine, quaésumus, nostram propítius servitútem : ut quod offérimus, sit tibi munus accéptum, et sit nostrae fragilitátis subsídium. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*


Comm. 6.




H Onó- ra * Dó- mi-num de tú- a sub- stán-



ti- a, et de primí-ti- is frú-gum tu- á- rum :



ut imple- án-tur hórre-a tú- a sa- tu-ri-tá- te, et



ví- no torcu-lá-ri- a red- un- dá- bunt.


Postcommunio.

SEntiámus, quaésumus Dómine, tui perceptióne sacraménti, subsídium mentis et córporis : ut in utróque salváti, caeléstis remédii plenitúdine gloriémur. Per Dóminum.


2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 5. a



B Ene ómni- a fé-cit : * súrdos fé-cit audí-re,




et mútos lóqui. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 5. a. 215. — *Oratio.* Omnípotens sempitérne. 858.


Dominica XII. post Pentecosten.

AD MISSAM.

Intr. 7.



D E- us * in adjutó- ri-um mé- um in- tén-



de : Dómine ad ad-juván-dum me fe- stí-na : con-

fundántur et revere- án-tur in-imí-ci mé- i, qui quaérunt ánimam mé- am. *Ps.* A- vertántur retrórsum et erubéscant, * qui vó-lunt mí-hi má- la. Gló- ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

Omnípotens et miséricors Deus, de cujus múnere venit, ut tibi a fidélibus tuis digne et laudabíliter serviátur : † tríbue quaésumus nobis, * ut ad promissiónes tuas sine offensióne currámus. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *2. Cor. 3.*

Fratres : Fidúciam talem habémus per Christum ad Deum : non quod sufficiéntes simus cogitáre áliquid a nobis, quasi ex nobis; sed sufficiéntia nostra ex Deo est : qui et idóneos nos fecit minístros novi testaménti; non líttera, sed spíritu : líttera enim occídit, spíritus autem vivíficat. Quod si ministrátio mortis, lítteris deformáta in lapídibus, fuit in glória; ita ut non possent inténdere fílii Israel in fáciem Móysi, propter glóriam vultus ejus, quae evacuátur; quómodo non magis ministrátio spíritus erit in glória? Nam si ministrátio damnatiónis glória est : multo magis abúndat ministérium justítiae in glória.

Grad. 7.

Benedícam * Dómi-num in ómni témpo- re : semper laus é- jus


in ó- re mé- o. ℣. In Dómi- no laudábi- tur á- ni- ma mé- a : áudi- ant mansu-é- ti, * et laeténtur.


3. Alle- lú- ia. * *ij.* ℣. Dó-minus Dé- us sa- lú- tis mé- ae, in dí- e clamá- vi, et nó-cte * co- ram te.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 10. b.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Beáti óculi, qui vident quae vos vidétis. Dico enim vobis, quod multi prophétae et reges voluérunt vidére quae vos vidétis, et non vidérunt; et audíre quae audítis, et non audiérunt. Et ecce quidam legisperítus surréxit, tentans illum, et dicens : Magíster, quid faciéndo vitam aetérnam possidébo? At ille dixit ad eum : In lege quid scriptum est? quómodo legis? Ille respóndens dixit : Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex ómnibus víribus tuis, et ex omni mente tua : et próximum tuum sicut teípsum. Dixítque illi : Recte respondísti : hoc fac, et vives. Ille autem volens justificáre seípsum, dixit ad Jesum : Et quis est meus próximus? Suscípiens autem Jesus, dixit : Homo quidam descendébat ab Jerúsalem in Jéricho, et íncidit in latrónes, qui étiam despoliavérunt eum : et plagis impósitis abiérunt, semivívo relícto. Accidit autem, ut sacérdos quidam descénderet eádem via : et viso illo, praeterívit. Simíliter et levíta, cum esset secus locum, et vidéret eum, pertránsiit. Samaritánus autem quidam iter fáciens, venit secus eum : et videns eum, misericórdia motus est. Et apprópians, alligávit vúlnera ejus, infúndens óleum et vinum : et impónens illum in juméntum suum, duxit in stábulum, et curam ejus egit. Et áltera die prótulit duos denários, et dedit stabulário, et ait : Curam illíus habe : et quodcúmque supererogáveris, ego cum rediéro, reddam tibi. Quis horum trium vidétur tibi próximus fuísse illi, qui íncidit in latrónes? At ille dixit : Qui fecit misericórdiam in illum. Et ait illi Jesus : Vade, et tu fac simíliter. Credo.

Offert. 8.







Secreta.

Hostias, quaésumus Dómine, propítius inténde, quas sacris altáribus exhibémus : ut nobis indulgéntiam largiéndo, tuo nómini dent honórem. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 6.





in ó-le- o, et pá-nis cor hómi-nis confírmet.


Postcommunio.

Vivíficet nos, quaésumus Dómine, hujus participátio sancta mystérii : et páriter nobis expiatiónem tríbuat, et munímen. Per Dóminum.


2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.


Ad Magnif. Ant. 8. G




Homo quídam * descendébat ab Jerúsa-lem



in Jé-richo, et ínci-dit in latrónes : qui ét-i- am



despo-li- a-vérunt é-um, et plágis impó-si-tis abi- é-runt,




semi-vívo re-lí-cto. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217. — *Oratio.* Omnípotens et místericors. 862.


Dominica XIII. post Pentecosten.

AD MISSAM.


Intr. 7.




Respi-ce, * Dó- mine, in te-stamén- tum tú- um,




et á- nimas páuperum tu-ó-rum ne de-re-línquas in




fí- nem : exsúr-ge Dó-mi- ne, et jú-di-ca cáu- sam




tú- am : et ne obli- viscá- ris vó- ces quaerén-



ti- um te. *Ps.* Ut quid Dé- us repu-lísti in fí-nem : *



i-rá-tus est fúror tú-us super óves páscu-ae tú- ae?



Gló- ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.


Omnípotens sempitérne Deus, da nobis fídei, spei, et caritátis augméntum : † et ut mereámur ássequi quod promíttis, * fac nos amáre quod praécipis. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Galatas. *Gal. 3. c.*


Fratres : Abrahae dictae sunt promissiónes, et sémini ejus. Non dicit : Et semínibus, quasi in multis : sed quasi in uno : Et sémini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico : testaméntum confirmátum a Deo, quae post quadringéntos et trigínta annos facta est lex, non írritum facit ad evacuándam promissiónem. Nam si ex lege haeréditas, jam non ex promissióne. Abrahae autem per repromissiónem donávit Deus. Quid ígitur lex? Propter transgressiónes pósita est, donec veníret semen, cui promíserat, ordináta per Angelos in manu mediatóris. Mediátor autem uníus non est : Deus autem unus est. Lex ergo advérsus promíssa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quae posset vivificáre, vere ex lege esset justítia. Sed conclúsit Scriptúra ómnia sub peccáto, ut promíssio ex fide Jesu Christi darétur credéntibus.

Grad. 5.



Respi-ce, * Dómi-ne, in testamén-tum






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 17. c.*

IN illo témpore : Dum iret Jesus in Jerúsalem, transíbat per médiam Samaríam et Galilaéam. Et cum ingrederétur quoddam castéllum, occurrérunt ei decem viri leprósi, qui stetérunt a longe; et levavérunt vocem dicéntes : Jesu praecéptor, miserére nostri. Quos ut vidit, dixit : Ite, osténdite vos sacerdótibus. Et factum est, dum irent, mundáti sunt. Unus autem ex illis, ut vidit quia mundátus est, regréssus est, cum magna voce magníficans Deum, et cécidit in fáciem ante pedes ejus, grátias agens : et hic erat Samaritánus. Respóndens autem Jesus, dixit : Nonne decem mundáti sunt? et novem ubi sunt? Non est invéntus qui redíret, et daret glóriam Deo, nisi hic alienígena. Et ait illi : Surge, vade; quia fides tua te salvum fecit. Credo.

Offert. 2.




Secreta.

PRopitiáre, Dómine, pópulo tuo, propitiáre munéribus : ut hac oblatióne placátus, et indulgéntiam nobis tríbuas, et postuláta concédas. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 5.



ne, habéntem ómne de- le-cta-mén- tum, et ómnem sa-

pó- rem su- a- vi- tá- tis.

Postcommunio.

SUmptis, Dómine, caeléstibus sacraméntis : ad redemptiónis aetérnae, quaésumus, proficiámus augméntum. Per Dóminum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 1. D 2

U-nus autem ex íllis, * ut ví-dit qui- a mun-

dá-tus est, regréssus est, cum mágna vó- ce magní- ficans

Dé- um, alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D 2. 212. — *Oratio.* Omnípotens sempitérne. 867.

Dominica XIV. post Pentecosten.

AD MISSAM.

Intr. 4.

P Ro-té- ctor nó- ster * áspi-ce, Dé- us, et

réspice in fá- ci- em Chrí- sti tú- i : qui- a

mé- li- or est dí- es ú- na in átri- is tú- is

su-per míl- li- a. *Ps.* Quam di-lécta taberná-

cu-la tú-a, Dómi-ne virtútum! * concupíscit, et dé-fi-cit

ánima mé-a in átri- a Dómi-ni. Gló-ri- a Pátri.

E u o u a e.

Oratio.

CUstódi Dómine, quaésumus, Ecclésiam tuam propitiatióne perpétua : † et quia sine te lábitur humána mortálitas, * tuis semper auxíliis et abstrahátur a nóxiis, et ad salutária dirigátur. Per Dóminum.


2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Galatas. *Gal. 5.*

FRatres : Spíritu ambuláte, et desidéria carnis non perficiétis. Caro enim concupíscit advérsus spíritum, spíritus autem advérsus carnem : haec enim sibi ínvicem adversántur, ut non quaecúmque vultis, illa faciátis. Quod si spíritu dúcímini, non estis sub lege. Manifésta sunt autem ópera carnis, quae sunt fornicátio, immundítia, impudicítia, luxúria, idolórum sérvitus, venefícia, inimicítiae, contentiónes, aemulatiónes, irae, rixae, dissensiónes, sectae, invídiae, homicídia, ebrietátes, comessatiónes, et his simília : quae praedíco vobis, sicut praedíxi : quóniam, qui tália agunt, regnum Dei non consequéntur. Fructus autem Spíritus est : cáritas, gáudium, pax, patiéntia, benígnitas, bónitas, longanímitas, mansuetúdo, fides, modéstia, continéntia, cástitas. Advérsus hujúsmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixérunt cum vítiis et concupiscéntiis.

Grad. 5.


B Onum est * confí-de-re in Dó- mi-no,



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 6.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Nemo potest duóbus dóminis servíre : aut enim unum ódio habébit, et álterum díliget : aut unum sustinébit, et álterum contémnet. Non potéstis Deo servíre, et mammónae. Ideo dico vobis, ne sollíciti sitis ánimae vestrae quid manducétis, neque córpori vestro quid induámini. Nonne ánima plus est quam esca : et corpus plus quam vestiméntum? Respícite volatília caeli, quóniam non serunt, neque metunt, neque cóngregant in hórrea : et Pater vester caeléstis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cógitans, potest adjícere ad statúram suam cúbitum unum? Et de vestiménto quid sollíciti estis? Consideráte lília agri quómodo crescunt : non labórant, neque nent. Dico autem vobis, quóniam nec Sálomon in omni glória sua coopértus est sicut unum ex istis. Si autem foenum agri, quod hódie est, et cras in clíbanum míttitur, Deus sic vestit : quanto magis vos módicae fídei? Nolíte ergo sollíciti esse, dicéntes : Quid manducábimus, aut quid bibémus, aut quo operiémur? Haec enim ómnia gentes inquírunt. Scit enim Pater vester, quia his ómnibus indigétis. Quaérite ergo primum regnum Dei, et justítiam ejus : et haec ómnia adjiciéntur vobis. Credo.

Offert. 8.





Secreta.

COncéde nobis, Dómine, quaésumus, ut haec hóstia salutáris, et nostrórum fiat purgátio delictórum, et tuae propitiátio potestátis. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 8.





adji-ci-éntur vó- bis, dí- cit Dómi- nus.


Postcommunio.

Puríficent semper et múniant tua sacraménta nos, Deus : et ad perpétuae ducant salvatiónis efféctum. Per Dóminum.


2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.


Ad Magnif. Ant. 1. g



Quaéri-te primum * régnum Dé- i, et justí-



ti- am é-jus : et haec ómni- a adji- ci- éntur vó-bis, alle-




lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. g. 212. — *Oratio.* Custódi Dómine. 871.


Dominica XV. post Pentecosten.

AD MISSAM.


Intr. 1.




Inclí-na, * Dó-mi-ne, áurem tú- am ad me,




et ex- áudi me : sálvum fac sérvum tú- um, Dé- us




mé- us, spe-rántem in te : mi-se- ré-re mí-hi, Dómi-




ne, quóni- am ad te clamá- vi tó- ta dí- e.



Ps. Laetí-fi-ca ánimam sérvi tú- i : * quó-ni- am ad te, Dó-



mine, ánimam mé- am levá- vi. Glóri- a Pátri.



E u o u a e.

Oratio.


Ecclésiam tuam Dómine miserátio continuáta mundet et múniat : † et quia sine te non potest salva consístere, * tuo semper múnere gubernétur. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Galatas. *Gal. 5. d.*

Fratres : Si spíritu vívimus, spíritu et ambulémus. Non efficiámur inánis glóriae cúpidi, ínvicem provocántes, ínvicem invidéntes. Fratres, et si praeoccupátus fúerit homo in áliquo delícto, vos, qui spirituáles estis, hujúsmodi instrúite in spíritu lenitátis, consíderans teípsum, ne et tu tentéris. Alter altérius ónera portáte, et sic adimplébitis legem Christi. Nam si quis exístimat se áliquid esse, cum nihil sit, ipse se sedúcit. Opus autem suum probet unusquísque, et sic in semetípso tantum glóriam habébit, et non in áltero. Unusquísque enim onus suum portábit. Commúnicet autem is, qui catechizátur verbo, ei qui se catechízat, in ómnibus bonis. Nolíte erráre : Deus non irridétur. Quae enim semináverit homo, haec et metet. Quóniam qui séminat in carne sua, de carne et metet corruptiónem : qui autem séminat in spíritu, de spíritu metet vitam aetérnam. Bonum autem faciéntes, non deficiámus : témpore enim suo metémus, non deficiéntes. Ergo dum tempus habémus, operémur bonum ad omnes, máxime autem ad domésticos fídei.


Grad. 5.



Bonum est * confi-té- ri Dómi-no :




et psálle-re nó- mini tú- o, Altís-



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 7. b.*


IN illo témpore : Ibat Jesus in civitátem, quae vocátur Naim : et ibant cum eo discípuli ejus, et turba copiósa. Cum autem appropinquáret portae civitátis, ecce defúnctus efferebátur fílius únicus matris suae : et haec vídua erat : et turba civitátis multa cum illa. Quam cum vidísset Dóminus, misericórdia motus super eam, dixit illi : Noli flere. Et accéssit, et tétigit lóculum. (Hi autem, qui portábant, stetérunt.) Et ait : Adoléscens, tibi dico, surge. Et resédit qui erat mórtuus, et coepit loqui. Et dedit illum matri suae. Accépit autem omnes timor : et magnificábant Deum dicéntes : Quia prophéta magnus surréxit in nobis : et quia Deus visitávit plebem suam. Credo.



Secreta.

TUA nos, Dómine, sacraménta custódiant : et contra diabólicos semper tueántur incúrsus. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*




Postcommunio.

MEntes nostras, et córpora possídeat, quaésumus Dómine, doni caeléstis operátio : ut non noster sensus in nobis, sed júgiter ejus praevéniat efféctus. Per Dóminum.


2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 4. A



PRophé-ta mágnus * surréxit in nóbis : et qui-a




Dé- us vi-si-tá-vit plébem sú- am. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 4. A. 215. — *Oratio.* Ecclésiam tuam. 875.


Dominica XVI. post Pentecosten.

AD MISSAM.


Intr. 8.




MI-se-ré-re mí-hi * Dó-mine, quóni- am ad te




clamá- vi tó-ta dí- e : quí- a tu Dómi-




ne su-á-vis ac mí-tis es, et copi- ó- sus in




mi-se-ri-cór- di- a ómni- bus invocánti-



bus te. *Ps.* Inclí-na Dómine áurem tú-am et exáudi me : *



quó-ni- am ínops et páu-per sum égo. Gló-ri- a Pátri.



E u o u a e.

Oratio.

TUA nos, quaésumus Dómine, grátia semper et praevéniat et sequátur: * ac bonis opéribus júgiter praestet esse inténtos. Per Dñum.


2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Ephesios. *Ephes. 3. c.*


FRatres : Obsecro vos, ne deficiátis in tribulatiónibus meis pro vobis : quae est glória vestra. Hujus rei grátia flecto génua mea ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi, ex quo omnis patérnitas in caelis et in terra nominátur, ut det vobis secúndum divítias glóriae suae, virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiórem hóminem, Christum habitáre per fidem in córdibus vestris : in caritáte radicáti, et fundáti, ut possítis comprehéndere cum ómnibus sanctis, quae sit latitúdo, et longitúdo, et sublímitas, et profúndum : scire étiam supereminéntem sciéntiae caritátem Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei. Ei autem, qui potens est ómnia fácere superabundánter quam pétimus, aut intellígimus, secúndum virtútem, quae operátur in nobis : ipsi glória in Ecclésia, et in Christo Jesu, in omnes generatiónes saéculi saeculórum. Amen.

Graduale. Timébunt géntes. 437.


1.




ALle-lú- ia. * *ij.* ℣. Can-




tá- te Dó- mi-no



cán- ti- cum nó- vum : qui- a mi-



ra-bí- li- a fé- cit * Dómi- nus.




✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 14.*

In illo témpore : Cum intráret Jesus in domum cujúsdam príncipis pharisaeórum sábbato manducáre panem, et ipsi observábant eum. Et ecce homo quidam hydrópicus erat ante illum. Et respóndens Jesus, dixit ad legisperítos et pharisaéos, dicens : Si licet sábbato curáre? At illi tacuérunt. Ipse vero apprehénsum sanávit eum ac dimísit. Et respóndens ad illos, dixit : Cujus vestrum ásinus, aut bos in púteum cadet, et non contínuo extrahet illum die sábbati? Et non póterant ad haec respondére illi. Dicébat autem et ad invitátos parábolam, inténdens quómodo primos accúbitus elígerent, dicens ad illos : Cum invitátus fúeris ad núptias, non discúmbas in primo loco, ne forte honorátior te sit invitátus ab illo, et véniens is, qui te et illum vocávit, dicat tibi : Da huic locum : et tunc incípias cum rubóre novíssimum locum tenére. Sed cum vocátus fúeris, vade, recúmbe in novíssimo loco : ut, cum vénerit qui te invitávit, dicat tibi : Amíce, ascénde supérius. Tunc erit tibi glória coram simul discumbéntibus : quia omnis qui se exáltat, humiliábitur : et qui se humíliat, exaltábitur.

Credo.

Offert. 6.





Secreta.

Munda nos, quaésumus Dómine, sacrifícii praeséntis efféctu : et pérfice miserátus in nobis; ut ejus mereámur esse partícipes. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 8.






Postcommunio.

Purífica, quaésumus Dómine, mentes nostras benígnus, et rénova caeléstibus sacraméntis : ut consequénter et córporum praesens páriter, et futúrum capiámus auxílium. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 7. a




Cant. Magníficat. 7. a. 216. — *Oratio.* Tua nos. 879.

Dominica XVII. post Pentecosten.

AD MISSAM.

Intr. 1.



tú- um : fac cum sérvo tú-o secúndum mi-se-ri-cór-

di-am tú- am. *Ps.* Be-á-ti immacu-lá-ti in ví- a : *

qui ámbu-lant in lé- ge Dómi- ni. Gló-ri- a Pátri.

E u o u a e.

Oratio.

DA, quaésumus Dómine, pópulo tuo diabólica vitáre contágia : * et te solum Deum pura mente sectári. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum*

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Ephesios. *Ephes. 4.*

FRatres : Obsecro vos ego vinctus in Dómino, ut digne ambulétis vocatióne, qua vocáti estis, cum omni humilitáte et mansuetúdine, cum patiéntia, supportántes ínvicem in caritáte, sollíciti serváre unitátem spíritus in vínculo pacis. Unum corpus, et unus spíritus, sicut vocáti estis in una spe vocatiónis vestrae. Unus Dóminus, una fides, unum baptísma. Unus Deus, et Pater ómnium, qui est super omnes, et per ómnia, et in ómnibus nobis. Qui est benedíctus in saécula saeculórum. Amen.

Grad. 1.

B E-á- ta gens, * cújus est Dóminus Dé-

us e- ó- rum : pó- pu- lus, quem e- lé-

git Dó- mi-nus in heredi-tá- tem sí-

bi. ℣. Vérbo Dó- mi-ni

caé- li firmá-ti sunt : et spí-

ri-tu ó- ris é-jus ó- mnis

vírtus * e- ó- rum.

7.

A Lle- lú- ia. * *ij.* ℣. Dó-

mine, exáudi o-ra- ti-ó- nem mé- am, et


clá-mor mé- us * ad te vé-ni- at.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 22.*

IN illo témpore : Accessérunt ad Jesum pharisaéi : et interrogávit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum : Magíster, quod est mandátum magnum in lege? Ait illi Jesus : Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota ánima tua, et in tota mente tua. Hoc est máximum et primum mandátum. Secúndum autem símile est huic : Díliges próximum tuum, sicut teípsum. In his duóbus mandátis univérsa lex pendet, et prophétae. Congregátis autem pharisaéis, interrogávit eos Jesus, dicens : Quid vobis vidétur de Christo? cujus fílius

est? Dicunt ei : David. Ait illis : Quómodo ergo David in spíritu vocat eum Dóminum, dicens : Dixit Dóminus Dómino meo : Sede a dextris meis, donec ponam inimícos tuos scabéllum pedum tuórum. Si ergo David vocat eum Dóminum, quómodo fílius ejus est? Et nemo póterat ei respondére verbum : neque ausus fuit quisquam ex illa die eum ámplius interrogáre. Credo.

Offert. 4.





Secreta.

Majestátem tuam, Dómine, supplíciter deprecámur : ut haec sancta, quae gérimus, et a praetéritis nos delíctis éxuant, et futúris. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 2.






Postcommunio.

Sanctificatiónibus tuis, omnípotens Deus, et vítia nostra curéntur, et remédia nobis aetérna provéniant. Per Dóminum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 4. E



Cant. Magníficat. 4. E. 215. — *Oratio*. Da, quaésumus. 882.

Dominica XVIII. post Pentecosten.

AD MISSAM.

Intr. 1.

DA pácem, * Dó- mi- ne, sus-tinéntibus te, ut prophétae tú- i fi-dé- les inve- ni- ántur : exáu- di pré- ces sérvi tú- i, et plébis tú- ae Is- ra- el. *Ps.* Laetá-tus sum in his quae dícta sunt mí-hi : * in dómum Dómi- ni í-bi- mus. Gló-ri- a Pátri. Eu o u a e.

Oratio.

Dirigat corda nostra, quaésumus Dómine, tuae miseratiónis operátio : * quia tibi sine te placére non póssumus. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *1. Cor. 1.*

Fratres : Grátias ago Deo meo semper pro vobis in grátia Dei, quae data est vobis in Christo Jesu : quod in ómnibus dívites facti estis in illo, in omni verbo, et in omni sciéntia : sicut testimónium Christi confirmátum est in vobis : ita ut nihil vobis desit in ulla grátia, exspectántibus revelatiónem Dómini nostri Jesu Christi, qui et confirmábit vos usque in finem sine crímine, in die advéntus Dómini nostri Jesu Christi.

Graduale. Laetátus sum. 499.

1.

AL- le- lú- ia. * *ij.*

℣. Ti- mé- bunt gén- tes nó- men tú- um, Dómi- ne : et ó-mnes ré- ges tér- rae gló- ri- am * tú- am.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 9.*

In illo témpore : Ascéndens Jesus in navículam, transfretávit, et venit in civitátem suam. Et ecce offerébant ei paralýticum jacéntem in lecto. Et videns Jesus fidem illórum, dixit paralýtico : Confíde, fili, remittúntur tibi peccáta tua. Et ecce quidam de scribis dixérunt intra se : Hic blasphémat. Et cum vidísset Jesus cogitatiónes eórum, dixit : Ut quid cogitátis mala in córdibus vestris? Quid est facílius, dícere : Dimittúntur tibi peccáta tua; an dícere : Surge, et ámbula? Ut autem sciátis, quia Fílius hóminis habet potestátem in terra dimitténdi peccáta, tunc ait paralýtico : Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. Et surréxit, et ábiit in domum suam. Vidéntes autem turbae timuérunt, et glorificavérunt Deum, qui dedit potestátem talem homínibus. Credo.

Offert. 5.

SAncti-fi- cá- vit * Mó-yses altá-re Dó- mi-no, óffe-rens su- per il- lud ho-lo- cáu-

sta, et ímmo- lans ví- cti-mas : fé-cit sa- cri- fí-

ci- um vesper- tí- num in o-dó-rem su-avi-tá- tis

Dómino Dé- o, in conspé- ctu fi-

li-órum Isra-el.

Secreta.

Deus, qui nos per hujus sacrifícii veneránda commércia, uníus summae divinitátis partícipes effícis : praesta, quaésumus; ut sicut tuam cognóscimus veritátem, sic eam dignis móribus assequámur. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 4.

Tollite hó- sti- as, * et intro- í- te in á-

tri- a é- jus : ado-rá- te Dómi-num in áu- la sán-

cta é- jus.

Postcommunio.

Grátias tibi reférimus, Dómine, sacro múnere vegetáti : tuam misericórdiam deprecántes; ut dignos nos ejus participatióne perfícias. Per Dóminum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 4. E

Tulit ergo * para-lý-ticus léctum sú-um in quo

jacébat, magní- fi-cans Dé- um : et ómnis plebs, ut ví-dit,

dé-dit láudem Dé- o. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 4. E. 215. — *Oratio.* Dírigat corda. 886.

Dominica XIX. post Pentecosten.

AD MISSAM.

Intr. 4.


Salus pópu- li * égo sum, dí-cit Dó-

mi- nus : de quacúmque tri- bu-la- ti- ó- ne clamá-

ve-rint ad me, exáudi- am é- os : et éro illó-

rum Dómi-nus in per- pé-tu- um. *Ps.* Attén-

di-te pópu-le mé- us légem mé-am : * inclináte áurem vé-



Oratio.


Omnípotens et miséricors Deus, univérsa nobis adversántia propitiátus exclúde : † ut mente et córpore páriter expedíti, * quae tua sunt, líberis méntibus exsequámur. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Ephesios. *Ephes. 4. c.*


Fratres : Renovámini spíritu mentis vestrae, et indúite novum hóminem, qui secúndum Deum creátus est in justítia, et sanctitáte veritátis. Propter quod deponéntes mendácium, loquímini veritátem unusquísque cum próximo suo : quóniam sumus ínvicem membra. Irascímini, et nolíte peccáre : sol non óccidat super iracúndiam vestram. Nolíte locum dare diábolo : qui furabátur, jam non furétur ; magis autem labóret, operándo mánibus suis, quod bonum est, ut hábeat unde tríbuat necessitátem patiénti.

Grad. 7.



2.






✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 22.*

In illo témpore : Loquebátur Jesus princípibus sacerdótum et pharisaéis in parábolis, dicens : Símile factum est regnum caelórum hómini regi, qui fecit núptias fílio suo. Et misit servos suos vocáre invitátos ad núptias, et nolébant veníre. Iterum misit álios servos, dicens : Dícite invitátis : Ecce prándium meum parávi, tauri mei et altília occísa sunt, et ómnia paráta : veníte ad núptias. Illi autem neglexérunt et abiérunt, álius in villam suam, álius vero ad negotiatiónem suam ; réliqui vero tenuérunt servos ejus, et contuméliis affectos occidérunt. Rex autem cum audísset, irátus est ; et missis exercítibus suis, pérdidit homicídas illos, et civitátem illórum succéndit. Tunc ait servis suis : Núptiae quidem parátae sunt, sed qui invitáti erant, non fuérunt digni. Ite ergo ad éxitus viárum, et quoscúmque invenéritis, vocáte ad núptias. Et egréssi servi ejus in vias, congregavérunt omnes, quos invenérunt, malos et bonos, et implétae sunt núptiae discumbéntium. Intrávit autem rex, ut vidéret discumbéntes, et vidit ibi hóminem non vestítum veste nuptiáli. Et ait illi : Amice, quómodo huc intrásti, non habens vestem nuptiálem? At ille obmútuit. Tunc dixit rex minístris : Ligátis mánibus et pédibus ejus, míttite eum in ténebras exterióres : ibi erit fletus, et stridor déntium. Multi enim sunt vocáti, pauci vero elécti. Credo.

Offert. 8.



mi-có- rum me-ó- rum extén- des má- num tú- am, et sálvum me fé- cit déxte-ra tú- a.

Secreta.

HAec múnera, quaésumus Dómine, quae óculis tuae majestátis offérimus, salutária nobis esse concéde. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 5.

TU mandásti * mandá- ta tú- a custo-dí- ri nimis : ú-tinam di- rigántur ví- ae mé-ae, ad cu- sto- di- én-das justi- fi-ca- ti- ó- nes tú- as.

Postcommunio.

TUA nos, Dómine, medicinális operátio, et a nostris perversitátibus cleménter expédiat, et tuis semper fáciat inhaerére mandátis. Per Dóminum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 3. a

INtrávit autem rex, * ut vidé-ret discumbén- tes, et ví-dit i-bi hóminem non vestí-tum véste nu-

pti- á-li, et á-it íl-li : Amí-ce, quómodo huc intrá-sti, non há-bens véstem nupti- á-lem? E u o u a e.

Cant. Magníficat. 3. a. 213. — *Oratio.* Omnípotens. 890.

Dominica XX. post Pentecosten.

AD MISSAM.

Intr. 3.

O-mni- a * quae fe-císti nó- bis, Dó-mi- ne, in vé- ro judí- ci- o fe- cí- sti, qui- a peccá- vimus tí- bi, et mandá-tis tú-is non obedí-vi- mus : sed da gló- ri- am nómini tú- o, et fac no-bíscum, secún-dum multi-tú- di- nem mi-se-ri-cór- di- ae tú- ae. *Ps.* Be-á-ti immacu-lá-ti in ví- a : * qui ámbu-lant in lé- ge Dómi-ni. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

Largíre, quaésumus Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam placátus et pácem : † ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, * et secúra tibi mente desérviant. Per Dóminum.


2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Ephesios. *Ephes. 5. d.*

Fratres : Vidéte quómodo caute ambulétis : non quasi insipiéntes, sed ut sapiéntes, rediméntes tempus, quóniam dies mali sunt. Proptérea nolíte fíeri imprudéntes, sed intelligéntes, quae sit volúntas Dei. Et nolíte inebriári vino, in quo est luxúria : sed implémini Spíritu Sancto, loquéntes vobismetípsis in psalmis, et hymnis, et cánticis spirituálibus, cantántes, et psalléntes in córdibus vestris Dómino : grátias agéntes semper pro ómnibus, in nómine Dómini nostri Jesu Christi, Deo et Patri. Subjécti ínvicem in timóre Christi.

Graduale. Oculi ómnium. 791.

3.



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 4. f.*

In illo témpore : Erat quidam régulus, cujus fílius infirmabátur Caphárnaum. Hic cum audísset, quia Jesus adveníret a Judaéa in Galilaéam, ábiit ad eum, et rogábat eum ut descénderet, et sanáret fílium ejus : incipiébat enim mori. Dixit ergo Jesus ad eum : Nisi signa et prodígia vidéritis, non créditis. Dicit ad eum régulus : Dómine, descénde priúsquam moriátur fílius meus. Dicit ei Jesus : Vade, fílius tuus vivit. Crédidit homo sermóni, quem dixit ei Jesus, et ibat. Jam autem eo descendénte, servi occurrérunt ei, et nuntiavérunt dicéntes, quia fílius ejus víveret. Interrogábat ergo horam ab eis, in qua mélius habúerit. Et dixérunt ei : Quia heri hora séptima relíquit eum febris. Cognóvit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Jesus : Fílius tuus vivit : et crédidit ipse, et domus ejus tota. Credo.

Offert. 1.




Secreta.

Caeléstem nobis praebeant haec mystéria, quaésumus Dómine, medicínam : et vítia nostri cordis expúrgent. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 4.




Postcommunio.

Ut sacris, Dómine, reddámur digni munéribus : fac nos, quaésumus, tuis semper obedíre mandátis. Per Dóminum.


2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.


Ad Magnif. Ant. 3. a



C Ognóvit autem pá-ter * qui- a ílla hó-ra é-rat,



in qua dí-xit Jé- sus : Fí-li- us tú-us ví- vit : et crédi-




dit ípse, et dómus é-jus tó-ta. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 3. a. 213. — *Oratio.* Largíre quaésumus. 894.


Dominica XXI. post Pentecosten.

AD MISSAM.


Intr. 4.




I N vo-luntá-te tú-a, * Dómi- ne, uni-vérsa sunt




pó- si- ta, et non est qui pós- sit re-sí- ste- re vo-




luntá-ti tú- ae : tu e-nim fe-cí- sti ómni- a,




caélum et térram, et u- ni-vérsa quae caé- li ámbi-



tu conti- néntur : Dó- minus u-ni-versó-rum



tu es. *Ps.* Be- á-ti immacu-lá-ti in ví- a : * qui



ámbu-lant in lége Dómini. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.


F Amíliam tuam, quaésumus Dómine, contínua pietáte custódi : † ut a cunctis adversitátibus te protegénte sit líbera, * et in bonis áctibus tuo nómini sit devóta. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Ephesios. *Ephes. 6. b.*

F Ratres : Confortámini in Dómino, et in poténtia virtútis ejus. Indúite vos armatúram Dei, ut possítis stare advérsus insídias diáboli. Quóniam non est nobis colluctátio advérsus carnem et sánguinem : sed advérsus príncipes et potestátes, advérsus mundi rectóres tenebrárum harum, contra spirituália nequítiae, in caeléstibus. Proptérea accípite armatúram Dei, ut possítis resístere in die malo, et in ómnibus perfécti stare. State ergo succíncti lumbos vestros in veritáte, et indúti lorícam justítiae, et calceáti pedes in praeparatióne Evangélii pacis : in ómnibus suméntes scutum fídei, in quo possítis, ómnia tela nequíssimi ígnea exstínguere : et gáleam salútis assúmite : et gládium spíritus, quod est verbum Dei.


Grad. 2.




D Omine, * re-fú- gi- um fá- ctus es




nó- bis, a gene-ra-ti- ó- ne




et progé-ni- e.




℣. Pri- úsquam món-



tes fí- e-rent, aut forma-ré-tur tér-




ra et órbis : a saé- cu-lo,



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 18.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc : Assimilátum est regnum caelórum hómini regi, qui vóluit ratiónem pónere cum servis suis. Et cum coepísset ratiónem pónere, oblátus est ei unus, qui debébat ei decem míllia talénta. Cum autem non habéret unde rédderet, jussit eum dóminus ejus venúmdari, et uxórem ejus, et fílios, et ómnia quae habébat, et reddi. Prócidens autem servus ille, orábat eum, dicens : Patiéntiam habe in me, et ómnia reddam tibi. Misértus autem dóminus servi illíus, dimísit eum, et débitum dimísit ei. Egréssus autem servus ille, invénit unum de consérvis suis, qui debébat ei centum denários : et tenens suffocábat eum, dicens : Redde quod debes. Et prócidens consérvus ejus, rogábat eum, dicens : Patiéntiam habe in me, et ómnia reddam tibi. Ille autem nóluit : sed ábiit, et misit eum in cárcerem, donec rédderet débitum. Vidéntes autem consérvi ejus quae fiébant, contristáti sunt valde : et venérunt, et narravérunt dómino suo ómnia, quae facta fúerant. Tunc vocávit illum dóminus suus, et ait illi : Serve nequam, omne débitum dimísi tibi, quóniam rogásti me : nonne ergo opórtuit et te miseréri consérvi tui, sicut et ego tui misértus sum? Et irátus dóminus ejus, trádidit eum tortóribus, quoadúsque rédderet univérsum débitum. Sic et Pater meus caeléstis fáciet vobis, si non remiséritis unusquísque fratri suo de córdibus vestris.


Credo.




Secreta.


Suscipe, Dómine, propítius hóstias : quibus et te placári voluísti, et nobis salútem poténti pietáte restítui. Per Dóminum nostrum.

Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*





me ju-dí-ci- um? in-íqui persecú-ti sunt me, ádju-



va me, Dómi-ne Dé- us mé- us.


Postcommunio.

Immortalitátis alimóniam consecúti, quaésumus Dómine : ut quod ore percépimus, pura mente sectémur. Per Dóminum.


2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.


Ad Magnif. Ant. 6. C




S Er- ve ne- quam, * ómne débi-tum dimí-si tí-



bi, quóni- am rogásti me : nonne ergo opórtu- it et te



mi-seré-ri consérvi tú- i, sic-ut et égo tú- i mi-sértus




sum? alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 6. C. 216. — *Oratio.* Famíliam tuam. 897.


Dominica XXII. post Pentecosten.

AD MISSAM.


Intr. 3.




S I in-íqui-tátes * observá- ve-ris Dó-mi- ne,




Dómine quis sus- ti-né- bit? qui- a apud te pro-pi-



ti- á- ti-o est, Dé- us Isra- el. *Ps.* De pro-



fúndis clamávi ad te Dómi-ne : * Dómine exáudi



vó-cem mé- am. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.


Deus, refúgium nostrum et virtus : † adésto piis Ecclésiae tuae précibus, auctor ipse pietátis, et praesta : * ut quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Philippenses. *Phil. 1.*

Fratres : Confídimus in Dómino Jesu, quia qui coepit in vobis opus bonum, perfíciet usque in diem Christi Jesu. Sicut est mihi justum hoc sentíre pro ómnibus vobis : eo quod hábeam vos in corde, et in vínculis meis, et in defensióne, et confirmatióne Evangélii sócios gáudii mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus, quómodo cúpiam omnes vos in viscéribus Jesu Christi. Et hoc oro, ut cáritas vestra magis ac magis abúndet in sciéntia, et in omni sensu : ut probétis potióra, ut sitis sincéri, et sine offénsa in diem Christi, repléti fructu justítiae per Jesum Christum in glóriam et laudem Dei.


Grad. 1.



E C- ce * quam bónum, et quam jucún- dum



habi- tá- re frá-tres in ú- num! ℣. Sic-



ut unguéntum in cápi-te

quod descén- dit in bár- bam,

bár- bam * A-a-ron.

1. ALle-lú- ia. ℣. Qui

tí- ment Dó- minum,

spé- rent in é- o : adjú- tor et

pro- té- ctor * e- ó- rum est.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 22.*

IN illo témpore : Abeúntes pharisaéi consílium iniérunt, ut cáperent Jesum in sermóne. Et mittunt ei discípulos suos cum Herodiánis, dicéntes : Magíster, scimus quia verax es, et viam Dei in veritáte doces, et non est tibi cura de áliquo : non enim réspicis persónam hóminum : dic ergo nobis quid tibi vidétur, licet censum dare Caésari, an non? Cógnita autem Jesu nequítia eórum, ait : Quid me tentátis, hypócritae? Osténdite mihi numísma census. At illi obtulérunt ei denárium. Et ait illis Jesus : Cujus est imágo haec, et superscríptio? Dicunt ei : Caésaris. Tunc ait illis : Réddite ergo quae sunt Caésaris, Caésari ; et quae sunt Dei, Deo.

Credo.

Offert. 1.

RE- cordá- re mé- i, * Dó- mi- ne, ómni pot-en-

tá- tu- i dómi- nans : da sermónem ré-

ctum in os mé- um, ut pláce- ant vér- ba mé-

a in conspé-

ctu prínci- pis.

Secreta.

DA, misericors Deus : ut haec salutáris oblátio, et a própriis nos reátibus indesinénter expédiat, et ab ómnibus tueátur advérsis. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 8.

EGo clamá- vi, * quóni-am exaudí-sti me Dé-us :

inclína áurem tú- am, et exáu-di vér- ba mé- a.

Postcommunio.


SUmpsimus, Dómine, sacri dona mystérii, humíliter deprecántes : ut quae in tui commemoratiónem nos fácere praecepísti, in nostrae profíciant infirmitátis auxílium : Qui vivis.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 1. g

REddi-te ergo * quae sunt Caésa-ris Caésa-




Cant. Magníficat. 1. g. 212. — *Oratio.* Deus, refúgium. 901.

Dominica XXIII. post Pentecosten.

Si haec Dominica fuerit ultima post Pentecosten, ejus loco ponitur XXIV., *ut infra,* 908, *et Officium hujus Dominicae anticipatur juxta rubricas.*

AD MISSAM.




Oratio.

Absólve, quaésumus Dómine, tuórum delícta populórum : † ut a peccatórum néxibus, quae pro nostra fragilitáte contráximus, * tua benignitáte liberémur. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum*

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Philippenses. *Phil. 3.*

FRatres : Imitatóres mei estóte et observáte eos, qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram. Multi enim ámbulant, quos saepe dicébam vobis (nunc autem et flens dico) inimícos crucis Christi : quorum finis intéritus : quorum Deus venter est : et glória in confusióne ipsórum, qui terréna sápiunt. Nostra autem conversátio in caelis est : unde étiam Salvatórem exspectámus Dóminum nostrum Jesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostrae, configurátum córpori claritátis suae, secúndum operatiónem, qua étiam possit subjícere sibi ómnia. Itaque, fratres mei caríssimi et desideratíssimi, gáudium meum, et coróna mea : sic state in Dómino, caríssimi. Evódiam rogo, et Sýntychen déprecor idípsum sápere in Dómino. Etiam rogo et te, germáne compar, ádjuva illas, quae mecum laboravérunt in Evangélio cum Cleménte, et céteris adjutóribus meis, quorum nómina sunt in libro vitae.



7.

A L-le-lú- ia. * *ij.*

Ꝟ. De pro-fún-dis

clamá- vi ad te, Dómi- ne : Dó-

mine exáudi * vó- cem mé- am.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 9.*

IN illo témpore : Loquénte Jesu ad turbas, ecce princeps unus accéssit, et adorábat eum, dicens : Dómine, fília mea modo defúncta est : sed veni, impóne manum tuam super eam, et vivet. Et surgens Jesus sequebátur eum, et discípuli ejus. Et ecce múlier, quae sánguinis fluxum patiebátur duódecim annis, accéssit retro, et tétigit fímbriam vestiménti ejus. Dicébat enim intra se : Si tetígero tantum vestiméntum ejus, salva ero. At Jesus convérsus, et videns eam, dixit : Confíde fília, fides tua te salvam fecit. Et salva facta est múlier ex illa hora. Et cum venísset Jesus in domum príncipis, et vidísset tibícines, et turbam tumultuántem, dicébat : Recédite : non est enim mórtua puélla, sed dormit. Et deridébant eum. Et cum ejécta esset turba, intrávit, et ténuit manum ejus. Et surréxit puélla. Et éxiit fama haec in univérsam terram illam. Credo.

Offert. 2.

D E pro-fún- dis * clamá- vi ad te Dómi-

ne : Dó- mine ex-áu- di o-ra- ti- ó- nem mé-

am : de pro-fún-

dis clamá- vi ad te, Dómi- ne.

Secreta.

PRO nostrae servitútis augménto sacrifícium tibi, Dómine, laudis offérimus : ut quod imméritis contulísti, propítius exsequáris. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Comm. 1.

A -men dí-co vó- bis, * quídquid orántes pé- ti-tis,

cré- di-te qui- a acci-pi- é- tis, et fí- et vó- bis.

Postcommunio.

QUaésumus, omnípotens Deus : ut quos divína tríbuis participatióne gaudére, humánis non sinas subjacére perículis. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 1. f

A T Jésus convérsus, * et vídens é- am, dí- xit :

Confíde, fí-li- a : fídes tú-a te sálvam fé-cit, alle-lú- ia.

E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. f. 212. — *Oratio.* Absólve. 904.

Dominicae post Pentecosten non possunt esse pauciores XXIII, neque plures XXVIII. Cum autem fuerint plures XXIV, tunc post XXIII, resumuntur (quoad Orationes, Epistolas, Evangelia et Antiphonas ad Magnificat) Dominicae, quae superfuerunt post Epiphaniam hoc ordine :

Si Dominicae post Pentecosten fuerint XXV, Dominica XXIV. post Pentecosten erit quae est VI. post Epiphaniam.

Si fuerint XXVI, Dominica XXIV. erit quae est V. post Epiphaniam, et XXV. quae est VI.

Si fuerint XXVII, Dominica XXIV. erit quae est IV. post Epiphaniam, XXV. erit V., et XXVI. erit VI.

Si fuerint XXVIII, Dominica XXIV. erit quae est III. post Epiphaniam, XXV. erit IV., XXVI. erit V., et XXVII. erit VI.

Ultimo loco semper ponitur quae sequitur hic in ordine XXIV.

Introitus autem, Graduale, Offertorium, et Communio in praedictis Dominicis semper dicuntur ut in Dominica XXIII.

Dominica III. post Epiphaniam.

Introitus, Graduale, Offertorium et Communio, ut in Dominica XXIII., post Pentecosten, 904.

Orationes, Epistola, Evangelium et Antiphona ad Magnificat, ut in Dominica III. post Epiphaniam, 437-439.

2. *Oratio.* A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*

Dominica IV. post Epiphaniam.

Introitus, Graduale, Offertorium et Communio, 904.

Orationes, Epistola, Evangelium et Antiphona ad Magnificat, ut in Dominica IV. post Epiphaniam, 440.

Dominica V. post Epiphaniam.

Introitus, Graduale, Offertorium et Communio, 904.

Orationes, Epistola, Evangelium et Antiphona ad Magnificat, ut in Dominica V. post Epiphaniam, 441-442.

Dominica VI. post Epiphaniam.

Introitus, Graduale, Offertorium et Communio, 904.

Orationes, Epistola, Evangelium et Antiphona ad Magnificat, ut in Dominica VI. post Epiphaniam, 442-443.

Dominica XXIV. et ultima post Pentecosten.

Omnia ut in Dominica XXIII., praeter sequentia :

AD MISSAM.

Oratio.

EXcita, quaésumus Dómine, tuórum fidélium voluntátes : † ut divíni óperis fructum propénsius exsequéntes, * pietátis tuae remédia majóra percípiant. Per Dóminum.

2. A cunctis. 446. — 3. *ad libitum.*

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Colossenses. *Col. 1. b.*

FRatres : Non cessámus pro vobis orántes et postulántes, ut impleámini agnitióne voluntátis Dei, in omni sapiéntia et intelléctu spiritáli : ut ambulétis digne Deo per ómnia placéntes : in omni ópere bono fructificántes, et crescéntes in sciéntia Dei : in omni virtúte confortáti secúndum poténtiam claritátis ejus, in omni patiéntia, et longanimitáte cum gáudio, grátias agéntes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmine : qui erípuit nos de potestáte tenebrárum, et tránstulit in regnum Fílii dilectiónis suae; in quo habémus redemptiónem per sánguinem ejus, remissiónem peccatórum.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.** *Matth. 24.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Cum vidéritis abominatiónem desolatiónis, quae dicta est a Daniéle prophéta, stantem in loco sancto : qui legit, intélligat : tunc qui in Judaéa sunt, fúgiant ad montes : et qui in tecto, non descéndat tóllere áliquid de domo sua : et qui in agro, non revertátur tóllere túnicam suam. Vae autem praegnántibus, et nutriéntibus in illis diébus. Oráte autem, ut non fiat fuga vestra in híeme, vel sábbato. Erit enim tunc tribulátio magna, qualis non fuit ab inítio mundi usque modo, neque fiet. Et nisi breviáti fuíssent dies illi, non fíeret salva omnis caro : sed propter eléctos breviabúntur dies illi. Tunc si quis vobis díxerit : Ecce hic est Christus, aut illic : nolíte crédere. Surgent enim pseudochrísti et pseudoprophétae, et dabunt signa magna, et prodígia, ita ut in errórem inducántur (si fíeri potest) étiam elécti. Ecce praedíxi vobis. Si ergo díxerint vobis : Ecce in desérto est, nolíte exíre; ecce in penetrálibus, nolíte crédere. Sicut enim fulgur exit ab Oriénte, et paret usque in Occidéntem : ita erit et advéntus Fílii hóminis. Ubicúmque fúerit corpus, illic congregabúntur et áquilae. Statim autem post tribulatiónem diérum illórum sol obscurábitur, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de caelo, et virtútes caelórum commovebúntur : et tunc parébit signum Fílii hóminis in caelo : et tunc plangent omnes tribus terrae : et vidébunt Fílium hóminis veniéntem in núbibus caeli cum virtúte multa, et majestáte. Et mittet Angelos suos cum tuba, et voce magna : et congregábunt eléctos ejus a quátuor ventis, a summis caelórum usque ad términos eórum. Ab árbore autem fici díscite parábolam : cum jam ramus ejus tener fúerit, et fólia nata, scitis quia prope est aestas : ita et vos, cum vidéritis haec ómnia, scitóte quia prope est in jánuis. Amen dico vobis, quia non praeteríbit generátio haec, donec ómnia haec fiant. Caelum et terra transíbunt, verba autem mea non praeteríbunt. Credo.

Secreta.

PRopítius esto, Dómine, supplicatiónibus nostris : et pópuli tui oblatiónibus, precibúsque suscéptis, ómnium nostrum ad te corda convérte; ut a terrénis cupiditátibus liberáti, ad caeléstia desidéria transeámus. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi nos. 449. — 3. *ad libitum.*

Postcommunio.

COncéde nobis, quaésumus Dómine : ut per haec sacraménta quae súmpsimus, quidquid in nostra mente vitiósum est, ipsórum medicatiónis dono curétur. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 450. — 3. *ad libitum.*

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 1. f

A-men dí-co vóbis : * qui- a non praeter-í-bit ge-ne-rá-ti- o haec, donec ómni- a fí- ant : caé-lum et tér-ra transí-bunt, vérba autem mé- a non transíbunt, dí-cit Dóminus. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. f. 212. — *Oratio.* Excita. 908.

ANTIPHONAE DE TEMPORE

ad Benedictus et Magnificat

PRO COMMEMORATIONE DOMINICAE VEL FERIAE IN FESTIS I. CLASSIS.

Infra Hebdomadam I. Adventus.

Feria V.

In Vesp. Ant. 4.

E-Xspectábo Dóminum * Salva-tórem mé-um, et praesto-lábor é- um, dum prope est, alle-lú- ia.

℣. Roráte caéli désuper, et núbes plúant jústum.
℟. Aperiátur térra et gérminet Salvatórem.
Oratio de Dominica praecedenti.

Feria VI.

Ad Laudes. Ant. 1.

E-C-ce * vé-ni- et Dé- us et hómo de dómo Dávid sedé-re in thró-no, alle-lú- ia.

℣. Roráte.

In Vesp. Ant. 4.

E-X Aegýpto * vocá-vi Fí-li- um mé- um : véni- et, ut sálvet pópulum sú- um.

Sabbato.

Ad Laudes. Ant. 4.

S-I-on, * nó-li timére : ecce Dé- us tú- us véni- et, alle-lú- ia.

Dominica II. Adventus.

Ad Laudes. Ant. 1.

J-O-ánnes autem * cum audísset in víncu-lis ópe-ra Chrísti, míttens dú-os de discípu-lis sú- is, á- it

íl-li : Tu es qui ventú-rus es, an á-li- um exspe-ctámus?

Feria II.

Ad Laudes. Ant. 7.

DE caélo véni- et * Dominá-tor Dóminus, et in mánu é-jus hónor et impé-ri- um.

In Vesp. Ant. 4.

ECce Rex véni- et * Dóminus térrae, et ípse áuferet júgum capti-vi-tá-tis nóstrae.

Feria III.

Ad Laudes. Ant. 4.

SUper te Jerúsa-lem * o-ri-é-tur Dóminus, et gló-ri-a é-jus in te vidébi-tur.

In Vesp. Ant. 5.

VOX clamántis * in desér-to : Pará-te ví-am

Dómini, réctas fá-ci-te sémi-tas Dé- i nóstri.

Feria IV.

Ad Laudes. Ant. 8.

ECce mítto * Ange-lum mé- um, qui praepa-rá-bit ví-am mé-am ante fá-ci-em tu- am.

In Vesp. Ant. 4.

SI-on * reno-vábe-ris, et vidébis jústum tú- um, qui ventú-rus est in te.

Feria V.

Ad Laudes. Ant. 7.

TU es * qui ventúrus es, Dómine, quem exspe-ctámus, ut sálvum fá-ci- as pópu-lum tú- um.


In Vesp. Ant. 4.

QUI post me vénit, * ante me fáctus est : cújus non sum dígnus calce-aménta sólvere.


Infra Hebdomadam I. Quadragesimae.

Feria V.

In Vesp. Ant. 4.



O mú-li- er, * mágna est fídes tú-a : fí- at tí-



bi sic-ut pe-tí-sti.


℣. Angelis súis Déus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus víis túis.

Oratio.


DA, quaésumus Dómine, pópulis christiánis, et quae profiténtur agnóscere : * et caeléste munus dilígere, quod frequéntant. Per Dóminum.

Feria VI. Quatuor Temporum.

Ad Laudes. Ant. 4.



ANge-lus Dómi-ni * descendébat de caélo : mo-




vebá-tur áqua, et sanabá-tur ú-nus.

℣. *Angelis.*


Oratio.

ESto Dómine propítius plebi tuae : * et quam tibi facis esse devótam, benígno réfove miserátus auxílio. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 1.



QUI me sánum fé-cit, * ílle mí-hi praecé-pit : Tól-



le grabá-tum tú-um, et ámbu-la in pá-ce.

Oratio.

EXáudi nos miséricors Deus : * et méntibus nostris grátiae tuae lumen osténde. Per Dóminum nostrum.

Sabbato Quatuor Temporum


Ad Laudes. *Ant.* Assúmpsit Jésus. *ut infra.*

Oratio.


POpulum tuum, quaésumus Dómine, propítius réspice : * atque ab eo flagélla tuae iracúndiae cleménter avérte. Per Dóminum.

Dominica II. in Quadragesima.

Ad Laudes. Ant. 2.



ASsúmpsit Jé-sus * discípu-los sú-os, et ascéndit




in móntem, et transfigurá-tus est ante é- os.

℣. Angelis. *Oratio Dominicae.*

Feria II.

Ad Laudes. Ant. 8.




E-go * princi-pi- um, qui et lóquor vó-bis.


Oratio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : * ut família tua, quae se, affligéndo carnem, ab aliméntis ábstinet ; sectándo justítiam, a culpa jejúnet. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 1.



QUI me mí-sit, * mécum est, et non re-líquit me



só-lum : qui- a quae plá-ci-ta sunt é- i, fá-ci- o semper.

Oratio.

ADésto supplicatiónibus nostris omnípotens Deus : * et quibus fidúciam sperándae pietátis indúlges, consuétae misericórdiae tríbue benígnus efféctum. Per Dóminum.

Feria III.

Ad Laudes. Ant. 2.

U-nus est enim * ma-gíster vé- ster, qui in caélis est, Chrístus Dóminus.

Oratio.

PErfice, quaésumus Dómine, benígnus in nobis observántiae sanctae subsídium : * ut quae te auctóre faciénda cognóvimus, te operánte impleámus. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 4.

O-mnes autem * vos frátres éstis : et pátrem nolí-te vocá-re vó-bis super térram : únus est enim Pá-ter véster, qui in caélis est : nec vocémi-ni magístri, qui- a magíster vé-ster ú- nus est Chrí-stus.

Oratio.

PRopitiáre Dómine supplicatiónibus nostris, et animárum nostrárum medére languóribus : * ut remissióne percépta, in tua semper benedictióne laetémur. Per Dóminum.

Feria IV.

Ad Laudes. Ant. 7.

ECce ascéndimus * Je-rosó-lymam : et Fí-li- us hómi-nis tradé-tur ad cru-ci-figéndum.

Oratio.

POpulum tuum, quaésumus Dómine, propítius réspice : * et quos ab escis carnálibus praécipis abstinére, a nóxiis quoque vítiis cessáre concéde. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 1.

TRadé-tur enim géntibus * ad illudéndum, et flagellándum, et cru-ci-figéndum.

Oratio.

DEus innocéntiae restitútor et amátor, dírige ad te tuórum corda servórum : * ut spíritus tui fervóre concépto, et in fide inveniántur stábiles, et in ópere efficáces. Per Dóminum.

Feria V.

Ad Laudes. Ant. 8.

FI-li, re-cordá-re * qui-a recepísti bóna in víta tú-a, et Láza-rus simí-li-ter má-la.

Oratio.

PRaesta nobis, quaésumus Dómine, auxílium grátiae tuae : * ut jejúniis et oratiónibus conveniénter inténti, liberémur ab hóstibus mentis et córporis. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 7.


DIves ílle * gúttam áquae pé-ti- it, qui mí-cas pánis Lázaro negá-vit.

Oratio.

ADésto Dómine fámulis tuis, et perpétuam benignitátem largíre poscéntibus : * ut iis, qui te auctóre et gubernatóre gloriántur, et congregáta restáures, et restauráta consérves. Per Dóminum.

Feria VI.


Ad Laudes. Ant. 3.



Oratio.

DA, quaésumus omnípotens Deus : * ut sacro nos purificánte jejúnio, sincéris méntibus ad sancta ventúra fácias perveníre. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 3.




Oratio.

DA, quaésumus Dómine, pópulo tuo salútem mentis et córporis : * ut bonis opéribus inhaeréndo, tuae semper virtútis mereátur protectióne deféndi. Per Dóminum.

Sabbato.

Ad Laudes. Ant. 1.




Oratio.

DA, quaésumus Dómine, nostris effectum jejúniis salutárem : * ut castigátio carnis assúmpta, ad nostrárum vegetatiónem tránseat animárum. Per Dóminum.


Dominica III. in Quadragesima.

Ad Laudes. Ant. 3.



Feria II.


Ad Laudes. Ant. 1.



Oratio.

COrdibus nostris, quaésumus Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde : * ut sicut ab escis carnálibus abstinémus ; ita sensus quoque nostros a nóxiis retrahámus excéssibus. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 1.




Oratio.

SUbvéniat nobis Dómine misericórdia tua : * ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári. Per Dóminum.

Feria III.


Ad Laudes. Ant. 1.



Oratio.

EXáudi nos omnípotens et miséricors Deus : * et continéntiae salutáris propítius nobis dona concéde. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 4.




Oratio.

TUA nos Dómine protectióne deféndé : * et ab omni semper iniquitáte custódi. Per Dóminum.

Feria IV.


Ad Laudes. Ant. 8.



Oratio.

PRaesta nobis, quaésumus Dómine : ut salutáribus jejúniis erudíti, * a nóxiis quoque vítiis abstinéntes, propitiatiónem tuam facílius impetrémus. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 7.




Oratio.

COncéde, quaésumus omnípotens Deus : ut qui protectiónis tuae grátiam quaérimus, * liberáti a malis ómnibus, secúra tibi mente serviámus. Per Dóminum.

Feria V.


Ad Laudes. Ant. 8.



Oratio.

MAgníficet te Dómine sanctórum tuórum Cosmae et Damiáni beáta solémnitas : * qua et illis glóriam sempitérnam, et opem nobis ineffábili providéntia contulísti. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 1.



Oratio.

SUbjéctum tibi pópulum, quaésumus Dómine, propitiátio caeléstis amplíficet : * et tuis semper fáciat servíre mandátis. Per Dñum.

Feria VI.

Ad Laudes. Ant. 8.

A-quam * quam égo dédero, qui bíbe-rit ex é- a, non sí-ti- et unquam.

Oratio.

Jejúnia nostra, quaésumus Dómine, benígno favóre proséquere : * ut sicut ab aliméntis abstinémus in córpore; ita a vítiis jejunémus in mente. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 3.

DOmine, * ut víde- o, prophé-ta es tu : pátres nóstri in mónte hoc ad-oravé-runt.

Oratio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : * ut qui in tua protectióne confídimus, cuncta nobis adversántia te adjuvánte vincámus. Per Dóminum.

Sabbato.

Ad Laudes. Ant. 1.

INclinávit se Jé- sus, * scribébat in térra : Si quis sine peccá-to est, míttat in é- am lápidem.

Oratio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : * ut qui se, affligéndo carnem, ab aliméntis ábstinent; sectándo justítiam a culpa jejúnent. Per Dóminum.

Dominica IV. in Quadragesima.

Ad Laudes. Ant. 1.

CUM sublevás-set * óculos Jé-sus, et vi- dísset máximam multi-túdi-nem veni- éntem ad se, díxit ad Phi-líppum : Unde emémus pá-nes ut mandú-cent hi? Hoc autem di-cébat téntans é- um : ípse e- nim sci- ébat quid ésset factú-rus.

Feria II.

Ad Laudes. Ant. 3.

AUférte ísta hinc, * dí-cit Dómi-nus : et nolí-te fáce- re dómum Pátris mé- i dó-mum nego-ti- a-ti- ó-nis.

Oratio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : * ut observatiónes sacras ánnua devotióne recoléntes, et córpore tibi placeámus, et mente. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 5.

Solvi-te témplum hoc, * dí-cit Dómi-nus : et post trídu- um re-aedi- ficábo íl-lud : hoc autem di-cébat de témplo córpo-ris sú-i.

Oratio.

Deprecatiónem nostram, quaésumus Dómine, benígnus exáudi : * et quibus supplicándi praestas afféctum, tríbue defensiónis auxílium. Per Dóminum.

Feria III.

Ad Laudes. Ant. 7.

Quid me quaéri-tis * interfí-ce-re, hóminem qui vé-ra lo-cú-tus sum vó-bis ?

Oratio.

Sacrae nobis, quaésumus Dómine, observatiónis jejúnia, * et piae conversatiónis augméntum, et tuae propitiatiónis contínuum praestent auxílium. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 1.

Nemo in é-um * mí-sit mánum : qui-a nondum vénerat hó-ra é-jus.

Oratio.

Miserére Dómine pópulo tuo : * et contínuis tribulatiónibus laborántem, propítius respiráre concéde. Per Dóminum.

Feria IV.

Ad Laudes. Ant. 8

Rabbi, * quid peccávit hómo íste, quod caécus ná-tus est? Respóndit Jésus, et dí-xit : Neque hic peccá-vit, neque pa-réntes é- jus : sed ut mani-festéntur ópe-ra Dé- i in íl-lo.

Oratio.

Deus, qui et justis praémia meritórum, et peccatóribus per jejúnium véniam praebes : * miserére supplícibus tuis; ut reátus nostri conféssio indulgéntiam váleat percípere delictórum. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 1.

Ille hómo, * qui dí-ci-tur Jésus, lútum fé-cit ex spú-to, et li-ní-vit óculos mé-os, et modo víde-o.


Oratio.

Pateant aures misericórdiae tuae Dómine précibus supplicántium : * et ut peténtibus desideráta concédas, fac eos quae tibi sunt plácita postuláre. Per Dóminum.


Feria V.

Ad Laudes. Ant. 1.

I-bat Jésus * in ci-vi-tá-tem quae vocá-tur



Ná- im : et ecce de-fúnctus effe-rebá-tur fí-li- us úni-cus




mátris sú- ae.


Oratio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : * ut quos jejúnia votíva castígant, ipsa quoque devótio sancta laetíficet; ut terrénis affectíbus mitigátis, facílius caeléstia capiámus. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 4.



PRophé-ta mágnus * surréxit in nóbis, et qui-a




Dé- us vi-si-tá-vit plébem sú- am.

Oratio.


POpuli tui Deus institútor et rector, peccáta quibus impugnátur, expélle : * ut semper tibi plácitus, et tuo munímine sit secúrus. Per Dominum.

Feria VI.

Ad Laudes. Ant. 1.



LAza- rus * amí-cus nóster dórmit : e-ámus,




et a sómno exci-témus é- um.


Oratio.

DEus, qui ineffabílibus mundum rénovas sacraméntis : * praesta quaésumus; ut Ecclésia tua et aetérnis profíciat institútis, et temporálibus non destituátur auxíliis. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 1.



DOmine, * si hic fu-ísses, Lázarus non ésset mór-




tu-us : ecce jam foétet quatridu-ánus in monuménto.

Oratio.


DA nobis, quaésumus omnípotens Deus : * ut qui infirmitátis nostrae cónscii, de tua virtúte confídimus, sub tua semper pietáte gaudeámus. Per Dóminum.

Sabbato.

Ad Laudes. Ant. 3.



QUI séqui-tur me, * non ámbu-lat in té-nebris : sed




habébit lúmen vítae, dí-cit Dóminus.

Oratio.


FIat, Dómine quaésumus, per grátiam tuam fructuósus nostrae devotiónis affectus : * quia tunc nobis próderunt suscépta jejúnia, si tuae sint plácita pietáti. Per Dóminum.

Dominica de Passione.


Ad Laudes. Ant. 3.




DIcébat Jé- sus * túrbis Judae-ó-rum et princí-



pibus sacerdó-tum : Qui ex Dé- o est, vérba Dé- i áu-



dit : propter-e-a vos non au-dí-tis, qui-a ex Dé- o non



é-stis.

℣. Eripe me de inimícis méis Déus méus.
℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Feria II.

Ad Laudes. Ant. 8.

IN dí-e mágno * festi-vi-tá-tis stá- bat Jésus et clamábat dí-cens : Si quis sí-tit, véni- at ad me, et bí-bat.

℣. Eripe me de inimícis méis.

Oratio.

SAnctífica, quaésumus Dómine, nostra jejúnia : * et cunctárum nobis indulgéntiam propítius largíre culpárum. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 4.

SI quis sí-tit, * véni- at et bíbat : et de véntre é-jus flú-ent áquae ví-vae.

℣. Eripe me Dómine ab hómine málo.
℟. A víro iníquo éripe me.

Oratio.

DA, quaésumus Dómine, pópulo tuo salútem mentis et córporis : * ut bonis opéribus inhaeréndo, tua semper mereátur protectióne deféndi. Per Dóminum.

Feria III.

Ad Laudes. Ant. 4.

TEmpus mé-um * nondum advénit, témpus autem véstrum semper est pará-tum.

Oratio.

NOstra tibi Dómine, quaésumus, sint accépta jejúnia : * quae nos et expiándo, grátia tua dignos effíciant, et ad remédia perdúcant aetérna. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 1.

VOS ascéndi-te * ad dí-em féstum hunc : é-go non ascéndam, qui- a témpus mé-um nondum advé-nit.

Oratio.

DA nobis, quaésumus Dómine, perseverántem in tua voluntáte famulátum : * ut in diébus nostris, et mérito et número pópulus tibi sérviens augeátur. Per Dóminum.

Feria IV.

Ad Laudes. Ant. 4.

O-ves mé-ae * vócem mé- am áudi- unt : et égo Dóminus agnósco é- as.

Oratio.

SAnctificáto hoc jejúnio, Deus tuórum corda fidélium miserátor illústra : * et quibus devotiónis praestas afféctum, praebe supplicántibus pium benígnus audítum. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 4.

MUlta bóna ópe-ra * ope-rá-tus sum vóbis : propter quod ópus vúltis me occídere?

Oratio.

ADésto supplicatiónibus nostris omnípotens Deus : * et quibus fidúciam sperándae pietátis indúlges, consuétae misericórdiae tríbue benígnus effléctum. Per Dóminum.

Feria V.

Ad Laudes. Ant. 4.

M Agíster dí-cit : * Témpus mé- um própe est, apud te fá-ci- o Páscha cum di-scípu-lis mé- is.

Oratio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : * ut dígnitas conditiónis humánae per immoderántiam sauciáta, medicinális parsimóniae stúdio reformétur. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 4.

D Esidé-ri- o * de-siderávi hoc Páscha mandu-cáre vobíscum, ántequam pá-ti- ar.

Oratio.

ESto, quaésumus Dómine, propítius plebi tuae : * ut quae tibi non placent respuéntes, tuórum pótius repleántur delectatiónibus mandatórum. Per Dóminum.

Feria VI.

Ad Laudes. Ant. 1.

A Ppropinquábat autem * dí- es féstus, et quaeré- bant príncipes sacerdó-tum quó- modo Jé- sum inter-fí- ce-rent, sed timébant plé-bem.

Oratio.

COrdibus nostris, quaésumus Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde : * ut peccáta nostra castigatióne voluntária cohibéntes, tempoáliter pótius macerémur, quam supplíciis deputémur aetérnis. Per Dóminum.

In Vesp. Ant. 1.

P Ríncipes sacerdó-tum * consí-li- um fe-cé-runt ut Jésum occíde-rent : di-cébant au-tem : Non in dí- e késto, ne forte tumúltus fí- e-ret in pópu-lo.

Oratio.

COncéde, quaésumus omnípotens Deus : * ut qui protectiónis tuae grátiam quaérimus, liberáti a malis ómnibus, secúra tibi mente serviámus. Per Dóminum.

Sabbato.

Ad Laudes. Ant. 1.

C La-rí-fi-ca me Pá-ter * apud temet-ípsum, cla-ri-tá-te quam hábu- i, pri- úsquam múndus fí- e-ret.


Oratio.

PRofíciat, quaésumus Dómine, plebs tibi dicáta piae devotiónis affectu : † ut sacris actiónibus erudíta, quanto majestáti tuae fit grátior, * tanto donis potióribus augeátur. Per Dóminum.


Dominica infra Octavam Corporis Christi.

Ad Laudes. Ant. 3.


H Omo quí-dam * fé-cit coénam mágnam, et vo-



cávit múltos : et mí- sit sérvum sú- um hó-ra coé-nae



dí-ce-re invi-tá-tis ut vení-rent, qui- a ómni- a pará-ta




sunt, alle-lú- ia.

℣. Pánem caéli dédit éis, allelúia.
℟. Pánem Angelórum manducávit hómo, allelúia.


Oratio Dominicae.

Dominica III. post Pentecosten.


Ad Laudes. Ant. 3.




Q Uis ex vóbis hómo, * qui hábet céntum óves,



et si perdíde-rit únam ex íl-lis, nonne dimíttit nona-



gínta nó-vem in de-sérto, et vádit ad íllam quae per-í-e-




rat, donec invéni- at é-am? alle- lú- ia.

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et praecínxit se virtúte.


Oratio Dominicae.

Dominica IV. post Pentecosten.

Ad Laudes. Ant. 1.




A -scéndens Jésus * in ná-vim, et sé- dens,




docébat túrbas, alle-lú- ia.

Dominica V. post Pentecosten.

Ad Laudes. Ant. 8.




A Udístis * qui-a díctum est antíquis : Non occí-




des : qui autem occí-de-rit, ré-us é-rit judí-ci- o.

Dominica VI. post Pentecosten.


Ad Laudes. Ant. 8.




C UM túrba múlta * ésset cum Jésu, nec habé-



rent quod manducárent, convocá-tis discípu-lis, á- it



íllis : Mi-sé-re-or super túr-bam : qui-a ecce jam trí-



du- o sústinent me, nec hábent quod mandúcent, alle-lú- ia.

Dominica VII. post Pentecosten.

Ad Laudes. Ant. 8.

ATténdi-te * a fálsis prophé-tis, qui véni- unt ad vos in vestiméntis óvi- um, intrínse-cus autem sunt lúpi rapáces : a frúctibus e- ó-rum cognoscé-tis é- os, alle-lú- ia.

Dominica IX. post Pentecosten.

Ad Laudes. Ant. 1.

CUM appropinquá-ret * Dómi-nus Jerú-sa-lem, vídens ci-vi-tá-tem, flé- vit super íllam, et dí-xit : Qui-a si cognovísses et tu : qui- a véni- ent dí- es in te, et circúmdabunt te in-imí-ci tú- i vállo, et circúmdabunt te, et co- angustábunt te úndique, et ad tér-ram pro-

stérnent te : é- o quod non cogno-ví-sti témpus vi-si-ta-ti-ónis tú-ae, alle-lú- ia.

Dominica X. post Pentecosten.

Ad Laudes. Ant. 1.

STans a longe * publicánus, no-lébat ócu-los ad caélum le-vá-re : sed percu-ti- ébat péctus sú-um dí-cens : Dé-us, propí-ti- us ésto mí-hi pecca-tó- ri.

Dominica XI. post Pentecosten.

Ad Laudes. Ant. 5.

DUM transí-ret Dóminus * per médi- os fínes Tý-ri, súrdos fécit audí-re, et mútos lóqui.

Dominica XII. post Pentecosten.

Ad Laudes. Ant. 8.

MAgíster, * quid faci- éndo ví-tam aetérnam

possidé-bo? At íl- le díxit ad é- um: In lége quid scrí-

ptum est? quó-mo-do lé-gis? Dí- liges Dóminum Dé-um

tú-um ex tóto córde tú-o, alle-lú- ia.

Dominica XIII. post Pentecosten.

Ad Laudes. Ant. 1.

DUM intráret Jésus * quóddam castéllum, oc-

currérunt é- i décem ví- ri le-prósi: qui steté- runt a lon-

ge, et levavérunt vócem di- céntes: Jé-su praecé-

ptor, mi-seré-re nóstri.

Dominica XXI. post Pentecosten.

Ad Laudes. Ant. 8.

DIxit autem * dóminus sérvo: Rédde quod dé-

bes; próci-dens autem sérvus ílle rogábat é-um, dí-cens:

Pa-ti-énti- am hábe in me, et ómni- a réddam tí- bi.

Dominica XXII. post Pentecosten.

Ad Laudes. Ant. 8.

MAgíster, * scímus qui- a vérax es, et ví- am

Dé- i in ve-ri-táte dó-ces, allelú- ia.

Dominica XXIII. post Pentecosten.

Ad Laudes. Ant. 1.

DI-cébat enim intra se: * Si tetí-gero símbri-

am vestiménti éjus tantum, sálva é- ro.

Dominica V. quae superfuit post Epiphaniam.

Ad Laudes. Ant. 1.


DOmine, * nonne bónum sémen semi-násti in

ágro tú- o? unde er- go há-bet zizáni- a? Et á- it

íllis: Hoc fé- cit inimí-cus hómo.


Dominica VI. quae superfuit post Epiphaniam.

Ad Laudes.
Ant. 7.



Dominica XXIV. post Pentecosten.

Ad Laudes.
Ant. 1.



COMMUNE SANCTORUM.


In omnibus Festis Apostolorum et Evangelistarum, in Duplicibus I. et II. classis aliorum Sanctorum, in Dedicatione ecclesiae, in Festis Beatae Mariae Virginis, non autem per eorum Octavas, Officium integrum praeter ea quae suis locis propria assignantur, dicitur de respectivo Communi, ut infra.

COMMUNE
APOSTOLORUM ET EVANGELISTARUM

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 8. c. 138. — 2. Confitébor. 1. g. 138. — 3. Beátus vir. 1. a 3. 145. — 4. Laudáte púeri. 1. f. 153. — 5. Laudáte Dóminum. 1. g. 171.



Dóminus. E u o u a e.

4. Ant. 1. f

B E-á-ti pa-cí-fi-ci, * be- á- ti múndo córde : quó-ni-am ípsi Dé- um vi-dé-bunt. E u o u a e.

5. Ant. 1. g

I N pa-ti- énti- a véstra * possi- débi-tis ánimas véstras. E u o u a e.

Capitulum. Fratres : Jam non estis. 943. *Hymnus.* Exsúltet. 943.

℣. In ómnem térram exívit sónus eórum.
℟. Et in fínes órbis térrae vérba eórum.

Ad Magnif. Ant. 1. f

T Rádent enim vos * in concí-li- is, et in syna- gógis sú- is flagellábunt vos, et ante réges et praési- des ducémi- ni pro- pter me, in testimóni- um íl-lis et génti-bus. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. f. 212, *vel* 218. — *Oratio propria.*

Completorium de Dominica.

Ad Primam. *Ant.* Hoc est praecéptum meum. 939. *Psalmi ut in Festis.* 231. *Lect. br.* Ibunt Apóstoli. *ut infra,* 941

AD TERTIAM.

Ant. Majórem caritátem. 939. *Psalmi de Dominica. Capitulum.* Fratres : Jam non estis. *e Vesperis*, 943.

℟. br.

I N ómnem térram * Exí-vit sónus e- ó-rum. ℣. Et in fínes órbis térrae vérba e-ó-rum. Gló-ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sáncto.

℣. Constítues éos príncipes super ómnem térram.
℟. Mémores érunt nóminis túi Dómine.

Missae de Apostolis et de Evangelistis, *inveniuntur suis locis in Proprio Sanctorum.*

AD SEXTAM.

Ant. Vos amíci méi éstis. 939. *Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Act. 5. b.*

PER manus autem Apostolórum * fiébant signa et prodígia multa in plebe. ℟. Déo grátias.

℟. br.

C Onstí-tu- es é-os príncipes * Super ómnem térram. ℣. Mémores érunt nómi-nis tú- i Dómine. Gló-ri- a Pátri.

℣. Nímis honoráti sunt amíci túi Déus.
℟. Nímis confortátus est principátus eórum.

AD NONAM.

Ant. In patiéntia véstra. 940. *Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Act. 5. c.*

IBant Apóstoli gaudéntes a conspéctu concílii, * quóniam digni hábiti sunt pro nómine Jesu contuméliam pati.

℟. br. N Imis hono-rá-ti sunt * Amí-ci tú- i Dé- us. ℣. Nimis confortá-tus est principá-tus e-ó-rum. Gló-ri- a Pátri.

℣. Annuntiavérunt ópera Déi.
℟. Et fácta éjus intellexérunt.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Laudáte púeri. 8. c. 157. — 3. Crédidi. 7. a. 169. — 4. In converténdo. 8. c. 180. — 5. Dómine probásti me. 7. c 2. 193.

1. Ant. 8. G J Urávit Dóminus, * et non paeni-té-bit é-um : Tu es sacérdos in aetérnum. E u o u a e.

2. Ant. 8. c C Ollo-cet é- um Dóminus * cum princí-pibus popu-li sú- i. E u o u a e.

3. Ant. 7. a D Irupísti, Dómine, * víncu-la mé- a : tí-bi sacri-fi-cábo hósti- am láudis. E u o u a e.

4. Ant. 8. c E - úntes í- bant * et flébant, mitténtes sémi-na

sú- a. E u o u a e.

5. Ant. 7. c 2 C Onfortá- tus est * princi-pá- tus e- ó- rum, et hono-rá-ti sunt amí-ci tú- i Dé- us. E u o u a e.

Capitulum. *Ephes. 2. d.*

F Ratres : Jam non estis hóspites et ádvenae : † sed estis cives sanctórum et doméstici Dei : superaedificáti super fundaméntum Apostolórum et Prophetárum, * ipso summo angulári lápide Christo Jesu.
℟. Deo grátias.

Hymn. 4. E Xsúltet órbis gáudi- is, Caélum re- súltet láudibus : Aposto-ló-rum gló-ri- am Téllus et ástra cóncinunt.

2. Vos saecu-ló-rum júdi-ces, Et vé-ra múndi lúmina : Vó-tis pre-cámur córdi- um, Audí-te vó-ces súppli-cum.

3. Qui témpla caé-li cláudi-tis, Se-rásque vérbo sólvi-tis : Nos a re- á-tu nóxi- os Sólvi jubé-te, quaésumus. 4. Praecé-

pta quórum prótinus Lánguor sa- lúsque sénti- unt : Sa-
ná-te méntes lánguidas, Augé-te nos vir-tú-tibus. 5. Ut cum
redí-bit árbi-ter In fíne Chrístus saécu-li, Nos sempi
térni gáudi- i Concédat ésse cómpo-tes. 6. Pátri simúl-
que Fí-lí-o, Ti-bíque Sáncte Spí-ri-tus, Sic-ut fú- it, sit jú-
gí-ter Saéclum per ómne gló-ri- a. Amen.

Alter Tonus.

1. EX-súltet órbis gáudi- is, Caélum resúltet láudi-
bus : Aposto-lórum gló-ri- am Téllus et ástra
cóncinunt. 2. Vos saecu-lórum júdi-ces, Et vé-ra mún-
di lúmina : Vó-tis precámur córdi- um, Audí-te

vó- ces súppli-cum. 3. Qui témpla caéli cláudi-tis, Se-
rásque vérbo sólvi-tis : Nos a re-á-tu nóxi- os Sól-
vi ju- bé- te, quaésumus. 4. Praecépta quórum pró-ti-
nus Lánguor sa-lúsque sénti- unt : Saná-te méntes lángui-
das, Augé-te nos vir-tú-tibus. 5. Ut cum red-í-bit
árbi-ter In fí-ne Chrístus saécu-li, Nos sempi-tér-
ni gáudi- i Concédat és-se cómpo-tes. 6. Pá-
tri, simúlque Fí-li- o, Ti-bíque Sáncte Spí-ri-tus, Sic-ut
fú- it, sit júgi-ter Saéclum per ómne gló-ri- a.
Amen.

℣. Annuntiavérunt ópera Déi.
℟. Et fácta éjus intellexérunt.

Ad Magnif. Ant. 1. g 2

E-stó-te fórtes in béllo, * et pugná-te cum antíquo serpénte : et ac-ci-pi-é-tis régnum aetérnum, † alle-lú-ia. *Post Septuag.* † dí-cit Dóminus. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. g 2. 212, *vel* 218. — *Oratio propria.*

Completorium de Dominica.

COMMUNE

APOSTOLORUM ET EVANGELISTARUM

TEMPORE PASCHALI.

IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Confitébor. 7. a. 144. — 3. Beátus vir. 2. D. 146. — 4. Laudáte púeri. 8. G*. 157. — 5. Laudáte Dóminum. 2. D. 171.

Antiphonae, Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 948.

℣. Sáncti et jústi in Dómino gaudéte, allelúia.
℟. Vos elégit Déus in haereditátem sibi, allelúia.

Ad Magnif. Ant. 1. g

LUX perpé-tu-a * lu-cébit Sánctis tú- is, Dómi-ne : et aetérni- tas témporum, alle- lú-ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. g. 212, *vel* 218. — *Oratio propria.*

Completorium de Dominica.

Ad Completorium et ad Horas, Hymni cantantur in tono paschali.

Ad Primam. *Ant.* Sáncti túi. 948. *Psalmi ut in Festis*, 231. *Lectio brevis.* Scimus quóniam. 947.

AD TERTIAM.

Ant. In caeléstibus régnis. 948. *Psalmi de Dominica. Capitulum.* Stabunt justi. *e Vesperis.* 949.

℟. br. SAncti et jústi in Dómino gaudé-te : * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Vos e-légit Dé-us in haeredi-tá-tem sí-bi. Gló-ri-a Pátri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu- i Sáncto.

℣. Lux perpétua lucébit Sánctis túis Dómine, allelúia.
℟. Et aetérnitas témpore, allelúia.

Missae *ut suis locis in Proprio Sanctorum.*

AD SEXTAM.

Ant. In velaménto. 948. *Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Sap. 5.*

ECce quómodo computáti sunt inter fílios Dei, * et inter Sanctos sors illórum est.

℟. br. LUX perpé-tu- a lucébit Sánctis tú- is Dómine : * Alle-lú- ia, alle-lú-ia. ℣. Et aetérni-tas témporum. Gló-ri- a Pátri.

℣. Laetítia sempitérna super cápita eórum, allelúia.
℟. Gáudium et exsultatiónem obtinébunt, allelúia.

AD NONAM.

Ant. Fulgébunt jústi. 949. *Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Rom. 8. c.*

SCimus quóniam diligéntibus Deum † ómnia cooperántur in bonum, * iis qui secúndum propósitum vocáti sunt sancti.

℟. br. Laetí-ti-a sempi-térna super cápi-ta e-órum : * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Gáudi-um et exsulta-ti- ónem obtinébunt. Gló-ri-a Pátri.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Mors Sanctórum éjus, allelúia.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Laudáte púeri. 7. a. 156. — 3. Crédidi. 2. D. 167. — 4. In converténdo. 8. G*. 180. — 5. Dómine probásti me. 2. D. 191.

1. Ant. 8. G
Sancti tú-i * Dómine florébunt sic-ut lí-li-um, alle-lú-ia : et sic-ut ódor bálsami é-runt ante te, alle-lú- ia. E u o u a e.

2. Ant. 7. a
In caeléstibus régnis * Sanctórum habi-tá-ti-o est, alle-lú-ia : et in aetérnum réqui-es e-ó-rum, alle-lú- ia. E u o u a e.

3. Ant. 2. D
In ve-la-ménto * clamá-bant Sáncti tú-i Dómine : al-le- lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

4. Ant. 8. G*
Spí-ri-tus * et ánimae justórum hýmnum dí-ci-te Dé-o nóstro, alle-lú-ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

5. Ant. 2. D
Fulgébunt jú-sti * si- cut sol in conspéctu Dé- i, alle-lú- ia. E u o u a e.

Capitulum. *Sap. 5.*

Stabunt justi in magna constántia † advérsus eos qui se angustiavérunt, * et qui abstulérunt labóres eórum.

Hymn. 3.
Trístes é-rant Apósto-li de Chrísti acérbo fúne-re, Quem mórte cru- de- líssima Sérvi ne-cá- rant ím- pi- i. 2. Sermó-ne vé-rax Ange-lus Mu- li- é-ribus praedíxe-rat : Mox ó-re Chrí- stus gáudi- um Grégi fé-ret

fidé- li- um. 3. Ad ánxi-os Apósto-los Cúr-runt sta-
tim dum núnti-ae, Illae mi-cán-tis óbvi- a Chrísti té-
nent vestí- gi- a. 4. Ga-li-laé-ae ad álta mónti- um
Se cónferunt Apósto-li, Je-súque, vó- ti cómpotes,
Almo be-án-tur lú- mi-ne. 5. Ut sis perénne ménti-bus
Paschá-le Jésu gáudi- um, A mórte dí- ra críminum
Vítae renά- tos lí- be-ra. 6. Dé- o Pátri sit gló-ri- a,
Et Fí-li- o, qui a mórtu- is Surré-xit, ac Pa-rácli-to,
In sempi-tér-na saé- cu-la. Amen.

Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri (nisi aliter notetur), usque ad Ascensionem. Ab Ascensione autem ad Pentecosten, pro doxologia dicitur : Jésu tibi sit glória, Qui víctor in caélum rédis, Cum Pátre et álmo Spíritu, In sempitérna saécula. Amen.

In tono supra posito vel in alio infra descripto 2º loco pro Uno Martyre, 971, cantantur omnes Hymni ejusdem metri in Officio SS. Martyrum, Confessorum, Virginum et non Virginum, ad Laudes et Vesperas, usque ad Pentecosten, nisi aliter notetur.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Mors sanctórum éjus, allelúia.

Ad Magnif. Ant. 8. G

Sancti et jústi * in Dómi-no gaudé-te, alle-lú- ia : vos e-légit Dé-us in haeredi-tá-tem sí-bi, alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio propria.*
Completorium de Dominica.

COMMUNE UNIUS MARTYRIS

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 1. f. 133. — 2. Confitébor. 3. a. 140. — 3. Beátus vir. 1. f. 145. — 4. Laudáte púeri. 1. f. 153. — 5. Laudáte Dóminum. 1. a 2. 171.

Antiphonae, Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 953.

℣. Glória et honóre coronásti éum Dómine.
℟. Et constituísti éum super ópera mánuum tuárum.

Ad Magnif. Ant. 8. G

Iste Sánctus * pro lége Dé- i sú-i certá-vit usque ad mórtem, et a vérbis impi- ó-rum non tí-mu- it : fundá-tus enim é- rat supra fírmam pétram. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio ut infra,* 957.
Completorium de Dominica.

Ad Primam. *Ant.* Qui me conféssus fúerit. 953. *Psalmi ut in Festis*, 231. *Lect. br.* Justus. 952.

AD TERTIAM.

Ant. Qui séquitur me. 953. *Psalmi de Dominica. Capitulum.* Beátus vir. *e Vesperis*, 954.

℟. br. GLó-ri-a et honó-re * Coronásti é-um, Dómine.

℣. Et consti-tu-ísti é-um super ópe-ra mánu-um tu-á-rum.

Gló-ri-a Pátri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sáncto.

℣. Posuísti Dómine super cáput éjus.
℟. Corónam de lápide pretióso.

Missae, *inveniuntur post II. Vesperas.*

AD SEXTAM.

Ant. Qui míhi minístrat. 953. *Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Eccli. 15.*

CIbávit illum pane vitae et intelléctus, † et aqua sapiéntiae salutáris * potávit illum Dóminus Deus noster.

℟. br. POsu-ísti Dómi-ne * Super cá- put é-jus. ℣. Co-ró-nam de lápide pre-ti-ó-so. Gló-ri-a Pátri.

℣. Mágna est glória éjus in salutári túo.
℟. Glóriam et mágnum decórem impónes super éum.

AD NONAM.

Ant. Vólo, Páter. 954. *Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Eccli. 39.*

JUstus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, * et in conspéctu Altíssimi deprecábitur

℟. br. MAgna est gló-ri-a é-jus * In sa-lu-tá- ri tú- o.

℣. Gló-ri-am et mágnum decó-rem impónes super é- um.

Gló-ri-a Pátri.

℣. Jústus ut pálma florébit.
℟. Sicut cédrus Líbani multiplicábitur.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 1. f. 133. — 2. Confitébor. 3. a. 140. — 3. Beátus vir. 1. f. 145. — 4. Laudáte púeri. 1. f. 153. — 5. Crédidi. 1. a 2. 166.

1. Ant. 1. f

QUI me conféssus fú-e-rit * co-ram homí-nibus con-fi-tébor et égo é- um coram Pátre mé- o. E u o u a e.

2. Ant. 3. a.

QUI séqui-tur me, * non ámbu-lat in té-nebris : sed habébit lúmen vítae, dí-cit Dóminus. E u o u a e.

3. Ant. 1. f

QUI mí-hi mi-nístrat, * me sequá-tur : et ubi égo sum, illic sit et mi-nister mé- us. E u o u a e.

4. Ant. 1. f

SI quis mí-hi mi-nistráve-rit, * hono- ri- fi-cábit é- um Pá-ter mé- us, qui est in caé-lis, dí-cit Dóminus. E u o u a e.

5. Ant. 1. a 2

VOlo, Pá-ter, * ut ubi égo sum, illic sit et mi-ní-ster mé- us. E u o u a e.

Capitulum. *Jac. 1. b.*

BEátus vir qui suffert tentatiónem : † quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitae, * quam repromísit Deus diligéntibus se.

Hymn. 8.


DE-us tu-órum mí-li-tum Sors et coróna, praémi-um : Láudes canéntes Mártyris, Absólve né-xu crími-nis. 2. Hic nempe múndi gáudi-a, Et blánda fráudum pá-bu-la Imbú-ta félle dé-putans, Pervénit ad caeléstí- a. 3. Poénas cucúrrit fórti-ter, Et sústulit vi-rí-li-ter :

Fundénsque pro te sánguinem, Aetérna dó-na póssidet. 4. Ob hoc precátu súppli-ci Te póscimus, pi- íssime : In hoc tri- úmpho Mártyris, Dimítte nó-xam sérvu-lis. 5. Laus et per-énnis gló-ri- a Pátri sit, atque Fí- li- o, Sáncto simul Pa-rácli-to, In sempi-térna saécu-la. Amen.


Alter Tonus.

Hymn. 3.


DE-us tu- órum mí-li-tum Sors et coró-na, praé-mi-um : Láudes canéntes Márty-ris, Absólve néxu crí-mi-nis. 2. Hic nempe múndi gáudi- a, Et blánda fráudum pá- bu-la Imbúta félle dépu-tans, Pervé-nit ad caelé-




sti- a. 3. Poénas cu-cúrrit fórti-ter, Et sústu-lit vi-rí- li-




ter: Fundénsque pro te sánguinem, Aetérna dóna póssi-




det. 4. Ob hoc pre-cátu súppli-ci Te póscimus pi- ís- si-




me: In hoc tri- úmpho Márty-ris, Dimítte nóxam sérvu-



lis. 5. Laus et per-énnis gló-ri- a Pátri sit, atque Fí-




li- o, Sáncto simul Parácli-to, In sempi-térna saécu-la.




Amen.

℣. Jústus ut pálma florébit.
℟. Sicut cédrus Líbani multiplicábitur.

Ad Magnif. Ant. 1. f



QUI vult ve-níre post me, * ábneget semetípsum,



et tóllat crúcem sú- am, et sequátur me. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. t. 212 *vel* 218.

Pro Martyre et Pontifice. Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, * beáti *N.* Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Alia Oratio.

DEus, qui nos beáti *N.* Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Pro Martyre non Pontifice. Oratio.


PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : † ut qui beáti *N.* Mártyris tui natalítia cólimus, * intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

Alia Oratio.


PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : † ut intercedénte beáto *N.* Mártyre tuo, et a cunctis adversitátibus liberémur in córpore, * et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

¶ *Si facienda sit commemoratio alterius Martyris qui habet eamdem Antiphonam, dicitur :*

Ant. 3.



QUI ó- dit * ánimam sú-am in hoc múndo, in ví-



tam aetérnam custó-dit é- am.

℣. Jústus ut pálma. *ut supra. Vel si jam dictus sit :*
℣. Posuísti Dómine super cáput éjus.
℟. Corónam de lápide pretióso.

Completorium de Dominica.

I. MISSA DE UNO MARTYRE PONTIFICE.

Introitus. Státuit. 1010.


Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, * beáti *N.* Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Lectio Epistolae beati Jacobi Apostoli. *Jac. 1. b.*


CArissimi : Beátus vir, qui suffert tentatiónem : quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitae, quam repromísit Deus diligéntibus se. Nemo, cum tentátur, dicat, quóniam a Deo tentátur : Deus enim intentátor malórum est : ipse autem néminem tentat. Unusquísque vero tentátur a concupiscéntia sua abstráctus, et illéctus. Deínde concupiscéntia cum concéperit, parit peccátum : peccátum

vero cum consummátum fúerit, génerat mortem. Nolíte ítaque erráre, fratres mei dilectíssimi. Omne datum óptimum, et omne donum perféctum desúrsum est, descéndens a Patre lúminum, apud quem non est transmutátio, nec vicissitúdinis obumbrátio. Voluntárie enim génuit nos verbo veritátis, ut simus inítium áliquod creatúrae ejus.



Allelúia, allelúia. ℣. Tu es sacérdos. 1011.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 14. f.*

In illo témpore : Dixit Jesus turbis : Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxórem, et fílios, et fratres, et soróres, adhuc autem et ánimam suam, non potest meus esse discípulus. Et

qui non bájulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discípulus. Quis enim ex vobis volens turrim aedificáre, non prius sedens cómputat sumptus, qui necessárii sunt, si hábeat ad perficiéndum; ne, posteáquam posúerit fundaméntum, et non potúerit perfícere, omnes, qui vident, incípiant illúdere ei, dicéntes: Quia hic homo coepit aedificáre, et non pótuit consummáre? Aut quis rex itúrus commíttere bellum advérsus álium regem, non sedens prius cógitat, si possit cum decem míllibus occúrrere ei, qui cum vigínti míllibus venit ad se? Alióquin, adhuc illo longe agénte, legatiónem mittens, rogat ea quae pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renúntiat ómnibus quae póssidet, non potest meus esse discípulus.

Offertorium. Véritas méa. 1031.

Secreta.

Hostias tibi, Dómine, beáti *N.* Mártyris tui atque Pontíficis dicátas méritis, benígnus assúme: et ad perpétuum nobis tríbue proveníre subsídium. Per Dóminum nostrum.

Comm. 4.





Postcommunio.

Refécti participatióne múneris sacri, quaésumus Dómine Deus noster: ut cujus exséquimur cultum, intercedénte beáto *N.* Mártyre tuo atque Pontífice, sentiámus effectum. Per Dóminum.

II. DE EODEM COMMUNI. ALIA MISSA.

Intr. 6.






Oratio.


Deus, qui nos beáti *N.* Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas: † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *2. Cor. 1.*


Fratres: Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi, Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra: ut possímus et ipsi consolári eos, qui in omni pressúra sunt, per exhortatiónem, qua exhortámur et ipsi a Deo. Quóniam sicut abúndant passiónes Christi in nobis; ita et per Christum abúndat consolátio nostra. Sive autem tribulámur pro vestra exhortatióne et salúte, sive consolámur pro vestra consolatióne, sive exhortámur pro vestra exhortatióne et salúte, quae operátur tolerántiam earúmdem passiónum, quas et nos pátimur: ut spes nostra firma sit pro vobis: sciéntes quod sicut sócii passiónum estis, sic éritis et consolatiónis: in Christo Jesu Dómino nostro.

Grad. 5.





sti é- um super ó- pera má-




nu-um tu-á- rum, * Dómi-ne.


Allelúia, allelúia. ℣. Hic est sacérdos. 1012.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*


Tract. 8.




BE-á- tus vir, * qui tímet Dó- mi-




num : in man-dá-tis é- jus




cú- pit ni- mis. ℣. Pót- ens in térra




é-rit sémen é- jus : ge-ne- rá- ti-o re- ctó-




rum be- ne- di-cé-tur.



℣. Gló- ri- a et di-ví-ti-ae in dómo é- jus : et



ju- stí- ti- a é- jus má- net * in saé-cu-lum



saécu-li.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 16.*


In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Si quis vult post me veníre, ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me. Qui enim volúerit ánimam suam salvam fácere, perdet eam : qui autem perdíderit ánimam suam propter me, invéniet eam. Quid enim prodest hómini, si mundum univérsum lucrétur, ánimae vero suae detriméntum patiátur? Aut quam dabit homo commutatiónem pro ánima súa? Fílius enim hóminis ventúrus est in glória Patris sui cum Angelis suis : et tunc reddet unicuíque secúndum ópera ejus.

Offertorium. Invéni Dávid. 1013.


Secreta.

Munera tibi, Dómine, dicáta sanctífica : et, intercedénte beáto *N.* Mártyre tuo atque Pontífice, per éadem nos placátus inténde. Per Dóminum nostrum.

Comm. 6.



POsu-í-sti Dómi- ne * in cá- pi-te éjus co-




ró- nam de lápi- de pre-ti- ó- so.

Postcommunio.


Haec nos commúnio, Dómine, purget a crímine : et, intercedénte beáto *N.* Mártyre tuo atque Pontífice, caeléstis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum.

I. MISSA DE UNO MARTYRE NON PONTIFICE.


Intr. 7.




IN virtú-te tú- a * Dómi- ne, laetá- bi- tur



jú-stus, et su- per sa-lu-tá-re tú- um ex-sul-tá-bit



ve- heménter : de-sidé- ri- um áni-mae é- jus tribu- í-




Oratio.


Praesta, quaésumus omnípotens Deus : † ut qui beáti *N.* Mártyris tui natalítia cólimus, * intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

Lectio libri Sapientiae. *Sap. 10. b.*

Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctórum : honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus. In fraude circumveniéntium illum áffuit illi, et honéstum fecit illum. Custodívit illum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum, et certámen forte dedit illi, ut vínceret et sciret, quóniam ómnium poténtior est sapiéntia. Haec vénditum justum non derelíquit, sed a peccatóribus liberávit eum : descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit illum, donec afférret illi sceptrum regni, et poténtiam advérsus eos, qui eum deprimébant : et mendáces osténdit, qui maculavérunt illum, et dedit illi claritátem aetérnam, Dóminus Deus noster.

Grad. 5.






Allelúia, allelúia. ℣. Posuísti. 976.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Desidérium. 959.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 10.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Nolíte arbitrári quia pacem vénerim míttere in terram : non veni pacem míttere, sed gládium. Veni enim separáre hóminem advérsus patrem suum, et fíliam advérsus matrem suam, et nurum advérsus socrum suam : et inimíci hóminis, doméstici ejus. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus : et qui amat fílium aut fíliam super me, non est me dignus. Et qui non áccipit crucem suam, et séquitur me, non est me dignus. Qui invénit ánimam suam, perdet illam : et qui perdíderit ánimam suam propter me, invéniet eam. Qui récipit vos, me récipit : et qui me récipit, récipit eum qui me misit. Qui récipit prophétam in nómine prophétae, mercédem prophétae accípiet : et qui récipit justum in nómine justi, mercédem justi accípiet. Et quicúmque potum déderit uni ex mínimis istis cálicem aquae frígidae tantum in nómine discípuli : amen dico vobis, non perdet mercédem suam.

Offert. 1.



rum, Dó- mine.

Secreta.

MUnéribus nostris, quaésumus Dómine, precibúsque suscéptis : et caeléstibus nos munda mystériis, et cleménter exáudi. Per Dóminum nostrum.

Comm. 1.

QUI vult ve-ní- re post me, * áb- neget semet-í-

psum : et tól-lat crú- cem sú- am, et sequá-tur me.

Postcommunio.

DA, quaésumus Dómine Deus noster : ut, sicut tuórum commemoratióne sanctórum, temporáli gratulámur offício, ita perpétuo laetémur adspéctu. Per Dóminum.

II. DE EODEM COMMUNI. ALIA MISSA.

Intr. 8.

LAetá- bi- tur * jú- stus in Dó- mi- no, et

spe-rá- bit in é- o : et lauda-bún- tur

ó-mnes ré- cti córde. *Ps.* Exáudi Dé- us o-ra-ti- ó-

nem mé- am cum déprecor : * a timó-re in-imí-ci é-ri-

pe á- nimam mé- am. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : † ut intercedénte beáto *N.* Mártyre tuo, et a cunctis adversitátibus liberémur in córpore, * et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Timotheum. *2. Tim. 2.*

CAríssime : Memor esto Dóminum Jesum Christum resurrexísse a mórtuis ex sémine David, secúndum Evangélium meum, in quo labóro usque ad víncula, quasi male óperans : sed verbum Dei non est alligátum. Ideo ómnia sustíneo propter eléctos, ut et ipsi salútem consequántur, quae est in Christo Jesu, cum glória caelésti. Tu autem assecútus es meam doctrínam, institutiónem, propósitum, fidem, longanimitátem, dilectiónem, patiéntiam, persecutiónes, passiónes : quália mihi facta sunt Antiochíae, Icónii, et Lystris : quales persecutiónes sustínui, et ex ómnibus erípuit me Dóminus. Et omnes qui pie volunt vívere in Christo Jesu, persecutiónem patiéntur.

Grad. 5.

JU- stus * cum ce-cíde-rit, non col-li- dé-

tur : qui-a Dó- mi- nus suppó- nit má-

num sú- am. ℣. Tóta dí- e mi-se-ré-tur, et


cómmodat : et sémen é- jus

in benedicti-ó- ne * é- rit.

2.

AL-le- lú-ia. * *ij.* ℣. Qui


sé-qui-tur me, non ámbu- lat in té-nebris,



Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Beátus vir. 962.


✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 10.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Nihil est opértum, quod non revelábitur; et occúltum, quod non sciétur. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine : et quod in aure audítis, praedicáte super tecta. Et nolíte timére eos, qui occídunt corpus, ánimam autem non possunt occídere : sed pótius timéte eum, qui potest et ánimam et corpus pérdere in gehénnam. Nonne duo pásseres asse véneunt : et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autem capílli cápitis omnes numeráti sunt. Nolíte ergo timére : multis passéribus melióres estis vos. Omnis ergo, qui confitébitur me coram homínibus, confitébor et ego eum coram Patre meo, qui in caelis est.



Secreta.

Accépta sit in conspéctu tuo, Dómine, nostra devótio : et ejus nobis fiat supplicatióne salutáris, pro cujus solemnitáte defértur. Per Dóminum nostrum.



Postcommunio.

Refécti participatióne múneris sacri, quaésumus Dómine Deus noster : ut, cujus exséquimur cultum, intercedénte beáto *N.* Mártyre tuo, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum.

COMMUNE

UNIUS ET PLURIMORUM MARTYRUM

TEMPORE PASCHALI.

IN I. VESPERIS.


Antiphonae, Psalmi, Capitulum de Communi Apostolorum, Tempore Paschali, 946.
Hymnus ut in II. Vesperis.
℣. Sáncti et jústi. 946. *Ad Magnif. Ant.* Lux perpétua. 946.
Oratio propria vel de Communi extra Tempus Paschale
Completorium de Dominica.
Ad Horas, *omnia de Communi Apostolorum, Tempore Paschali.*
Missae *inveniuntur post II. Vesperas.*

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Confitébor. 7. a. 144. — 3. Beátus vir. 2. D. 146. — 4. Laudáte púeri. 8. G*. 157. — 5. Crédidi. 2. D. 167.
Antiphonae et Capitulum de Communi Apostolorum, Tempore Paschali, 948

Pro uno Martyre.


Hymn. 3.



Ab Ascensione autem ad Pentecosten, pro doxologia dicitur : Jésu tibi sit glória, Qui víctor in caélum rédis, Cum Pátre et álmo Spíritu, In sempitérna saécula. Amen.

Item pro Uno Martyre, alter Tonus.

4.



ac Pa-rácli-to, In sempi-térna saécu-la. Amen.

Pro pluribus Martyribus.

Hymn. 3.

REX glo-ri-ó-se Márty-rum, Co- róna confi-ténti-
um, Qui respu- én-tes térre- a Perdú-cis ad caelé-
sti- a : 2. Aurem benígnam pró-ti-nus In-ténde nóstris
vó-cibus : Trophaé-a sá- cra pángimus, Ignósce quod de-
lí- quimus. 3. Tu víncis inter Márty-res, Par- císque Con-
fessó-ribus : Tu vínce nó-stra crímina, Largí-tor in-dul-
gén- ti-ae. 4. Dé- o Pátri sit gló-ri- a, Et Fí li- o,
qui a mórtu- is Surréxit, ac Pa-rácli-to, In sempi-tér-
na saé- cu-la. Amen.

Alter Tonus.

4.

REX glo-ri- ó- se Mártyrum, Coróna confi-ténti-um,
Qui respu-én- tes tér-re-a Perdú-cis ad caelésti- a. 2. Au-
rem bení-gnam pró-tinus Inténde nóstris vó-cibus : Tro-
phaé-a sá- cra pángimus, Ignósce quod de- líquimus. 3. Tu
víncis in- ter Mártyres, Parcísque Confessó-ribus : Tu vín-
ce nó-stra crímina, Largí-tor indulgénti-ae. 4. Dé- o Pá-
tri sit gló-ri- a, Et Fí-li- o, qui a mórtu- is Surréxit,
ac Pa-rácli-to, In sempi-térna saécu-la. Amen.

℣. Pretiósa. 951. *Ad Magnif. Ant.* Sáncti et jústi. 951. *Oratio propria vel de Communi extra Tempus Paschale,* 957.

¶ *Si facienda sit commemoratio alterius Officii quod habet eamdem Antiphonam, dicitur .*

Ant. 1. D 2

FI-li-ae Je-rúsa-lem, * ve-ní-te, et vi-dé-te Márty-

res cum co-ró- nis quíbus coroná-vit é- os Dóminus

in dí- e sol-emni-tá- tis et lae-tí- ti- ae, alle-

lú- ia, alle- lú- ia. E u o u a e.

℣. Pretiósa. *ut supra. Si jam dictus sit, dicitur :*

℣. Lux perpétua lucébit sánctis túis Dómine, allelúia.
℟. Et aetérnitas témporum, allelúia.

MISSA DE UNO MARTYRE

TEMPORE PASCHALI.

Intr. 7.

P Ro-texí-sti me * Dé- us a convén- tu ma-

li- gnánti- um, al-le-lú- ia : a multi-tú- di-

ne operánti- um in-iqui-tá- tem, alle-lú- ia,

alle- lú- ia. *Ps.* Ex-áudi Dé-us o-ra-ti- ónem mé- am

cum dépre-cor : * a timóre in-imí-ci é-ripe á-ni-

mam mé- am. Gló- ri-a Pátri. E u o u a e.

Pro Martyre et Pontifice. Oratio. Infirmitátem nostram. 957, *vel* Deus, qui nos. 961.

Pro Martyre non Pontifice. Oratio. Praesta, quaésumus... ut qui. 964, *vel* Praesta quaésumus... ut intercedénte. 967.

Lectio libri Sapientiae. *Sap. 5.*

STabunt justi in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, et qui abstulérunt labóres eórum. Vidéntes turbabúntur timóre horríbili, et mirabúntur in subitatióne insperátae salútis, dicéntes intra se, paeniténtiam agéntes, et prae angústia spíritus geméntes : Hi sunt, quos habúimus aliquándo in derísum, et in similitúdinem impropérii. Nos insensáti vitam illórum aestimabámus insániam, et finem illórum sine honóre : ecce quómodo computáti sunt inter fílios Dei, et inter Sanctos sors illórum est.

7.

A L-le-lú- ia. * *ij.*

℣. Confi-te- búntur caé-li mi-rabí-

li- a tú- a Dó- mi-ne : ét- e-

nim ve-ri- tá-tem tú- am

in ecclé- si- a * sanctó- rum.

1.

A L- le- lú-ia. * *ij.*

℣. Po-su- ísti, Dó- mi- ne, super cáput é- jus co- ró- nam de lá- pide * pre- ti- óso.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 15.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Ego sum vitis vera : et Pater meus agrícola est. Omnem pálmitem in me non feréntem fructum, tollet eum : et omnem, qui fert fructum, purgábit eum, ut fructum plus áfferat. Jam vos mundi estis propter sermónem, quem locútus sum vobis. Manéte in me, et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi mánserit in vite : sic nec vos, nisi in me manséritis. Ego sum vitis, vos pálmites : qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum : quia sine me nihil potéstis fácere. Si quis in me non mánserit, mittétur foras sicut palmes, et aréscet, et cólligent eum, et in ignem mittent, et ardet. Si manséritis in me, et verba mea in vobis mánserint : quodcúmque voluéritis, petétis, et fiet vobis.

Offert. 7.

C Onfi- tebúntur * caé- li mi-ra-bí- li- a tú- a Dó- mi- ne et ve- ri-tá-tem

tú- am in ecclé-si- a sanctó- rum, al- le- lú-ia, alle- lú- ia.

Pro Martyre et Pontifice. Secreta. Hóstias tibi. 960. *vel* Múnera. 963.

Pro Martyre non Pontifice. Secreta. Munéribus nostris. 966. *vel* Accépta sit. 969.

Comm. 5.

L Aetá-bi-tur jú-stus * in Dó- mi- no, et spe-rá- bit in é- o : et laudabún- tur ómnes ré-cti cór- de, alle-lú-ia, al-le- lú- ia.

Pro Martyre et Pontifice. Postcommunio. Refécti. 960. *vel* Haec nos commúnio. 963.


Pro Martyre non Pontifice. Postcommunio. Da, quaésumus. 966. *vel* Refécti participatióne. 969.

MISSA DE PLURIBUS MARTYRIBUS


TEMPORE PASCHALI.

Intr. 3.


S Ancti tú- i, * Dó- mi-ne, be- ne- dí-cent te : gló-ri- am régni tú- i dí- cent, alle-lú-ia,



alle- lú- ia. *Ps.* Exaltábo te Dé-us mé- us Rex : *



et benedí-cam nómi-ni tú-o in saécu-lum, et in saécu-



lum saécu-li. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Pro pluribus Martyribus Pontificibus. Oratio.

Beatórum Mártyrum paritérque Pontíficum *N.* et *N.* nos, quaésumus Dómine, festa tueántur : * et eórum comméndet orátio veneránda. Per Dóminum.

Pro pluribus Martyribus qui non sint Pontifices. Oratio.

Deus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum *N.* et *N.* natalítia cólere : † da nobis in aetérna beatitúdine * de eórum societáte gaudére. Per Dóminum nostrum.


Item. Alia Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum *N.* et *N.* solemnitáte laetíficas : † concéde propítius ; ut quorum gaudémus méritis, * accendámur exémplis. Per Dóminum nostrum.


Lectio Epistolae beati Petri Apostoli. *1. Petr. 1.*

Benedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui secúndum misericórdiam suam magnam regenerávit nos in spem vivam, per resurrectiónem Jesu Christi ex mórtuis, in haereditátem incorruptíbilem, et incontaminátam, et immarcescíbilem, conservátam in caelis in vobis, qui in virtúte Dei custodímini per fidem in salútem, parátam revelári in témpore novíssimo. In quo exsultábitis, módicum nunc si opórtet constristári in váriis tentatiónibus : ut probátio vestrae fídei multo pretiósior auro (quod per ignem probátur) inveniátur in laudem, et glóriam, et honórem, in revelatióne Jesu Christi Dómini nostri.


8.




A Lle-lú- ia. * *ij.*



℣. Sáncti tú- i, Dó- mine, flo-ré-bunt sic-ut lí-li-um :




et sic-ut ó- dor bálsami é- runt




* ante te.


4.




A Lle- lú- ia. *



℣. Pre-ti- ó- sa in con-



spé- ctu Dó- mi- ni, mors sanctó-




rum * é-jus.


✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 15.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Ego sum vitis, vos pálmites : qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum : quia sine me nihil potéstis fácere. Si quis in me non mánserit : mittétur foras sicut palmes, et aréscet, et cólligent eum, et in ignem mittent, et ardet. Si manséritis in me, et verba mea in vobis mánserint : quodcúmque voluéritis, petétis, et fiet vobis. In hoc clarificátus est Pater meus, ut fructum plúrimum afferátis, et efficiámini mei discípuli. Sicut diléxit me Pater, et ego diléxi vos. Manéte in dilectióne mea. Si praecépta mea servavéritis, manébitis in dilectióne mea, sicut et ego Patris mei praecépta servávi, et máneo in ejus dilectióne. Haec locútus sum vobis : ut gáudium meum in vobis sit, et gáudium vestrum impleátur.


Offert. 1.




L Aetá- mi- ni * in Dó- mino, et exsul-



tá- te jú- sti : et glo- ri- ámi-



ni ó-mnes ré- cti cór- de, alle-



lú- ia, alle-lú- ia.

Pro pluribus Martyribus Pontificibus. Secreta.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, quas in sanctórum tuórum commemoratióne deférimus : ut qui nostrae justítiae fidúciam non habémus, eórum qui tibi placuérunt, méritis adjuvémur. Per Dóminum nostrum.


Pro pluribus Martyribus qui non sint Pontifices. Secreta.

MUnera tibi, Dómine, nostrae devotiónis offérimus : quae et pro tuórum tibi grata sint honóre justórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum nostrum.


Item. Alia Secreta.

OBlátis, quaésumus Dómine, placáre munéribus : et intercedéntibus sanctis Martýribus tuis *N.* et *N.* a cunctis nos defénde perículis. Per Dóminum nostrum.


Comm. 1.



GAudé- te * jú- sti in Dó- mi- no, alle-



lú- ia : ré- ctos dé- cet collau-dá-ti- o,



al-le- lú- ia.

Pro pluribus Martyribus Pontificibus. Postcommunio.

QUaésumus, Dómine, salutáribus repléti mystériis : ut quorum solémnia celebrámus, eórum oratiónibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

Pro plur. Martyribus qui non sint Pontifices. Postcommunio.

PRaesta nobis, quaésumus Dómine : intercedéntibus sanctis Martýribus tuis *N.* et *N.* ut quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum.

Item. Alia Postcommunio.

HAec nos commúnio, Dómine, purget a crímine : et intercedéntibus sanctis Martýribus tuis *N.* et *N.* caeléstis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum nostrum.


COMMUNE PLURIMORUM MARTYRUM

EXTRA TEMPUS PASCHALE.


IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Confitébor. 8. G. 145. — 3. Beátus vir. 1. f. 145. — 4. Laudáte púeri. Peregr. 157. — 5. Laudáte Dóminum. 8. c. 173.

1. Ant. 8. G




O-mnes Sáncti * quánta pássi sunt torménta,




ut secú-ri pervení-rent ad pálmam martý-ri- i! E u o u a e.


2. Ant. 8. G



CUM pálma * ad régna pervenérunt Sáncti :




coró- nas decó-ris meru-érunt de má-nu Dé- i.




E u o u a e.


3. Ant. 1. f



COrpo- ra Sanctórum * in pá- ce




sepúlta sunt : et vívent nómina e- ó-rum in ae-térnum.



Capitulum. Justórum ánimae. *Hymnus.* Sanctórum méritis. *ut in II. Vesperis*, 985.

℣. Laetámini in Dómino, et exsultáte jústi.
℟. Et gloriámini ómnes récti córde.





Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio propria vel de Communi ut infra*, 978.

Ad Primam. *Ant.* Omnes Sáncti. 981. *Psalmi ut in Festis. Lectio brevis.* Fulgébunt justi. 983.

AD TERTIAM.

Ant. Cum pálma. 981. *Psalmi de Dominica. Capitulum.* Justórum ánimae. *e Vesperis*, 985.





℣. Exsúltent jústi in conspéctu Déi.
℟. Et delecténtur in laetítia.


Missae *inveniuntur post II. Vesperas.*

AD SEXTAM.

Ant. Córpora Sanctórum. 981. *Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Sap. 10. d.*

Reddidit Deus mercédem labórum Sanctórum suórum, † et dedúxit illos in via mirábili : et fuit illis in velaménto diéi, * et in luce stellárum nocte.




℣. Jústi autem in perpétuum vívent.
℟. Et apud Dóminum est mérces eórum.

AD NONAM.

Ant. Mártyrum chórus. 982. *Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Sap. 3. b.*

Fulgébunt justi, et tamquam scintíllae in arundinéto discúrrent. † Judicábunt natiónes, et dominabúntur pópulis : * et regnábit Dóminus illórum in perpétuum.



℣. Exsultábunt Sáncti in glória.
℟. Laetabúntur in cubílibus súis.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 2. D. 134. — 2. Confitébor. 2. D. 139. — 3. Beátus vir. 8. G. 152. — 4. Laudáte púeri. 7. a. 156. — 5. Crédidi. 8. G. 170.

1. Ant. 2. D

I-stí sunt Sáncti * qui pro testaménto Dé-i sú-a córpo-ra tradi-dé- runt, et in sánguine Agni lavé-runt stó-las sú- as. E u o u a e.

2. Ant. 2. D

S Ancti per fídem * vi-cérunt régna : operá-ti sunt justí-ti- am, ad-é-pti sunt promis-si- ó-nes. E u o u a e.

3. Ant. 8. G

S Anctórum * vel-ut áquilae juvéntus renovábi-tur : florébunt sicut lí-li-um in civi-tá-te Dómini. E u o u a e.

4. Ant. 7. a

A Bstérget Dé- us * ómnem lácri- mam ab ócu-lis

Sanctórum : et jam non é-rit ámpli- us neque lúctus, neque clámor, sed nec úllus dó-lor : quóni-am pri- ó- ra transi- é-runt. E u o u a e.

5. Ant. 8. G


I N caeléstí-bus ré- gnis * Sanctórum habi- tá-ti- o est, et in aetér-num réqui- es e-ó-rum. E u o u a e.


Capitulum. *Sap. 3.*

Justórum ánimae in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum mortis. † Visi sunt óculis insipiéntium mori : * illi autem sunt in pace.


Hymn. 2.

S Anctórum mé-ri-tis ínclyta gáudi- a Pangámus, só-ci- i, gestáque fórti- a : Glíscens fert ánimus prómere cánti-bus Victórum génus ópti-mum. 2. Hi sunt quos fá- tu-e múndus abhórru- it : Hunc frúctu vácu-um, fló-ribus


á-ri-dum, Contempsére tú-i nómi-nis ásseclae, Jésu
Rex bóne caéli- tum. 3. Hi pro te fú-ri-as atque mínas
trú-ces Calcárunt hóminum, saeváque vérbe-ra : His cés-
sit lácerans fórti-ter úngu-la, Nec cárpsit penetrá-li- a.
4. Caedúntur gládi-is móre bidénti- um : Non múrmur
résonat, non que-rimóni- a : Sed córde impávido mens
bene cónsci- a Consérvat pa-ti-énti- am. 5. Quae vox,
quae pó-te-rit língua retéxe-re, Quae tu Mar-tý-ribus mú-
nera praépa-ras? Rúbri nam flú-ido sánguine fúlgi-dis
Cíngunt témpora láure- is. 6. Te súmma o Dé- i-tas,
unáque póscimus, Ut cúlpas ábigas, nóxi- a súbtra-has :


Des pácem fámu-lis, ut tí-bi gló-ri- am Annórum in sé-
ri- em cá- nant. Amen.

Alter Tonus.


3.
S Anctórum mé-ri-tis íncly-ta gáudi- a Pangámus,
só-ci- i, gestáque fórti- a : Glíscens fert ánimus prómere
cántibus Victórum génus óptimum. 2. Hi sunt quos fá-
tu-e múndus abhórru-it : Hunc frúctu vácu-um, fló-ribus
á-ridum, Contempsére tú-i nóminis ásseclae, Jésu Rex
bóne caé-li-tum. 3. Hi pro te fú-ri- as atque mínas trúces
Calcárunt hóminum, saeváque vérbera : His céssit lácerans
fórti-ter úngu-la, Nec cárpsit pene-trá- li- a. 4. Caedúntur

gládi- is móre bidénti- um : Non múrmur résonat, non que-

rimóni- a : Sed córd*e* impávido mens bene cónsci- a

Consérvat pa-ti- énti- am. 5. Quae vox, quae pót-e-rit lín-

gua re-téxere, Quae tu Martý-ribus múnera praépa-ras?

Rúbri nam flú-ido sánguine fúlgi-dis Cíngunt témpora

láure- is. 6. Te súmm*a* o Dé- i-tas, unáque póscimus, Ut

cúlpas ábigas, nóxi- a súbtrahas : Des pácem fámu-lis, ut

tíbi gló-ri-am Annór*um* in sé-ri- em cánant. Amen.

℣. Exsultábunt sáncti in glória.
℟. Laetabúntur in cubílibus súis.

Ad Magnif. Ant. 6. F

GAudent in caé- lis * ánimae Sanctó-rum, qui Chrí-sti vestí- gi- a sunt se- cú- ti : et qui- a pro é-jus

amó- re sánguinem sú- um fu- dé- runt, íde- o cum Chrísto exsúltant sine fí-ne. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 6. F. 216, *vel* 218.

Pro pluribus Martyribus Pontificibus. Oratio.

BEatórum Mártyrum paritérque Pontíficum *N.* et *N.* nos, quaésumus Dómine, festa tueántur : * et eórum comméndet orátio veneránda. Per Dóminum.

Pro pluribus Martyribus qui non sint Pontifices. Oratio.

DEus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum *N.* et *N.* natalítia cólere : † da nobis in aetérna beatitúdine * de eórum societáte gaudére. Per Dóminum nostrum.

Alia Oratio.

DEus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum *N.* et *N.* solemnitáte laetíficas : † concéde propítius ; ut quorum gaudémus méritis, * accendámur exémplis. Per Dóminum nostrum.

¶ *Si facienda sit commemoratio alterius Officii quod habet eamdem Antiphonam, dicitur :*

Ant. 5. a


VEstri capíl-li cá-pi-tis * ómnes nume-rá-ti sunt : no- lí-te timére : múltis passé-ribus me-li- óres éstis vos.

E u o u a e.

℣. Exsultábunt. *ut supra. Qui* ℣. *si jam dictus sit, dicitur :*
℣. Exsúltent jústi in conspéctu Déi.
℟. Et delecténtur in laetítia.
Completorium de Dominica.

I. MISSA DE PLURIBUS MARTYRIBUS

EXTRA TEMPUS PASCHALE.




Pro pluribus Martyribus Pontificibus. Oratio.


Beatórum Mártyrum paritérque Pontíficum *N.* et *N.* nos, quaésumus Dómine, festa tueántur : * et eórum comméndet orátio veneránda. Per Dóminum.

Si non fuerint Pontifices dicitur Oratio ut in sequenti Missa.

Lectio libri Sapientiae. *Sap. 3.*


Justórum ánimae in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum mortis. Visi sunt óculis insipiéntium mori : et aestimáta est afflíctio éxitus illórum : et quod a nobis est iter, extermínium : illi autem sunt in pace. Et si coram homínibus torménta passi sunt, spes illórum immortalitáte plena est. In paucis vexáti, in multis bene disponéntur : quóniam Deus tentávit eos, et invénit illos dignos se. Tamquam aurum in fornáce probávit illos, et quasi holocáusti hóstiam accépit illos, et in témpore erit respéctus illórum. Fulgébunt justi, et tamquam scintíllae in arundinéto discúrrent. Judicábunt natiónes, et dominabúntur pópulis, et regnábit Dóminus illórum in perpétuum.






Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 21. b.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Cum audiéritis praélia et seditiónes, nolíte terréri : opórtet primum haec fíeri, sed nondum statim finis. Tunc dicébat illis : Surget gens contra gentem, et regnum advérsus regnum. Et terraemótus magni erunt per loca, et pestiléntiae, et fames, terrorésque de caelo, et signa magna erunt. Sed ante haec ómnia injícient vobis manus suas, et persequéntur tradéntes in synagógas et custódias, trahéntes ad reges et praésides propter nomen meum : contínget autem vobis in testimónium. Pónite ergo in córdibus vestris, non praemeditári quemádmodum respondeátis. Ego enim dabo vobis os, et sapiéntiam, cui non póterunt resístere et contradícere omnes adversárii vestri. Tradémini autem a paréntibus, et frátribus, et cognátis, et amícis, et morte affícient ex vobis : et éritis ódio ómnibus propter nomen meum : et capíllus de cápite vestro non períbit. In patiéntia vestra possidébitis ánimas vestras.



Secreta.


Adésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, quas in Sanctórum tuórum commemoratióne deférimus : ut, qui nostrae justítiae fidúciam non habémus, eórum qui tibi placuérunt, méritis adjuvémur. Per Dóminum.




Postcommunio.

Quaésumus, Dómine, salutáribus repléti mystériis : ut, quorum solémnia celebrámus, eórum oratiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

II. DE EODEM COMMUNI. ALIA MISSA.






Oratio.


Deus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum *N.* et *N.* natalítia cólere : † da nobis in aetérna beatitúdine * de eórum societáte gaudére. Per Dóminum nostrum.

Si fuerint Pontifices, dicatur Oratio praecedentis Missae : quod et in sequentibus servetur.

Lectio libri Sapientiae. *Sap. 5. c.*

Justi autem in perpétuum vivent, et apud Dóminum est merces eórum, et cogitátio illórum apud Altíssimum. Ideo accípient regnum decóris, et diadéma speciéi de manu Dómini : quóniam déxtera sua teget eos, et bráchio sancto suo deféndet illos. Accípiet armatúram zelus illíus, et armábit creatúram ad ultiónem inimicórum. Induet pro thoráce justítiam, et accípiet pro gálea judícium certum. Sumet scutum inexpugnábile aequitátem.






Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Qui séminant. 992.


✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 21. b.*

IN illo témpore : Descéndens Jesus de monte, stetit in loco campéstri, et turba discipulórum ejus, et multitúdo copiósa plebis ab omni Judaéa, et Jerúsalem, et marítima, et Tyri, et Sidónis, qui vénerant, ut audírent eum, et sanaréntur a languóribus suis. Et qui vexabántur a spirítibus immúndis, curabántur. Et omnis turba quaerébat eum tángere : quia virtus de illo exíbat, et sanábat omnes. Et ipse elevátis óculis in discípulos suos, dicébat : Beáti páuperes : quia vestrum est regnum Dei. Beáti qui nunc esurítis : quia saturabímini. Beáti qui nunc fletis : quia ridébitis. Beáti éritis, cum vos óderint hómines, et cum separáverint vos, et exprobráverint, et ejécerint nomen vestrum tamquam malum, propter Fílium hóminis. Gaudéte in illa die, et exsultáte ecce enim merces vestra multa est in caelo.



Secreta.


MUnera tibi, Dómine, nostrae devotiónis offérimus : quae et pro tuórum tibi grata sint honóre justórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum.



Postcommunio.

PRaesta nobis, quaésumus Dómine, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis *N.* et *N.*, ut quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

III. DE EODEM COMMUNI. ALIA MISSA.



et protéctor e-ó- rum est in témpo-re tri-

bu-la-ti- ó- nis. *Ps.* Nó-li aemu-lá-ri in ma-lignán-

ti-bus : * neque ze-láve-ris fa-ci-éntes in- iqui-tátem.

Gló-ri-a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum *N.* et *N.* solemnitáte laetíficas : † concéde propítius ; ut quorum gaudémus méritis, * accendámur exémplis. Per Dóminum nostrum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Hebraeos. *Hebr. 10. f.*

Fratres : Rememorámini prístinos dies, in quibus illumináti, magnum certámen sustinuístis passiónum : et in áltero quidem oppróbriis, et tribulatiónibus spectáculum facti : in áltero autem sócii táliter conversántium effécti. Nam et vinctis compássi estis, et rapínam bonórum vestrórum cum gáudio suscepístis, cognoscéntes vos habére meliórem et manéntem substántiam. Nolíte ítaque amíttere confidéntiam vestram, quae magnam habet remuneratiónem. Patiéntia enim vobis necessária est : ut voluntátem Dei faciéntes, reportétis promissiónem. Adhuc enim módicum aliquántulum, qui ventúrus est, véniet, et non tardábit. Justus autem meus ex fide vivit.

Grad. 7.

Clama-vé-runt jú- sti, * et Dómi- nus

exaudí- vit é- os : et ex ómni- bus

tribu-la-ti- ónibus e- órum

liberá- vit é- os. ℣. Juxta est Dó-

minus his, qui tribu-lá- to sunt cór-

de : et hú- mi- les spí-ri-

tu * salvá- bit.

5.

Alle- lú- ia. * *ij.*

℣. Te Mártyrum can- di- dá- tus láu- dat


exér- ci- tus, * Dó- mi- ne.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Qui séminant. 992.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.
Luc. 12, 1-8.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Atténdite a ferménto pharisaeórum, quod est hypócrisis. Nihil autem opértum est, quod non revelétur : neque abscónditum, quod non sciátur. Quóniam, quae in ténebris dixístis, in lúmine dicéntur : et quod in aurem locúti estis in cubículis, praedicábitur in tectis. Dico autem vobis amícis meis : Ne terreámini ab his, qui occídunt corpus, et post haec non habent ámplius quid fáciant. Osténdam autem vobis quem timeátis : timéte eum, qui postquam occíderit, habet potestátem míttere in gehénnam. Ita dico vobis : hunc timéte. Nonne quinque pásseres véneunt dipóndio, et unus ex illis non est in oblivióne coram Deo ? Sed et capílli cápitis vestri omnes numeráti sunt. Nolíte ergo timére : multis passéribus pluris estis vos. Dico autem vobis : Omnis quicúmque conféssus fúerit me coram homínibus, et Fílius hóminis confitébitur illum coram Angelis Dei.


Offert. 1.



Secreta.

Oblátis, quaésumus Dómine, placáre munéribus : et intercedéntibus sanctis Martýribus tuis *N.* et *N.* a cunctis nos defénde perículis. Per Dóminum.

Comm. 4.



Postcommunio.

Haec nos commúnio, Dómine, purget a crímine : et intercedéntibus sanctis Martýribus tuis *N.* et *N.* caeléstis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum.

COMMUNE CONFESSORIS PONTIFICIS.


IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 7. c. 137. — 2. Confitébor. 7. c. 144. — 3. Beátus vir. 8. G*. 152. — 4. Laudáte púeri. 7. c. 156. — 5. Laudáte Dóminum. 3. g. 172.

Antiphonae, Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 1004.

℣. Amávit éum Dóminus, et ornávit éum. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Stólam glóriae índuit éum. (*T. P.* Allelúia.)

Ad Magnif. Ant. 1. D



Cant. Magníficat. 1. D. 212, *vel* 218. — *Oratio ut infra*, 1009.




Pro Doctoribus tamen Antiphona ad Magníficat *in utrisque Vesperis, et Oratio, ut infra, in Communi Doctorum*, 1016.

Completorium de Dominica.




Ad Primam. *Ant.* Ecce sacérdos mágnus. 1004. *Psalmi ut in Festis. Lect. br.* Fungi sacerdótio. 1003.

AD TERTIAM.

Ant. Non est invéntus, 1004. *Psalmi de Dominica. Capitulum.* Ecce sacérdos magnus. *e Vesperis,* 1005.

℟. br.

A -mávit é-um Dómi-nus, * Et orná- vit é- um.

℣. Stó-lam gló-ri-ae índu-it é- um. Gló-ri- a Pátri, et

Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sáncto.

Tempore Paschali.

℟. br.

A -mávit é-um Dóminus, et ornávit é- um : * Alle-

lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Stó-lam gló-ri-ae índu- it é- um. Gló-

ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu-i Sáncto.

℣. Elégit éum Dóminus sacerdótem síbi. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Ad sacrificándum éi hóstiam láudis. (*T. P.* Allelúia.)


Missae *inveniuntur post II. Vesperas.*


AD SEXTAM.

Ant. Ideo. 1004. *Psalmi de Dominica.*




Capitulum. *Eccli. 44. c.*

NON est invéntus símilis illi, † qui conserváret legem Excél- | si : * ídeo jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam.

℟. br.

E -légit é-um Dómi-nus * Sacerdó- tem sí-bi. ℣. Ad


sacri- fi-cándum é- i hósti- am láudis. Gló-ri- a Pátri.

Tempore Paschali.

℟. br.

E - légit é-um Dóminus sacerdó-tem sí-bi : * Alle-

lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Ad sacri-fi-cándum é- i hósti- am láu-

dis. Gló-ri- a Pátri.



℣. Tu es sacérdos in aetérnum. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Secúndum órdinem Melchísedech. (*T. P.* Allelúia.)

AD NONAM.



Ant. Sérve bóne. 1005. *Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Eccli. 45. c.*

FUngi sacerdótio, † et habére laudem in nómine ipsíus, * et | offérre illi incénsum dignum in odórem suavitátis.

℟. br.

T U es sacérdos * In aetérnum. ℣. Se-cúndum órdi-

nem Melchí-sedech. Gló-ri- a Pátri.




Tempore Paschali.



℟. br.

T U es sacérdos in aetérnum : * Alle-lú-ia, alle-lú-ia.

℣. Secúndum órdinem Melchí-sedech. Gló-ri- a Pátri.

℣. Jústum dedúxit Dóminus per vías réctas. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Et osténdit ílli régnum Déi. (*T. P.* Allelúia.)




IN II. VESPERIS.




Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 7. c. 137. — 2. Confitébor. 7. c. 144. — 3. Beátus vir. 8. G*. 152. — 4. Laudáte púeri. 7. c. 156. — 5. Meménto Dómine Dávid. 3. g. 184.



1. Ant. 7. c

Ecce sacérdos mágnus, * qui in di- ébus sú- is plá-

cu- it Dé- o, et invéntus est jústus. *T. P.* Alle-lú- ia.

E u o u a e.

2. Ant. 7. c

NON est invéntus * sími-lis ílli,

qui conservá- ret légem Excél-si. *T. P.* Alle-lú- ia.

E u o u a e.








3. Ant. 8. G*

Ideo * jure-jurándo fé-cit íllum

Dómi-nus créscere in plébem sú- am. *T. P.* Alle-lú- ia.

E u o u a e.


4. Ant. 7. c

SAcerdó-tes Dé- i, * benedí- ci-te

Dóminum : sérvi Dómi-ni, hýmnum dí-ci-te Dé- o, † alle-

lú- ia. *Post Septuag.* † in aetérnum. E u o u a e.

5. Ant. 3. g

SErve bó-ne * et fi-dé- lis, íntra in gáudi- um

Dómi-ni tú- i. *T. P.* Alle- lú- ia. E u o u a e.


Capitulum. *Eccli. 44. c.*


Ecce sacérdos magnus, † qui in diébus suis plácuit Deo, et invéntus est justus : * et in témpore iracúndiae factus est reconciliátio.

Hymn. 8.

I- ste Conféssor Dómi-ni, co-léntes Quem pi- e láu-

dant pópu-li per órbem, Hac dí- e laétus méru- it be- á-
Si non est dies obitus : méru- it supré-

tas Scán-de- re sé-des. 2. Qui pí- us, prúdens, húmi-lis, pu-
mos Láu- dis ho-nó-res.

dí-cus, Sóbri- am dúxit sine lábe ví-tam, Donec humá-

nos animávit áurae Spí- ri-tus ártus. 3. Cú- jus ob praé-

stans mé-ri-tum frequénter, Aégra quae passim jacu-ére

mémbra, Ví-ribus mórbi dómi-tis, sa-lú-ti Re- sti-tu-ún-




Alius Tonus.





Alius Tonus.



tas Scán-de- re sé-des. 2. Qui pí- us, prúdens, húmi-lis, pu-
mos Láu- dis honó-res.

dí-cus, Sóbri-am dú-xit sine lábe ví-tam, Do-nec humá-

nos animávit áurae Spí- ri-tus ártus. 3. Cújus ob praé-

stans mé-ri-tum frequénter, Aégra quae passim jacu-ére

mémbra, Ví- ribus mórbi dómi-tis, sa-lú- ti Re- sti-tu-

úntur. 4. Nóster hinc íl-li chórus obsequéntem Cóncinit

láudem ce-lebrésque pálmas, Ut pí- is é-jus précibus ju-

vé-mur Omne per aévum. 5. Sit sálus íl-li, décus, atque

vírtus, Qui super caé-li só-li- o corúscans, To- tí- us mún-

di sé-ri- em gubér-nat Trí- nus et únus. Amen.

℣. Jústum dedúxit Dóminus per vías réctas. (*T. P.* Allelúia).
℟. Et osténdit ílli régnum Déi. (*T. P.* Allelúia).

Ad Magnif. Ant. 1. D 2

A-mávit é- um Dómi-nus, * et orná-vit é- um : stó-lam gló-ri- ae índu- it é- um, et ad pórtas paradí- si coroná-vit é- um. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D 2. 212, *vel* 218.

Oratio.

DA, quaésumus omnípotens Deus : † ut beáti *N.* Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, * et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

Alia Oratio.

EXáudi, quaésumus Dómine, preces nostras, quas in beáti *N.* Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus : † et qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, * ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

Sequens Antiphona dicitur ad Magnificat in II. Vesperis pro solis summis Pontificibus. Si vero agenda sit Commemoratio alterius summi Pontificis, sumitur Antiphona Amávit. *ut supra.*

Ad Magnif. Ant. 1. f

DUM ésset súmmus Pónti-fex, * ter-réna non mé- tu- it : sed ad caelésti- a régna glo-ri- ósus migrá-vit. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e. *Cant.* Magníficat. 1. f. 212, *vel* 218.

¶ *Si facienda sit Commemoratio Officii quod habet eamdem Antiphonam, dicitur :*

Ant. 1. D

EU- ge, * sérve bóne et fidé- lis, qui- a in páu-

ca fu-ísti fi-dé- lis, supra múlta te constí-tu-am, dí-cit

Dóminus. *T. P.* Alle-lú- ia.

℣. Jústum dedúxit. *ut supra. Vel si jam dictus sit :*

℣. Elégit éum Dóminus sacerdótem síbi. (*T. P.* Allelúia.)

℟. Ad sacrificándum éi hóstiam láudis. (*T. P.* Allelúia.)

Completorium de Dominica.

¶ *Si occurrat celebrari Festum plurimorum Confessorum Pontificum, Officium fit ut supra : sed in Oratione, quae ponuntur in singulari, dicantur in plurali.*

I. MISSA DE CONFESSORE PONTIFICE.

Intr. 1.

S Tá-tu- it * é- i Dó- mi- nus te-staméntum pá- cis, et príncipem fé- cit é- um : ut sit íl-li sa- cerdó-ti- i dígni- tas in ae- tér- num. *T. P.* Alle- lú- ia, alle- lú- ia. *Ps.* Meménto Dómine Dá-vid :* et ómnis mansu-e-tú- di-nis é- jus. Gló-ri- a Pátri.

E u o u a e.

Oratio.

DA, quaésumus omnípotens Deus : † ut beáti *N.* Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, * et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

Lectio libri Sapientiae. *Eccli. 44. et 45.*


ECce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, et invéntus est justus : et in témpore iracúndiae factus est reconciliátio. Non est invéntus símilis illi, qui conservávit legem Excélsi. Ideo jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam. Benedictiónem ómnium géntium dedit illi, et testaméntum suum confirmávit super caput ejus. Agnóvit eum in benedictiónibus suis : conservávit illi misericórdiam suam : et invénit grátiam coram óculis Dómini. Magnificávit eum in conspéctu regum : et dedit illi corónam glóriae. Státuit illi testaméntum aetérnum, et dedit illi sacerdótium magnum : et beatificávit illum in glória. Fungi sacerdótio, et habére laudem in nómine ipsíus, et offérre illi incénsum dignum in odórem suavitátis.

Grad. 5.

E C-ce * sacérdos má- gnus, qui in di- é- bus sú- is plá- cu- it Dé- o. ℣. Non est invéntus sími-lis íl-li, qui conservá- ret *légem Excél- si.


8.

A L-le- lú-ia. * *ij.*




Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Beátus vir. 962.

Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Tu es Sacérdos. *ut supra ; deinde :*




✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 25.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc : Homo péregre profícíscens, vocávit servos suos, et trádidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talénta, álii autem duo, álii vero unum, unicuíque secúndum própriam virtútem, et profectus est statim. Abiit autem qui quinque talénta accéperat, et operátus est in eis, et lucrátus est ália quinque. Simíliter et qui duo accéperat, lucrátus est ália duo. Qui autem unum accéperat, ábiens fodit in terram, et abscóndit pecúniam dómini sui. Post multum vero témporis venit dóminus servórum illórum, et pósuit ratiónem cum eis. Et accédens qui quinque talénta accéperat, óbtulit ália quinque talénta, dicens : Dómine, quinque talénta tradidísti mihi, ecce ália quinque superlucrátus sum. Ait illi dóminus ejus : Euge serve bone et fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, super multa te constítuam : intra in gáudium dómini tui. Accéssit autem et qui duo talénta accéperat, et ait : Dómine, duo talénta tradidísti mihi, ecce ália duo lucrátus sum. Ait illi dóminus ejus : Euge serve bone et fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, super multa te constítuam : intra in gáudium dómini tui.



Secreta.

Sancti tui, quaésumus Dómine, nos ubíque laetíficent : ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.




Postcommunio.

Praesta, quaésumus omnípotens Deus : ut de percéptis munéribus grátias exhibéntes, intercedénte beáto *N.* Confessóre tuo atque Pontífice, benefícia potióra sumámus. Per Dóminum.

II. DE EODEM COMMUNI. ALIA MISSA.

Intr. 3.




Oratio.


Exáudi, quaésumus Dómine, preces nostras, quas in beáti *N.* Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte déferimus : † et qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, * ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Hebraeos. *Hebr. 7. d.*

Fratres : Plures facti sunt sacerdótes, idcírco quod morte prohiberéntur permanére : Jesus autem eo quod máneat in aetérnum, sempitérnum habet sacerdótium. Unde et salváre in perpétuum potest accedéntes per semetípsum ad Deum : semper vivens ad interpellándum pro nobis. Talis enim decébat ut nobis esset póntifex, sanctus, innocens, impollútus, segregátus a peccatóribus, et excélsior caelis factus : qui non habet necessitátem quotídie, quemádmodum sacerdótes, prius pro suis delíctis hóstias offérre, deínde pro pópuli : hoc enim fecit semel, seípsum offeréndo, Jesus Christus Dóminus noster.

Grad. 1.







Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Beátus vir. 962.

Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Jurávit. *ut supra ; deinde :* Allelúia. ℣. Amávit éum. *ut infra,* 1019.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 24.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Vigiláte, quia nescítis, qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Illud autem scitóte, quóniam si sciret paterfamílias, qua hora fur ventúrus esset, vigiláret útique, et non síneret pérfodi domum suam. Ideo et vos estóte paráti : quia qua nescítis hora, Fílius hóminis ventúrus est. Quis, putas, est fidélis servus et prudens, quem constítuit dóminus suus super famíliam suam, ut det illis cibum in témpore? Beátus ille servus quem, cum vénerit dóminus ejus, invénerit sic faciéntem. Amen dico vobis, quóniam super ómnia bona sua constítuet eum.

Offertorium. Véritas méa. *ut infra.* 1031.

Secreta.

SAncti *N.* Confessóris tui atque Pontíficis, quaésumus Dómine, ánnua solémnitas pietáti tuae nos reddat accéptos : ut per haec piae placatiónis offícia, et illum beáta retribútio comitétur, et nobis grátiae tuae dona concíliet. Per Dóminum.

Communio. Beátus sérvus. *ut infra.* 1031.

Postcommunio.


DEus, fidélium remunerátor animárum : praesta ; ut beáti *N.* Confessóris tui atque Pontíficis, cujus venerándam celebramus festivitátem, précibus indulgéntiam consequámur. Per Dóminum nostrum.


COMMUNE DOCTORUM.


Omnia de Communi Confessoris aut Pontificis aut non Pontificis, juxta qualitatem Festi, praeter sequentia :

IN UTRISQUE VESPERIS.

Ad Magnif. Ant. 2. D











Cant. Magníficat. 2. D. 213, *vel* 219.

Nomina Doctorum Ecclesiae.










Oratio.

DEus, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum *N.* minístrum tribuísti : † praesta, quaésumus ; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum nostrum.

Si vero agenda sit Commemoratio alterius Doctoris, Antiphona in utrisque Vesperis et Oratio sumuntur de respectivo Communi Confessoris aut Pontificis aut non Pontificis, pro qualitate Festi.

MISSA DE DOCTORIBUS.





Oratio.

Deus, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum *N.* minístrum tribuísti : praesta, quaésumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum nostrum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Timotheum. *2. Tim. 4.*


Caríssime : Testíficor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicatúrus est vivos et mórtuos, per advéntum ipsíus, et regnum ejus : praédica verbum, insta opportúne, importúne : árgue, óbsecra, íncrepa in omni patiéntia, et doctrína. Erit enim tempus, cum sanam doctrínam non sustinébunt, sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magístros, pruriéntes áuribus, et a veritáte quidem audítum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu vero vígila, in ómnibus labóra, opus fac Evangelístae, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim jam delíbor, et tempus resolutiónis meae instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósita est mihi coróna justítiae, quam reddet mihi Dóminus in illa die, justus judex : non solum autem mihi, sed et iis, qui díligunt advéntum ejus.






Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Beátus vir. *ut supra*, 962.

Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Amávit. *ut supra ; deinde :*



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 5.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Vos estis sal terrae. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Ad níhilum valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest cívitas abscóndi supra montem pósita. Neque accéndunt lucérnam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus, qui in domo sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus, ut vídeant ópera vestra bona, et gloríficent Patrem vestrum, qui in caelis est. Nolíte putáre, quóniam veni sólvere legem, aut prophétas : non veni sólvere, sed adimplére. Amen quippe dico vobis, donec tránseat caelum et terra, ióta unum, aut unus apex non praeteríbit a lege donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis, et docúerit sic hómines, mínimus vocábitur in regno caelórum : qui autem fécerit, et docúerit, hic magnus vocábitur in regno caelórum.



Secreta.

Sancti *N.* Pontíficis (*vel* Confessóris) tui atque Doctóris nobis, Dómine, pia non desit orátio : quae et múnera nostra concíliet; et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum nostrum.

Communio. Fidélis sérvus. 1013.

Pro Doctore Pontifice. Postcommunio.

Ut nobis, Dómine, tua sacrifícia dent salútem : beátus *N.* Pontífex tuus, et Doctor egrégius, quaésumus, precátor accédat. Per Dóminum.

Pro Doctore non Pontifice. Postcommunio.

Ut nobis, Dómine, tua sacrifícia dent salútem : beátus *N.* Conféssor tuus, et Doctor egrégius, quaésumus, precátor accédat. Per Dóminum.


COMMUNE CONFESSORIS NON PONTIFICIS.


IN I. VESPERIS.

Psalmi, Antiphonae, Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 1023.


℣. Amávit éum Dóminus, et ornávit éum. (*T. P.* Allelúia.)

℟. Stólam glóriae índuit éum. (*T. P.* Allelúia.)





aedi-fi-cá-vit dómum sú-am supra pétram. *T. P.* Alle-



lú-ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D. 212, *vel* 218. — *Oratio ut infra*, 1027.

Pro Doctoribus tamen Antiphona ad Magníficat *in utrisque Vesperis, et Oratio, ut supra in Communi Doctorum.* 1016.

Completorium de Dominica.

Ad Primam. *Ant.* Dómine. 1023. *Psalmi ut in Festis. Lect. br.* Justum dedúxit. 1023.

AD TERTIAM.

Ant. Euge sérve bóne. 1023. *Psalmi de Dominica. Capitulum.* Beátus vir. *e Vesperis*, 1024. ℟. *br.* Amávit éum. *ut supra*, 1002.

℣. Os jústi meditábitur sapiéntiam. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Et língua éjus loquétur judícium. (*T. P.* Allelúia.)

Missae *inveniuntur post II. Vesperas.*


AD SEXTAM.

Ant. Fidélis sérvus et prúdens. 1024. *Psalmi de Dominica.*


Capitulum. *Eccli. 39.*

JUstus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, * et in conspéctu Altíssimi deprecábitur.

℟. br.




OS jústi * Medi-tábi-tur sa- pi-énti- am. ℣. Et lín-




gua éjus loquétur judíci-um. Glóri- a Pátri.

Tempore Paschali.

℟. br.



OS justi medi-tábi-tur sapi-énti- am : * Alle- lú-ia,



allelú-ia. ℣. Et língua é-jus loquétur judíci- um. Gló-ri- a.

℣. Lex Déi éjus in córde ipsíus. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Et non supplantabúntur gréssus éjus. (*T. P.* Allelúia.)


AD NONAM.

Ant. Sérve bóne. 1024. *Psalmi de Dominica.*


Capitulum. *Sap. 10. b.*

JUstum dedúxit Dóminus per vias rectas, † et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctórum : * honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus.

℟. br.




LEX Dé-i é-jus * In córde ipsí- us. ℣. Et non




supplantabúntur gréssus é-jus. Glóri- a Pátri.

Tempore Paschali.

℟. br.



LEX Dé-i éjus in córde ipsí- us : * Alle-lú-ia, al-




le-lú-ia. ℣. Et non supplantabúntur gréssus éjus. Gló-ri- a.

℣. Jústum dedúxit Dóminus per vías réctas. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Et osténdit ílli régnum Déi. (*T. P.* Allelúia.)


IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 1. g 2. 133. — 2. Confitébor. 1. f. 138. — 3. Beátus vir. 3. a. 147. — 4. Laudáte púeri. 7. a. 156. — 5. Laudáte Dóminum. 7. c 2. 173.


1. Ant. 1. g 2



DOmine, * quinque ta-lénta tradidísti míhi : ec-




ce á-li- a quinque superlucrá-tus sum. *T. P.* Alle-



lú- ia. E u o u a e.

2. Ant. 1. f



EUge sérve bóne, * in mó-

dico fidé-lis, íntra in gáudi- um Dómi-ni tú- i.

T. P. Alle-lú- ia. E u o u a e.

3. Ant. 3. a

F Idé-lis sérvus et prúdens, * quem constí-tu-it Dóminus super famí- li-am sú- am. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

4. Ant. 7. a

B E-átus ílle sérvus,* quem cum vénerit dómi-nus é-jus, et pulsá-ve-rit jánu-am, invéne-rit vi-gi-lántem. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

5. Ant. 7. c 2

S Erve bó-ne * et fidé-lis, íntra in gáudi- um Dómini tú- i. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 31.*

Beátus vir qui invéntus est sine mácula : † et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. * Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua.

Hymn. 2.

I -ste Conféssor Dómini, coléntes Quem pi- e láu-

dant pópu-li per órbem, Hac dí- e laétus méru- it be- á-
Si non est dies obitus : méru- it supré-

tas Scánde- re sé-des. 2. Qui pí- us, prúdens, húmi-lis, pu-
mos Láu-dis honó- res.

dícus, Sóbri-am dú-xit sine lábe ví-tam, Do- nec hu-

mános animávit áurae Spí-ri-tus ártus. 3. Cújus ob praé-

stans mé-ri-tum frequénter, Aégra quae passim jacu-é-


re mémbra, Ví- ribus mórbi dómi-tis, salú-ti Resti-tu-


úntur. 4. Nóster hinc íl-li chórus obsequéntem Cóncinit

láudem celebrésque pálmas, Ut pí- is éjus pré-cibus ju-


vémur Omne per aévum. 5. Sit sá-lus íl-li, décus atque

vírtus, Qui super caé-li só-li-o corúscans, To- tí-us





℣. Jústum dedúxit Dóminus per vías réctas. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Et osténdit ílli régnum Déi. (*T. P.* Allelúia.)



Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223.

Oratio.

Deus, qui nos beáti *N.* Confessóris tui ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, * étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

ADésto Dómine supplicatiónibus nostris, quas in beáti *N.* Confessóris tui solemnitáte deférimus : † ut qui nostrae justítiae fidúciam non habémus, * ejus qui tibi plácuit précibus adjuvémur. Per Dóminum.

Si fuerit Abbas. Oratio. Intercéssio. *ut infra*, 1034.

¶ *Si facienda sit commemoratio alterius Officii qui habet eamdem Antiphonam, dicitur :*

Ant. 4.

EU- ge * sérve bóne et fi-dé-lis, qui-a in páuca fu-ísti fi-dé-lis, supra múlta te constí-tu-am : íntra in gáudi- um Dómi-ni tú- i. *T. P.* Alle-lú- ia.

℣. Jústum dedúxit. *ut supra. Vel si jam dictus sit :*

℣. Os jústi meditábitur sapiéntiam. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Et língua éjus loquétur judícium. (*T. P.* Allelúia.)

Completorium de Dominica.

¶ *Si occurrat celebrari Festum plurium Confessorum non Pontificum, Officium fit ut supra; sed in Oratione, quae habentur in singulari, dicantur in plurali.*

I. MISSA DE CONFESSORE NON PONTIFICE.

Intr. 6.

OS jú-sti * medi- tá- bi-tur sapi- énti- am, et língua é- jus loqué-tur judí- ci- um : lex Dé- i é-jus in córde ipsí- us. *T. P.* Alle-lú- ia, alle- lú- ia. *Ps.* Nó-li aemu-lá-ri in ma-lignántibus : * neque ze-láve-ris fa-ci- éntes in-iqui-tá-tem. Gló-ri- a Pá- tri. E u o u a e.

Oratio.


DEus, qui nos beáti *N.* Confessóris tui ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, * étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

Lectio libri Sapientiae. *Eccli. 31.*

BEátus vir, qui invéntus est sine mácula : et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua. Qui probátus est in illo, et perféctus est, erit illi glória aetérna : qui pótuit tránsgredi, et non est transgréssus : fácere mala, et non fecit : ídeo stabilíta sunt bona illíus in Dómino, et eleemósynas illíus enarrábit omnis ecclésia sanctórum.

Grad. 2.

JUstus * ut pálma flo-ré- bit : sic-ut cé- drus Líba- ni mul-tipli-cá- bi-tur in dó- mo Dómi-ni. ℣. Ad annunti- ándum ma- ne mi- se-ri-córdi- am tú-




Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Beátus vir. 962.

Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Beátus vir. *ut supra ; deinde :* Allelúia. ℣. Amávit éum. 1019.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 12. e.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Sint lumbi vestri praecíncti, et lucérnae ardéntes in mánibus vestris, et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis : ut, cum vénerit et pulsáverit, conféstim apériant ei. Beáti servi illi, quos, cum vénerit dóminus, invénerit vigilántes : amen dico vobis, quod praecínget se, et fáciet illos discúmbere, et tránsiens ministrábit illis. Et si vénerit in secúnda vigília et si in tértia vigília vénerit, et ita invénerit, beáti sunt servi illi. Hoc autem scitóte, quóniam si sciret paterfamílias, qua hora fur veníret, vigiláret útique, et non síneret pérfodi domum suam. Et vos estóte paráti : quia, qua hora non putátis, Fílius hóminis véniet.


Offert. 2.



Secreta.

LAudis tibi, Dómine, hóstias immolámus in tuórum commemoratióne sanctórum : quibus nos et praeséntibus éxui malis confídimus, et futúris. Per Dóminum nostrum.

Comm. 3.




Postcommunio.

REfécti cibo potúque caelésti, Deus noster, te súpplices exorámus : ut in cujus haec commemoratióne percépimus, ejus muniámur et précibus. Per Dóminum nostrum.

II. DE EODEM COMMUNI. ALIA MISSA.

Intr. 1.




Oratio.

Adésto Dómine supplicatiónibus nostris, quas in beáti *N.* Confessóris tui solemnitáte deférimus : † ut qui nostrae justítiae fidúciam non habémus, * ejus qui tibi plácuit précibus adjuvémur. Per Dóminum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *1. Cor. 4.*

Fratres : Spectáculum facti sumus mundo, et Angelis, et homínibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudéntes in Christo : nos infírmi, vos autem fortes : vos nóbiles, nos autem ignóbiles. Usque in hanc horam et esurímus, et sitímus, et nudi sumus, et cólaphis caédimur, et instábiles sumus, et laborámus operántes mánibus nostris : maledícimur, et benedícimus : persecutiónem pátimur, et sustinémus : blasphemámur, et obsecrámus : tamquam purgaménta hujus mundi facti sumus, ómnium peripséma usque adhuc. Non ut confúndam vos, haec scribo, sed ut fílios meos caríssimos móneo : in Christo Jesu Dómino nostro.

Graduale. Os justi. 1019.




Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Beátus vir. 962.


Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Beátus vir. *ut supra, deinde :* Allelúia. ℣. Jústus germinábit. 1020.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 12. d.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Nolíte timére, pusíllus grex, quia complácuit Patri vestro dare vobis regnum. Véndite quae possidétis, et date eleemósynam. Fácite vobis sácculos, qui non veteráscunt, thesáurum non deficiéntem in caelis : quo fur non apprópiat, neque tínea corrúmpit. Ubi enim thesáurus vester est, ibi et cor vestrum erit.


Offert. 6.





Secreta.

Praesta nobis, quaésumus omnípotens Deus : ut nostrae humilitátis oblátio, et pro tuórum tibi grata sit honóre Sanctórum, et nos córpore páriter et mente purífícet. Per Dóminum.



Postcommunio.

Quaésumus, omnípotens Deus : ut, qui caeléstia aliménta percépimus, intercedénte beáto *N.* Confessóre tuo, per haec contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum.

COMMUNE ABBATUM.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, praeter Orationem, ut infra.

MISSA PRO ABBATIBUS.


Introitus. Os jústi. 1028.


Oratio.


Intercéssio nos, quaésumus Dómine, beáti *N.* Abbátis commendet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum.

Lectio libri Sapientiae. *Eccli. 45.*

Diléctus Deo, et homínibus, cujus memória in benedictióne est. Símilem illum fecit in glória sanctórum, et magnificávit eum in timóre inimicórum, et in verbis suis monstra placávit. Glorificávit illum in conspéctu regum, et jussit illi coram pópulo suo, et osténdit illi glóriam suam. In fide et lenitáte ipsíus sanctum fecit illum, et elégit eum ex omni carne. Audívit enim eum, et vocem ipsíus, et indúxit illum in nubem. Et dedit illi coram praecépta, et legem vitae, et disciplínae.








Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Beátus vir. 962.


Tempore Paschali, omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Jústus ut pálma. *ut supra ; deinde :* Allelúia. ℣. Jústus germinábit. 1020.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 19.*

IN illo témpore : Dixit Petrus ad Jesum : Ecce nos relíquimus ómnia, et secúti sumus te : quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis : Amen dico vobis, quod vos, qui secúti estis me, in regeneratióne, cum séderit Fílius hóminis in sede majestátis suae, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israel. Et omnis, qui relíquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut fílios, aut agros propter nomen meum, céntuplum accípiet, et vitam aetérnam possidébit.

Offert. 6.





Secreta.

SAcris altáribus, Dómine, hóstias superpósitas sanctus *N.* Abbas, quaésumus, in salútem nobis provenìre depóscat. Per Dóminum.

Communio. Fidélis sérvus. 1013.

Postcommunio.

PRótegat nos, Dómine, cum tui perceptióne sacraménti beátus *N.* Abbas, pro nobis intercedéndo : ut et conversatiónis ejus experiámur insígnia, et intercessiónis percipiámus suffrágia. Per Dóminum.

COMMUNE VIRGINUM.


IN I. VESPERIS.

Psalmi, Antiphonae, Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 1038.

℣. Spécie túa et pulchritúdine túa. (*T. P.* Allelúia.)

℟. Inténde, próspere procéde, et régna. (*T. P.* Allelúia.)

Ad Magnif. Ant. 8. G



Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio ut infra,* 1042.

¶ *Si fuerint plures, Versus, Antiphona ad* Magníficat *et Oratio ut infra,* 1043.

Completorium de Dominica.

Ad Primam. *Ant.* Haec est Vírgo sápiens et úna. *ut infra. Psalmi ut in Festis. Lect. br.* Dómine Deus meus *vel* O quam pulchra est. *ut infra ad Nonam.*

AD TERTIAM.

Ant. Haec est Vírgo sápiens, quam Dóminus. *ut infra. Psalmi de Dominica. Capitulum.* Fratres : Qui gloriátur. *e Vesperis*, 1039.

℟. *br.* Spécie túa. ℣. Adjuvábit éam. *ut infra*, 1084.

Missae *inveniuntur post II. Vesperas.*

AD SEXTAM

Ant. Haec est. 1039. *Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *2. Cor. 11.*

Aemulor enim vos Dei aemulatióne. † Despóndi enim vos uni viro, * vírginem castam exhibére Christo.

℟. *br.* Adjuvábit éam. 1085. ℣. Elégit éam.

AD NONAM.

Ant. Ista est. 1039. *Psalmi de Dominica.*

Pro Virgine Martyre. Capitulum. *Eccli. 51. b.*

Domine Deus meus, exaltásti super terram habitatiónem meam, et pro morte defluénte deprecáta sum. † Invocávi Dóminum Patrem Dómini mei, ut non derelínquat me in die tribulatiónis meae, * et in témpore superbórum sine adjutório.

Pro Virgine non Martyre. Capitulum. *Sap. 4.*


O quam pulchra est casta generátio cum claritáte ! † immortális est enim memória illíus : * quóniam apud Deum nota est, et apud hómines.

℟. *br.* Elégit éam. 1085. ℣. Diffúsa est.


IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 1. f. 133. — 2. Laudáte púeri. 1. f. 153. — 3. Laetátus sum. 3. a. 2. 175. — 4. Nisi Dóminus. 1. f. 180. — 5. Láuda Jerúsalem. 3. a. 208.

1. Ant. 1. f




Haec est Vírgo sápi- ens, * et úna de número pru-




déntum. *T. P.* Alle- lú- ia. E u o u a e.

2. Ant. 1. f

Haec est




Vírgo sápi- ens, * quam Dómi-nus vi-gi-lántem invé-nit.




T. P. Alle- lú- ia. E u o u a e.

3. Ant. 3. a 2


Haec est * quae



nescí-vit tórum in de-lícto : habé-bit frúctum in respe-




cti- óne a-nimárum sanctá-rum. *T. P.* Alle- lú- ia.




E u o u a e.

4. Ant. 1. f.

Veni e-lécta mé-a, * et pónam in




te thrónum mé- um, † alle-lú- ia. *Post Sept.* † dí-cit Dó-



minus. E u o u a e.

5. Ant. 3. a

Ista est * spe-ci- ó-sa




inter fí-li- as Je- rúsa-lem. *T. P.* Alle- lú- ia. E u o u a e.

Capitulum. *2. Cor. 10. d.*

Fratres : Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. † Non enim qui seípsum commméndat, ille probátus est : * sed quem Deus comméndat.

Hymn. 8.



Jesu coró-na Vírginum, Quem Má-ter ílla cóncipit,

Quae só-la Vírgo pártu-rit : Haec vó-ta clémens áccipe.

2. Qui pérgis inter lí-li- a, Séptus choré- is Vírginum, Spón-

sus decórus gló- ri- a, Sponsísque réddens praémi- a.

3. Quocúmque téndis, Vírgines Sequúntur, atque láudibus

Post te canéntes cúrsi-tant, Hymnósque dúlces pérsonant.

4. Te deprecámur súppli-ces, Nóstris ut áddas sénsibus,

Nescí-re prorsus ómni- a Corrupti- ó-nis vúlnera. 5. Vírtus,

hónor, laus, gló-ri- a Dé-o Pátri cum Fí- li- o, Sáncto

simul Pa-rácli-to, In saecu-ló-rum saécu-la. Amen.

Hymnus. Jésu córona Vírginum. *potest etiam cantari sub tono Hymni* Fórtem viríli péctore. *ut infra*, 1062.

Tempore Paschali.

In tono Trístes érant Apóstoli. *ut supra*, 949; *vel ut sequitur :*

Hymn. 4.

J E-su co-ró- na Vírginum, Quem Má-ter ílla cónci-

pit, Quae só-la Vír- go pártu-rit : Haec vó-ta clémens ác-

cipe. 2. Qui pérgis in- ter lí-li- a, Séptus cho-ré- is Vírgi-

num, Spónsus decó- rus gló-ri- a, Sponsísque réddens


praémi- a. 3. Quo- cúmque tén-dis, Vírgines Sequúntur, at-

que láudibus Post te canén- tes cúrsi-tant, Hymnósque dúl-


ces pérsonant. 4. Te deprecá- mur súppli-ces, Nóstris ut

áddas sénsibus, Nescí-re prór- sus ómni- a Corrupti- ó-

nis vúlnera. 5. Dé- o Pátri sit gló-ri- a, Et Fí- li- o,



qui a mórtu-is Surréxit, ac Pa-rácli-to, In sempi-térna




saécu-la. Amen.


Ab Ascensione ad Pentecosten, pro doxologia dicitur : Jésu tíbi sit glória, Qui víctor in caélum rédis, Cum Pátre et álmo Spíritu, In sempitérna saécula. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis túis. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Proptérea benedíxit te Déus in aetérnum. (*T. P.* Allelúia.)


Ad Magnif.
Ant. 7. c



VEni spónsa Chrísti, áccipe corónam, quam tí-



bi Dóminus praepa-rávit in aetérnum. *T. P.* Alle-lú- ia.



E u o u a e.

Cant. Magníficat. 7. c. 216, *vel* 222.

Pro Virgine Martyre. Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiae tuae mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : † concéde propítius; ut qui beátae *N.* Vírginis et Mártyris tuae natalítia cólimus, * per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

INdulgéntiam nobis, quaésumus Dómine, beáta *N.* Virgo et Martyr implóret : † quae tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis, * et tuae professióne virtútis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Pro Virgine non Martyre. Oratio.


EXáudi nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae *N.* Vírginis tuae festivitáte gaudémus; * ita piae devotiónis erudiámur affectu. Per Dóminum.

Si facienda sit commemoratio Officii quod habet eamdem Antiphonam, dicitur Ant. Símile est. *ut infra,* 1059. *cum* ℣. Diffúsa est. *Vel si jam dictus sit :*


℣. Adjuvábit éam Déus vúltu súo. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Déus in médio éjus, non commovébitur. (*T. P.* Allelúia.)

¶ *Si fuerint plures, in utrisque Vesperis ad Magnificat.*


Ant.
4. A



PRudéntes Vírgines, * aptá-te lámpades véstras : ec-



ce spónsus vé-nit, exí-te óbvi- am é- i. *T. P.* Alle-lú- ia.



E u o u a e.

Cant. Magníficat. 4. A. 215, *vel* 221.

℣. Adducéntur régi vírgines post éam. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Próximae éjus afferéntur tíbi. (*T. P.* Allelúia.)


Oratio.

DA nobis, quaésumus Dómine Deus noster, sanctárum Vírginum et Mártyrum tuárum *N.* et *N.* palmas incessábili devotióne venerári : † ut quas digna mente non póssumus celebráre, * humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.


Completorium de Dominica.

I. MISSA DE VIRGINE ET MARTYRE.


Intr.
5.




LOqué-bar * de testimóni- is tú- is in conspé-




ctu ré- gum, et non confundé- bar : et medi-tá-bar in




mandá- tis tú- is, quae di-lé- xi ni- mis. *T. P.* Alle-



lú- ia, alle- lú- ia. *Ps.* Be-á-ti immacu-lá-ti in



ví- a : * qui ámbu-lant in lége Dómi-ni. Gló-ri- a Pátri.



E u o u a e.


Oratio.

Deus, qui inter cétera poténtiae tuae mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : † concéde propítius; ut qui beátae *N.* Vírginis et Mártyris tuae natalítia cólimus, * per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Lectio libri Sapientiae. *Eccli. 51.*

Confitébor tibi, Dómine rex, et collaudábo te Deum salvatórem meum : confitébor nómini tuo : quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, et liberásti corpus meum a perditióne, a láqueo linguae iníquae, et a lábiis operántium mendácium, et in conspéctu adstántium factus es mihi adjútor. Et liberásti me secúndum multitúdinem misericórdiae nóminis tui a rugiéntibus praeparátis ad escam, de mánibus quaeréntium ánimam meam, et de portis tribulatiónum, quae circumdedérunt me : a pressúra flammae, quae circúmdedit me, et in médio ignis non sum aestuáta : de altitúdine ventris ínferi, et a lingua coinquináta, et a verbo mendácii, a rege iníquo, et a lingua injústa : laudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum, quóniam éruis sustinéntes te, et líberas eos de mánibus géntium, Dómine Deus noster.


Grad. 8.




D I-lexísti * justí- ti- am, et odí- sti



in-íqui- tá-tem. ℣. Proptér-e- a ún-




xit te Dé- us, Dé- us tú- us, ó-le- o * laetí-




ti-ae.


3.




A L-le-lú- ia. * *ij.*




℣. Addu-cén- tur ré- gi vír- gi- nes post



é- am : pró-ximae é- jus affe- rén-




tur tí- bi * in




laetí- ti- a.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*


Tract. 8.




V Eni * spónsa Chrí- sti, ácci-




pe co- ró- nam, quam tí-bi Dó- minus




praepa-rávit in ae- tér-num : * pro cú- jus




Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Adducéntur. *ut supra*, 1045; *deinde :*





✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 25.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc : Símile erit regnum caelórum decem virgínibus : quae accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbviam sponso et sponsae. Quinque autem ex eis erant fátuae, et quinque prudéntes : sed quinque fátuae, accéptis lampádibus, non sumpsérunt óleum secum. Prudéntes vero accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus. Moram autem faciénte sponso, dormitavérunt omnes et dormiérunt. Média autem nocte clamor factus est : Ecce sponsus venit, exíte óbviam ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illae, et ornavérunt lámpades suas. Fátuae autem sapiéntibus dixérunt : Date nobis de óleo vestro, quia lámpades nostrae exstinguúntur. Respondérunt prudéntes, dicéntes : Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émite vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus : et quae parátae erant, intravérunt cum eo ad núptias, et clausa est jánua. Novíssime vero véniunt et réliquae vírgines, dicéntes : Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respóndens, ait : Amen dico vobis, néscio vos. Vigiláte ítaque quia nescítis diem neque horam.



plum ré- gi Dó- mi- no. *T. P.* Al- le-

lú- ia.

Secreta.

Suscipe Dómine múnera, quae in beátae *N.* Vírginis et Mártyris tuae solemnitáte deférimus : cujus nos confídimus patrocínio liberári. Per Dóminum nostrum.

Comm. 1.

Confundántur supér- bi, * quí-a injú-ste

in-iqui-tá- tem fecé-runt in me : é-go au-tem in

mandá- tis tú- is exercé- bor, in tú-is justi-fi-

ca- ti- ó- nibus, ut non confún- dar. *T. P.* Alle-

lú- ia.

Postcommunio.

Auxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mysteria : et, intercedénte beáta *N.* Vírgine et Mártyre tua, sempitérna fáciant protectióne gaudére. Per Dóminum.

II. DE EODEM COMMUNI. ALIA MISSA.

Intr. 2.

Me exspectavé- runt * pec-ca-tó- res, ut

pér- de-rent me : testimóni- a tú-a, Dómi-ne, intel-

lé- xi : ómnis consumma- ti- ó- nis ví- di fí- nem :

látum mandá-tum tú- um ní- mis. *T. P.* Alle- lú- ia,

alle- lú- ia. *Ps.* Be- á-ti immacu-lá-ti in ví- a : *

qui ámbu-lant in lége Dómi-ni. Gló-ri- a Pátri.

E u o u a e.

Oratio.

Indulgéntiam nobis, quaésumus Dómine, beáta *N.* Virgo et Martyr implóret : † quae tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis, * et tuae professióne virtútis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.


Lectio libri Sapientiae. *Eccli. 51. b.*


Domine Deus meus, exaltásti super terram habitatiónem meam, et pro morte defluénte deprecáta sum. Invocávi Dóminum patrem Dómini mei, ut non derelínquat me in die tribulatiónis meae, et in témpore superbórum sine adjutório. Laudábo nomen tuum assídue, et collaudábo illud in confessióne, et exaudíta est orátio mea. Et liberásti me de perditióne, et eripuísti me de témpore iníquo. Proptérea confitébor, et laudem dicam tibi, Dómine Deus noster.

Grad. 5.

Adjuvá- bit * é- am Dé- us


vúl- tu sú- o : Dé- us





Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Véni spónsa Christi. 1045.


Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Haec est virgo. *ut supra ; deinde :*




✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 13.*


In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc : Símile est regnum caelórum thesáuro abscóndito in agro, quem qui invénit homo, abscóndit, et prae gáudio illíus vadit, et vendit univérsa quae habet, et emit agrum illum. Iterum símile est regnum caelórum hómini negotiatóri, quaerénti bonas margarítas. Invénta autem una pretiósa margaríta, ábiit, et véndidit ómnia quae hábuit, et emit eam. Iterum símile est regnum caelórum sagénae missae in mare, et ex omni génere píscium congregánti. Quam, cum impléta esset, educéntes, et secus littus sedéntes, elegérunt bonos in vasa, malos autem foras misérunt. Sic erit in consummatióne saéculi : exíbunt Angeli, et separábunt malos de médio justórum, et mittent eos in camínum ignis : ibi erit fletus et stridor déntium. Intellexístis haec ómnia? Dicunt ei : Etiam. Ait illis : Ideo omnis scriba doctus in regno caelórum, símilis est hómini patrifamílias, qui profert de thesáuro suo nova et vétera.

Offert.
8.







lá- bi- is tú- is : proptér- e- a



be- nedí- xit te Dé- us in ae- tér-



num, et in saé- cu- lum saé-




cu-li. *T. P.* Alle- lú- ia.


Secreta.

HOstias tibi, Dómine, beátae *N.* Vírginis et Mártyris tuae dicátas méritis, benígnus assúme : et ad perpétuum nobis tríbue proveníre subsídium. Per Dóminum.


Comm. 4.




FEci judí- ci- um * et justí- ti- am, Dómi- ne,



non ca-lumni- éntur mí-hi supérbi : ad ómni- a mandá-



ta tú- a di- ri- gé- bar, ómnem ví- am ini-qui-



tá- tis ó- di- o hábu- i. *T. P.* Alle- lú- ia.

Postcommunio.

DIvíni múneris largitáte satiáti, quaésumus Dómine Deus noster : ut, intercedénte beáta *N.* Vírgine et Mártyre tua, in ejus semper participatióne vivámus. Per Dóminum.

MISSA DE PLURIBUS VIRGINIBUS ET MARTYRIBUS.

Omnia dicuntur ut supra pro una Virgine et Martyre, praeter sequentia.

Oratio.

DA nobis, quaésumus Dómine Deus noster, sanctárum Vírginum et Mártyrum tuárum *N.* et *N.* palmas incessábili devotióne venerári : † ut quas digna mente non póssumus celebráre, * humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

Epistola. De virgínibus. *ut in Missa pro Virg. non Mart.* 1058.

Secreta.


INténde, quaésumus Dómine, múnera altáribus tuis pro sanctárum Vírginum et Mártyrum tuárum *N.* et *N.* festivitáte propósita : ut, sicut per haec beáta mystéria illis glóriam contulísti, ita nobis indulgéntiam largiáris. Per Dóminum.

Postcommunio.


PRaesta nobis, quaésumus Dómine, intercedéntibus sanctis Virgínibus et Martýribus tuis *N.* et *N.* : ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

I. MISSA DE VIRGINE TANTUM.


Intr. 8.




DIlexí-sti * justí- ti- am, et odí- sti iniqui-




tá- tem : proptér-e- a ún- xit te Dé- us, Dé- us




tú- us, ó-le-o laetí- ti- ae prae consór- ti-



bus tú- is. *T. P.* Allelú- ia, al-le- lú- ia. *Ps.* Eru-



ctávit cor mé- um vérbum bónum : * dí-co égo ópera



mé- a régi. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e


Oratio.

Exáudi nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae *N.* Vírginis tuae festivitáte gaudémus;* ita piae devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *2. Cor. 10.*

Fratres : Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Non enim qui seipsum comméndat, ille probátus est; sed quem Deus comméndat. Utinam sustinerétis módicum quid insipiéntiae meae, sed et supportáte me : aémulor enim vos Dei aemulatióne. Despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibére Christo.


Grad. 5.



Allelúia, allelúia. ℣. Adducéntur Régi. 1045.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur* .


Tract. 2.



Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Adducéntur. 1045 ; *deinde :* Allelúia. ℣. Spécie túa. 1046.

Evangelium. Símile erit regnum caelórum. *ut supra*, 1047.


Offert. 3.




Secreta.

Accépta tibi sit, Dómine, sacrátae plebis oblátio, pro tuórum honóre sanctórum : quorum se méritis de tribulatióne percepísse co-gnóscit auxílium. Per Dóminum.

Comm. 5.






Postcommunio.

Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris : ejus quaésumus semper interventióne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum.

II. DE EODEM COMMUNI. ALIA MISSA.

Intr. 2.



Oratio. Exáudi nos. 1054.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *2. Cor. 7. e.*

FRatres : De virgínibus praecéptum Dómini non hábeo, consílium autem do, tamquam misericórdiam consecútus a Dómino, ut sim fidélis. Exístimo ergo hoc bonum esse propter instántem necessitátem, quóniam bonum est hómini sic esse. Alligátus es uxóri? noli quaérere solutiónem. Solútus es ab uxóre? noli quaérere uxórem. Si autem accéperis uxórem, non peccásti. Et si núpserit virgo, non peccávit : tribulatiónem tamen carnis habébunt hujúsmodi. Ego autem vobis parco. Hoc ítaque dico, fratres : Tempus breve est : réliquum est, ut et qui habent uxóres, tamquam non habéntes sint : et qui flent, tamquam non flentes : et qui gaudent, tamquam non gaudéntes : et qui emunt, tamquam non possidéntes : et qui utúntur hoc mundo, tamquam non utántur : praéterit enim figúra hujus mundi. Volo autem vos sine sollicitúdine esse. Qui sine uxóre est, sollícitus est quae Dómini sunt, quómodo pláceat Deo. Qui autem cum uxóre est, sollícitus est quae sunt mundi, quómodo pláceat uxóri, et divísus est. Et múlier innúpta, et virgo, cógitat quae Dómini sunt : ut sit sancta córpore et spíritu : in Christo Jesu Dómino nostro.

Grad. 1.



Allelúia, allelúia. ℣. Haec est vírgo. 1050.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Audi fília. 1055.


Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Haec est vírgo. 1050; *deinde :* Allelúia. ℣. O quam púlchra. 1051.

Evangelium. Símile est regnum caelórum. 1047.

Offertorium. Afferéntur Régi. 1047.

Secreta. Accépta tibi sit. 1056.

Comm. 8.



Postcommunio. Satiásti, Dómine. 1057.

COMMUNE NON VIRGINUM.


IN I. VESPERIS.

Psalmi, Antiphonae, Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 1060.

℣. Spécie túa et pulchritúdine túa. (*T. P.* Allelúia.)

℟. Inténde, próspere procéde, et régna. (*T. P.* Allelúia.)

Ad Magnif. Ant. 8. G



Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio ut infra,* 1064.

Si fuerint plures, Versus, Antiphona ad Magníficat *et Oratio ut infra,* 1065.

Completorium de Dominica.

Ad Primam. *Ant.* Dum ésset rex. *ut infra. Psalmi ut in Festis Lect. br.* Laudábit *vel* Multae fíliae. *ut infra ad Nonam.*

AD TERTIAM.

Ant. In odórem. 1061. *Psalmi de Dominica. Capitulum.* Confitébor tibi, *vel* Mulíerem fortem. *ut infra in Vesperis,* 1061.

℟. *br.* Spécie túa. 1084. ℣. Adjuvábit éam

Missae *inveniuntur post II. Vesperas.*

AD SEXTAM.

Ant. Jam híems tránsiit. 1061. *Psalmi de Dominica.*

Pro Martyre tantum. Capitulum. *Eccli. 51.*

Liberásti me secúndum multitúdinem misericórdiae nóminis tui a rugiéntibus, praeparátis ad escam, † de mánibus quaeréntium ánimam meam, * et de multis tribulatiónibus quae circumdedérunt me.

Pro nec Virgine nec Martyre. Capitulum. *Prov. 31. c.*

Manum suam apéruit ínopi, † et palmas suas exténdit ad páuperem. * Non timébit dómui suae a frigóribus nivis.

℟. *br.* Adjuvábit éam. 1085. ℣. Elégit éam Déus.

AD NONAM.

Ant. Ista est. 1061. *Psalmi de Dominica.*

Pro Martyre tantum. Capitulum. *Eccli. 51.*

Laudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum, † quóniam éruis sustinéntes te, et líberas eos de manu angústiae, * Dómine Deus noster.

Pro nec Virgine nec Martyre. Capitulum. *Prov. 31. d.*

Multae fíliae congregavérunt divítias : tu supergréssa es univérsas. † Fallax grátia, et vana est pulchritúdo : * múlier timens Dóminum ipsa laudábitur.

℟. *br.* Elégit éam. 1085. ℣. Diffúsa est.


IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 3. a. 134. — 2. Laudáte púeri. 4. A*. 155. — 3. Laetátus sum. 8. G. 178. — 4. Nisi Dóminus. 1. f. 180. — 5. Láuda Jerúsalem. 8. G*. 211.


1. Ant. 3. a



DUM ésset rex * in accúbi-tu sú- o, nárdus




mé-a dé- dit odó-rem su- a-vi-tá- tis. *T. P.* Alle-lú- ia.




E u o u a e.

2. Ant. 4. A*

IN odó-rem * unguentórum tu-ó-




rum cúrrimus : ado-lescéntu-lae di-le-xérunt te ní-mis.




T. P. Alle-lú- ia. E u o u a e.

3. Ant. 8. G

JAM hí- ems tráns-




i- it, * ímber ábi- it et recéssit : súrge amíca mé- a,




et vé-ni. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

4. Ant. 1. f

VEni




e-lécta mé- a, * et pónam in te thrónum mé- um, † alle-



lú- ia. *Post Sept.* † dí-cit Dóminus. E u o u a e.

5. Ant. 8. G*



I-sta est * spe-ci-ó- sa inter fí-li- as Je- rú-sa-




lem. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

Pro Martyre tantum. Capitulum. *Eccli. 51.*

Confitébor tibi, Dómine Rex, et collaudábo te Deum salvatórem meum. † Confitébor nómini tuo : quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, * et liberásti corpus meum a perditióne.


Pro nec Virgine nec Martyre. Capitulum. *Prov. 31. b.*


Mulíerem fortem quis invéniet? procul, et de últimis fínibus prétium ejus. † Confídit in ea cor viri sui, * et spóliis non indigébit.



Tempore Paschali.

In tono Tristes érant Apóstoli. *ut supra, 949; vel ut sequitur.*






Ab Ascensione ad Pentecosten, pro doxologia dicitur : Jésu tíbi sit glória, Qui víctor in caélum rédis, Cum Pátre et álmo Spíritu, In sempitérna saécula. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis túis. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Proptérea benedíxit te Déus in aetérnum. (*T. P.* Allelúia.)

Ad Magnif. Ant. 8. G



Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223.

Pro una Martyre tantum. Oratio.


Deus, qui inter cétera poténtiae tuae mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : † concéde propítius; ut qui beátae *N.* Mártyris tuae natalítia cólimus, * per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Pro nec Virgine nec Martyre. Oratio.

Exáudi nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae *N.* festivitáte gaudémus; * ita piae devotiónis erudiámur affectu. Per Dóminum.

¶ *Si facienda sit commemoratio Officii quod habet eamdem Antiphonam, dicitur :*

Ant. 7.



℣. Diffúsa est grátia in lábiis túis. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Proptérea benedíxit te Déus in aetérnum. (*T. P.* Allelúia.)


Vel si jam dictus sit :

℣. Adjuvábit éam Déus vúltu súo. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Déus in médio éjus, non commovébitur. (*T. P.* Allelúia.)

¶ *Si fuerint plures Martyres non Virgines :*

℣. Glória et honóre coronásti éas, Dómine.
℟. Et constituísti éas super ópera mánuum tuárum.

Ad Magnif. Ant. 8. G.



Oratio.

Da nobis, quaésumus Dómine Deus noster, sanctárum Mártyrum tuárum *N.* et *N.* palmas incessábili devotióne venerári : † ut quas digna mente non póssumus celebráre, * humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

Completorium de Dominica.


MISSA PRO UNA MARTYRE NON VIRGINE.


Introitus. Me exspectavérunt. 1048.
Oratio. Deus, qui inter cetéra. 1064.
Si fuerint plures. Oratio. Da nobis, quaésumus. *ut supra.*
Epistola. Confitébor tibi, Dómine rex. 1044.
Graduale. Dilexísti justítiam. 1044.
Allelúia, allelúia. ℣. Spécie túa. 1046.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Véni spónsa Christi. 1045.

Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Spécie túa. 1046; *deinde :*

2.






Evangelium. Símile est. 1051.
Offertorium. Diffúsa est. 1051.

Secreta.

Suscipe Dómine, múnera, quae in beátae *N.* Mártyris tuae solemnitáte deférimus : cujus nos confídimus patrocínio liberári. Per Dóminum nostrum.

Si fuerint plures. Secreta.

Inténde, quaésumus Dómine, múnera altáribus tuis pro sanctárum Mártyrum tuárum *N.* et *N.* festivitáte propósita : ut, sicut per haec beáta mystéria illis glóriam contulísti; ita nobis indulgéntiam largiáris. Per Dóminum.




Postcommunio.

Auxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mystéria : et, intercedénte beáta *N.* Mártyre tua, sempitérna fáciant protectióne gaudére. Per Dóminum nostrum.

Si fuerint plures. Postcommunio.

Praesta nobis, quaésumus Dómine, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis : ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum.

MISSA DE NEC VIRGINE NEC MARTYRE.



Oratio.


Exáudi nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae *N.* festivitáte gaudémus; * ita piae devotiónis erudiámur affectu. Per Dóminum.


Lectio libri Sapientiae. *Prov. 31. b.*

Mulíerem fortem quis invéniet? Procul, et de últimis fínibus prétium ejus. Confídit in ea cor viri sui, et spóliis non indigébit. Reddet ei bonum et non malum, ómnibus diébus vitae suae. Quaesívit lanam et linum, et operáta est consílio mánuum suárum. Facta est quasi navis institóris, de longe portans panem suum. Et de nocte surréxit,

dedítque praedam domésticis suis, et cibária ancíllis suis. Considerávit agrum, et emit eum : de fructu mánuum suárum plantávit víneam. Accínxit fortitúdine lumbos suos, et roborávit bráchium suum. Gustávit, et vidit quia bona est negotiátio ejus : non exstinguétur in nocte lucérna ejus. Manum suam misit ad fórtia, et dígiti ejus apprehendérunt fusum. Manum suam apéruit ínopi, et palmas suas exténdit ad páuperem. Non timébit dómui suae a frigóribus nivis : omnes enim doméstici ejus vestíti sunt duplícibus. Stragulátam vestem fecit sibi : byssus et púrpura induméntum ejus. Nóbilis in portis vir ejus, quando séderit cum senatóribus terrae. Síndonem fecit, et véndidit, et cíngulum trádidit Chananaéo. Fortitúdo et decor induméntum ejus, et ridébit in die novíssimo. Os suum apéruit sapiéntiae, et lex clementíae in lingua ejus. Considerávit sémitas domus suae, et panem otiósa non comédit. Surrexérunt fílii ejus, et beatíssimam praedicavérunt : vir ejus, et laudávit eam. Multae fíliae congregavérunt divítias : tu supergréssa es univérsas. Fallax grátia, et vana est pulchritúdo : múlier timens Dóminum, ipsa laudábitur. Date ei de fructu mánuum suárum : et laudent eam in portis ópera ejus.

Grad. 5.





Allelúia, allelúia. ℣. Spécie túa. 1046.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Véni spónsa Christi. 1045, *praetermittendo ultimam primi* ℣. *clausulam,* * pro cujus amóre... fudísti.


Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia ℣. Spécie túa. 1046*; deinde :* Allelúia. ℣. Propter veritátem. 1065.

Evangelium. Símile est regnum caelórum. 1051.

Offertorium. Diffúsa est. 1051.

Secreta. Accépta tibi sit. 1056.

Comm. 4.



Postcommunio.

SAtiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris : ejus quaésumus semper interventióne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum.

COMMUNE DEDICATIONIS ECCLESIAE.

IN I. VESPERIS.

Psalmi, Antiphonae, Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 1074.

℣. Haec est dómus Dómini fírmiter aedificáta. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Bene fundáta est supra fírmam pétram. (*T. P.* Allelúia.)

Ad Magnif. Ant. 1. g

SAncti-fi- cá-vit * Dómi-nus taberná- cu-lum sú-um : qui-a haec est dómus Dé- i, in qua invo-cá-tur nómen é-jus de quo scríptum est : Et é-rit nómen mé- um i-bi, dí-cit Dóminus. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. g. 212, *vel* 218. — *Oratio ut infra*, 1077.

Completorium de Dominica.

AD LAUDES.


Antiphona. Dómum túam Dómine. *cum reliquis e Vesperis*, 1074. *Psalmi ut in Festis*, 226. *Capitulum.* Vidi civitátem. 1075.

Hymn. 1.


ALto ex Olýmpi vérti-ce Súmmi Pa-réntis Fí-li- us, Ceu mónte de-séctus lápis Térras in ímas déci-dens, Dómus supérnae, et ínfimae, Utrúmque júnxit án-gulum. 2. Sed ílla sé-des caéli-tum semper re-súltat láudi-bus, De- úmque trín*um* et úni-cum Júgi canó-re praédi-cat : Illi canéntes júngimur Almae Si- ó-nis aému-li. 3. Haec témpla, Rex cae-lésti- um, Imple benígno lúmi-ne : Huc o rogá-tus ádveni, Plebísque vó-ta súscipe, Et nóstra córda júgi-ter Perfúnde caé-li grá-ti- a. 4. Hic ímpetrent fi-dé-li- um Vóces pre-césque súppli-cum Dó-mus be-átae múne-ra, Partísque dó-nis gáude- ant : Donec so-lú-ti córpore Sédes be- á-tas ímple- ant. 5. Décus Pa-rén-ti débi-tum Sit usquequáqu*e* Altíssimo, Na-tóque Pátris úni-co, Et íncly-to Parácli-to, Cui laus, pot-éstas, gló-ri- a Aetérna sit per saécu-la. Amen.

℣. Haec est dómus Dómini fírmiter aedificáta. (*T. P.* Allelúia.)
℞. Bene fundáta est supra fírmam pétram. (*T. P.* Allelúia.)


Ad Bened. Ant. 8. G




Z Achaé-e, * festí-nans descénde, qui-a hódi-e




in dómo tú-a opórtet me mané- re : at ílle festí-



nans descéndit, et suscépit íllum gáudens in dómum



sú-am. Hódi-e hú- ic dómu-i sá-lus a Dé- o fácta



est, alle-lú-ia. E u o u a e.


Oratio. Deus, qui nobis. 1077.

Ad Primam. *Ant.* Dómum túam Dómine. 1074. *Psalmi ut in Festis. Lect. br.* Et abstérget Deus. 1074.


AD TERTIAM.

Ant. Dómus méa. 1075. *Psalmi de Dominica. Capitulum.* Vidi civitátem. *e Vesperis,* 1075.


℟. br.



D Omum tú-am Dómi-ne * Dé-cet san-ctí-tú-do. ℣. In




longi-túdinem di-é-rum. Gló-ri-a Pátri, et Fí-li-o, et




Spi-rí-tu-i Sáncto.

Tempore Paschali.

℟. br.



D Omum tú-am Dómine dé-cet sancti-túdo : * Alle-



lú-ia, alle-lú-ia. ℣. In longi-túdinem di-érum. Gló-ri-a Pátri.

℣. Lócus íste sánctus est, in quo órat sacérdos. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Pro delíctis et peccátis pópuli. (*T. P.* Allelúia.)
Missa *ut infra,* 1078.

AD SEXTAM.

Ant. Haec est dómus Dómini. 1075. *Psalmi de Dominica.*


Capitulum. *Apoc. 21.*

Et audívi vocem magnam de throno dicéntem : Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, et habitábit cum eis. † Et ipsi pópulus ejus erunt, * et ipse Deus cum eis erit eórum Deus.

℟. br.




L Ocus íste sánctus est, * In quo ó-rat sacérdos.




℣. Pro de-líctis et peccá-tis pópu-li. Gló-ri- a Pátri.

Tempore Paschali.


℟. br.



L Ocus íste sánctus est, in quo ó-rat sacérdos : * Al-



le-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Pro de-líctis et peccá-tis pópu-li.



Gló-ri- a Pátri.


℣. Haec est dómus Dómini fírmiter aedificáta. (*T. P.* Allelúia)
℟. Bene fundáta est supra fírmam pétram. (*T. P.* Allelúia.)


AD NONAM.

Ant. Lápides pretiósi. 1075. *Psalmi de Dominica.*


Capitulum. *Apoc. 21. b.*


ET abstérget Deus omnem lácrimam ab óculis eórum : † et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abiérunt. * Et dixit qui sedébat in throno : Ecce nova fácio ómnia.


℟. br.

Haec est dómus Dómi-ni * Fírmi-ter aedi- fi-cá-ta.


℣. Bene fundá-ta est supra fírmam pétram. Gló-ri- a Pátri.

Tempore Paschali.

℟. br.

Haec est dómus Dómi-ni fírmi-ter aedi-fi-cá-ta :



* Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Bene fundá-ta est supra fírmam



pétram. Gló-ri- a Pátri.


℣. Bene fundáta est dómus Dómini. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Supra fírmam pétram. (*T. P.* Allelúia.)

IN II. VESPERIS.


Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 7. a. 137. — 2. Confitébor. 1. D 2. 138. — 3. Beátus vir. 1. f. 145. — 4. Laudáte púeri. 8. c. 157. — 5. Láuda Jerúsalem. 1. g. 207.


1. Ant. 7. a

Domum tú-am Dómine * décet sancti-túdo, in



longi-túdinem di- é-rum. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

2. Ant. 1. D 2

Domus mé-a, * dó- mus ora-tí- ó-nis vo-cábi-tur.


T. P. Alle-lú- ia. E u o u a e.


3. Ant. 1. f

Haec est dómus



Dómi-ni * fírmi-ter aedi-ficá- ta : bene fundá-ta est



supra fírmam pétram. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.


4. Ant. 8. c

Bene fundáta est * dómus Dómi-ni supra fírmam


pétram. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

5. Ant. 1. g

Lapides


pre-ti-ó-si * ómnes mú-ri tú- i, et túrres Jerú-sa-lem


gémmis aedi-fi-ca-búntur. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

Capitulum. *Apoc. 21.*

VIdi civitátem sanctam Jerúsalem novam, † descendéntem de caélo a Deo, * parátam sicut sponsam ornátam viro suo.

Hymn. 1.

CAeléstis urbs Je-rúsa-lem, Be-áta pá-cis ví-si-o,
Quae célsa de vivéntibus Sáxis ad ástra tólle-ris, Sponsaé-
que rí-tu cínge-ris Mílle Ange-ló-rum míllibus. 2. O sórte
núpta próspera, Do-tá-ta Pátris gló-ri- a, Respérsa Spónsi
grá-ti- a, Regína formo-síssima, Chrísto jugá-ta Príncipi,
Caéli corúsca cí-vi-tas. 3. Hic marga-rí- tis émi-cant, Pa-
téntque cúnctis ósti-a : Virtú-te námque praévi- a Mortá-
lis il-luc dú-ci-tur, Amóre Chrí-sti pérci-tus Torménta
quísquis sústinet. 4. Scálpri sa-lúbris íctibus, Et tunsi-ó-ne
plú-rima, Fábri po-lí-ta málle-o Hanc sáxa mó-lem cón-

stru-unt, Aptísque júncta néxibus Locántur in fastígi- o.
5. Décus Pa-rénti débi-tum Sit usquequáque Altíssimo,
Na-tóque Pátris único, Et íncly-to Parácly-to, Cui laus, pot-
éstas, gló-ri-a Aetérna sit per saécu-la. Amen.

℣. Dómum túam Dómine décet sanctitúdo. (*T. P.* Allelúia.)
℟. In longitúdinem diérum. (*T. P.* Allelúia.)

Ad Magnif. Ant. 6. F

O quam metu-éndus est * lócus íste! ve-re
non est hic á-li- ud, ni-si dómus Dé- i, et pór- ta
caé-li. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 6. F. 216, *vel* 218.

Oratio.

Deus, qui nobis per síngulos annos hujus sancti templi tui consecratiónis réparas diem, et sacris semper mystériis repraeséntas incólumes : † exáudi preces pópuli tui, et praesta; ut quisquis hoc templum benefícia petitúrus ingréditur, * cuncta se impetrásse laetétur. Per Dóminum.

In ipso die Dedicationis Ecclesiae et per Octavam, et quando varianda est Oratio ob concursum Dedicationis alterius Ecclesiae dicitur Oratio. Deus, qui invisibíliter. *ut infra,* 1082.

¶ *Pro commem. alterius Officii ejusdem Communis, dicatur, si necesse fuerit, Ant.* Zachaée. *ut supra ad Laudes,* 1072.

℣. Haec est dómus Dómini fírmiter aedificáta. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Bene fundáta est supra fírmam pétram. (*T. P.* Allelúia.)


Vel si jam dictus sit :

℣. Dómus méa. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Dómus oratiónis vocábitur. (*T. P.* Allelúia.)

Completorium de Dominica.

AD MISSAM.

Intr. 2.



Oratio.

Deus, qui nobis per síngulos annos hujus sancti templi tui consecratiónis réparas diem, et sacris semper mystériis repraeséntas incólumes : † exáudi preces pópuli tui, et praesta; ut quisquis hoc templum benefícia petitúrus ingréditur, * cuncta se impetrásse laetétur. Per Dóminum.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli. *Apoc. 21.*

In diébus illis : Vidi sanctam civitátem Jerúsalem novam descendéntem de caelo a Deo, parátam sicut sponsam ornátam viro suo. Et audívi vocem magnam de throno dicéntem : Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, et habitábit cum eis. Et ipsi pópulus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eórum Deus : et abstérget Deus omnem lácrimam ab óculis eórum : et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abiérunt. Et dixit qui sedébat in throno : Ecce nova fácio ómnia.

Grad. 5.



um : et confité-

bor * nómini tú- o.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Qui confidunt. *ut in Dominica IV. Quadragesimae*, 500.

Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Adorábo. *ut supra ; deinde :*

5.

ALle- lú- ia. *

℣. Bene fundá- ta est dó-mus Dó-mi- ni su-

pra fír- mam * pé- tram.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 19.*

IN illo témpore : Ingréssus Jesus perambulábat Jéricho. Et ecce vir nómine Zachaéus : et hic princeps erat publicanórum, et ipse dives : et quaerébat vidére Jesum, quis esset : et non póterat prae turba, quia statúra pusíllus erat. Et praecúrrens ascéndit in árborem sycómorum, ut vidéret eum ; quia inde erat transitúrus. Et cum venísset ad locum, suspíciens Jesus vidit illum, et dixit ad eum : Zachaée, festínans descénde ; quia hódie in domo tua opórtet me manére. Et festínans descéndit, et excépit illum gaudens. Et cum vidérent omnes, murmurábant, dicéntes, quod ad hóminem peccatórem divertísset. Stans autem Zachaéus, dixit ad Dóminum : Ecce dimídium bonórum meórum, Dómine, do paupéribus : et si quid áliquem defraudávi, reddo quádruplum. Ait Jesus ad eum : Quia hódie salus dómui huic facta est : eo quod et ipse fílius sit Abrahae. Venit enim Fílius hóminis quaérere, et salvum fácere, quod períerat. Credo.

Offert. 6.

DOmine Dé- us. * in simpli- ci-tá- te córdis

mé- i laé-tus ób-tu-li u- nivér- sa : et pó-

pulum tú- um, qui repér- tus est, ví-di cum ingénti

gáu- di- o : Dé- us Is-ra- el, custó- di hanc vo-

lun- tátem, Dómine Dé- us. *T. P.* Alle-

lú- ia.

¶ *Extra Ecclesiam ipsam dedicatam omittitur tota parenthesis.*

Secreta.

ANnue quaésumus Dómine précibus nostris : (ut quicúmque intra templi hujus, cujus anniversárium dedicatiónis diem celebrámus, ámbitum continémur, plena tibi atque perfécta córporis et ánimae devotióne placeámus :) ut, dum haec vota praeséntia réddimus, ad aetérna praémia, te adjuvánte, perveníre mereámur. Per Dóminum nostrum.

Comm. 5.

DOmus mé- a, * dómus ora-ti- ónis vocá- bi- tur,

dí-cit Dómi- nus : in é- a ó- mnis, qui pétit, ác-ci-

pit : et qui quaérit, ínve- nit, et pulsán- ti ape-

ri- é- tur. *T. P.* Alle- lú- ia.

Postcommunio.

Deus, qui de vivis et eléctis lapídibus aetérnum majestáti tuae praéparas habitáculum : auxiliáre pópulo tuo supplicánti; ut, quod Ecclésiae tuae corporálibus próficit spátiis, spirituálibus amplificétur augméntis. Per Dóminum.

¶ In ipsa die Dedicationis Ecclesiae, *Orationes dicuntur ut sequitur :*

Oratio.

Deus, qui invisibíliter ómnia cóntines, et tamen pro salúte géneris humáni signa tuae poténtiae visibíliter osténdis : † templum hoc poténtia tuae inhabitatiónis illústra, et concéde; ut omnes qui huc deprecatúri convéniunt, * ex quacúmque tribulatióne ad te clamáverint, consolatiónis tuae benefícia consequántur. Per Dóminum nostrum.

Secreta.

Deus, qui sacrandórum tibi auctor es múnerum, effúnde super hanc oratiónis domum benedictiónem tuam : ut ab ómnibus in ea invocántibus nomen tuum, defensiónis tuae auxílium sentiátur. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Quaésumus omnípotens Deus : ut in hoc loco, quem nómini tuo indígni dedicávimus, cunctis peténtibus aures tuae pietátis accómmodes. Per Dóminum nostrum.


COMMUNE FESTORUM B. MARIAE VIRG.

IN I. VESPERIS.


Psalmi, Antiphonae, Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 1086.

℣. Dignáre me laudáre te Vírgo sacráta. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Da míhi virtútem contra hóstes túos. (*T. P.* Allelúia.)


Ad Magnif. Ant. 4. E




Sancta Ma-rí-a, * succúrre mí- se-ris, júva



pu-sillá- nimes, ré-fo-ve flé- bi-les : ó-ra pro pópu-lo,




intérve- ní pro clé-ro, intercéde pro de-vó-to femí-



ne- o séxu : sénti- ant ómnes tú-um juvá-men, ‡ qui-cúm-




que cé-lebrant † tú-am sánctam festi-vi- tá-tem. *T. P.* Alle-



lú- ia. E u o u a e.


Cant. Magníficat. 4. E. 215, *vel* 221. — *Oratio ut infra,* 1091.

In Festo B. M. V. de M. Carmelo.




† tú-am sol-émnem commemo-ra-ti- ó-nem.

In Festo Ss. Nominis B. M. V.




† tú-i sáncti Nómi-nis commemo-ra-ti- ó-nem.

In Festo B. M. V. Aux. Christ.




‡ qui-cúmque tú-um sánctum impló-rant auxí-



li- um. Alle-lú- ia.

In Festo Patrocinii B. M. V.



† tú-um sánctum Patro- cí-ni- um.


Ad Completorium. *Psalmi de Dominica. Hymnus ut notatur pro Festis B. M. V.* 273.

Ad Primam. *Hymnus cantatur in tono infrascripto ad Tertiam. Psalmi ut in Festis.*


Ant. Dum ésset rex. 1086. *In* ℟. *br.* ℣. Qui nátus es de María Vírgine. *etiam per Octavas communes, praeterquam in Officio de Tempore Adventus. Lect. br.* In platéis. 1085.

AD TERTIAM.

Hymn. 2.



Nunc Sáncte nó-bis Spí- ri-tus, Unum Pátri cum




2. Os, língua, mens, sénsus, vígor
Confessiónem pérsonent :
Flammescat ígne cáritas,
Accéndat árdor próximos.


3. Jésu tíbi sit glória,
Qui nátus es de Vírgine,
Cum Pátre et álmo Spíritu,
In sempitérna saécula. Amen.

In hoc tono cantantur Hymni ad Horas quandocumque fit de B. M. V. etiam Tempore Paschali, et per Octavas communes Festorum ejusdem B. M. V., praeterquam in Officio de Tempore Adventus.

Ant. Laéva éjus. 1086. *Capitulum.* Ab inítio. *e Vesperis*, 1087. *Psalmi de Dominica.*



Tempore Paschali.



℣. Adjuvábit éam Déus vúltu súo. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Déus in médio éjus non commovébitur. (*T. P.* Allelúia.)


Missae *inveniuntur post II. Vesperas*

AD SEXTAM.


Ant. Nigra sum sed formósa. 1086. *Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

ET sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. † Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei haeréditas illíus, * et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.



Tempore Paschali.




℣. Elégit éam Déus, et praeelégit éam. (*T. P.* Allelúia.)
℟. In tabernáculo súo habitáre fácit éam. (*T. P.* Allelúia.)

AD NONAM.

Ant. Speciósa fácta es. 1087. *Psalmi de Dominica.*

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

IN platéis sicut cinnamómum et bálsamum aromatízans odórem dedi : † quasi myrrha elécta, * dedi suavitátem odóris.



Tempore Paschali.

℟. br. E - légit é-am Dé-us, et prae-e-légit é-am : * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. In tabernácu-lo sú-o habi-táre fá-cit é-am. Gló-ri-a Pátri.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis túis. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Proptérea benedíxit te Déus in aetérnum. (*T. P.* Allelúia.)

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 3. a. 134. — 2. Laudáte púeri. 4. A*. 155. — 3. Laetátus sum. 3. b. 175. — 4. Nisi Dóminus. 8. G. 182. — 5. Láuda Jerúsalem. 4. A*. 209.

1. Ant. 3. a

DUM ésset rex * in accúbi-tu sú-o, nárdus mé-a dé- dit odórem su- avi- tá-tis. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

2. Ant. 4. A*

LAéva é-jus * sub cápi-te mé-o, et déxtera il-lí- us ample-xábi-tur me. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

3. Ant. 3. b

NIgra sum sed formó-sa, * fí-li-ae Je-rúsa-lem : íde-o di-léxit me rex, et introdúxit me in cubí-culum sú- um. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

4. Ant. 8. G

JAM hí-ems tráns-i- it, * ímber ábi- it et recéssit : súrge amí-ca mé- a, et vé-ni. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

5. Ant. 4. A*

SPe-ci-ó-sa fácta es * et su- ávis in de-lí-ci- is tú- is, sáncta Dé- i Génitrix. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.


Capitulum. *Eccli. 24. b.*


AB inítio et ante saécula creáta sum, † et usque ad futúrum saéculum non désinam, * et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Prima Stropha sequentis Hymni dicitur flexis genibus.

Hymn. 1.

AVe má-ris stélla, Dé- i Má-ter álma, Atque semper Vírgo, Fé-lix caéli pórta. 2. Súmens íllud Ave Gabri- é-lis ó-re, Fúnda nos in páce,


Mú-tans Hévae nómen. 3. Sólve víncla ré- is, Pró-fer
lúmen caécis : Má-la nóstra pélle, Bóna cúncta pó-
sce. 4. Mónstra te ésse mátrem : Súmat per te pré-ces,
Qui pro nóbis ná-tus, Tú-lit ésse tú-us. 5. Vírgo singu-
lá-ris, Inter ómnes mí-tis, Nos cúlpis so-lú-tos,
Mí-tes fac et cástos. 6. Ví-tam praésta púram, I-ter pá-
ra tú-tum : Ut vidéntes Jésum, Semper collaetémur.
7. Sit laus Dé- o Pátri, Súmmo Chrísto dé-cus, Spi-rí-
tu- i Sáncto, Tríbus hónor únus. Amen.
Alius Tonus.
4.
A - ve má-ris stélla, Dé- i Má-ter álma, Atque


semper Vírgo, Fé-lix caéli pórta. 2. Sú-mens íllud Ave
Gabri- é-lis óre, Fúnda nos in pá-ce, Mú-tans Hévae
nómen. 3. Sól-ve víncla ré- is, Pró-fer lúmen caécis :
Má-la nóstra pél-le, Bó-na cúncta pósce. 4. Mónstra
te ésse mátrem : Súmat per te préces, Qui pro nóbis ná-
tus, Tú-lit ésse tú- us. 5. Vír-go singu- lá-ris, Inter
ómnes mí-tis, Nos cúlpis so-lú-tos, Mí-tes fac et cástos.
6. Ví- tam praésta púram, I-ter pá-ra tútum : Ut vidén-
tes Jé-sum Semper collae-témur. 7. Sit laus Dé- o Pátri

Súmmo Chrísto décus, Spi-rí-tu- i Sáncto, Trí-bus hónor

únus. Amen.

Alius Tonus.

7.

A -ve má-ris stél- la, Dé- i Má- ter álma, Atque

semper Vírgo, Fé-lix caé-li pór-ta. 2. Súmens íl-lud

A-ve Gabri- é- lis óre, Fúnda nos in páce, Mútans

Hévae nó-men. 3. Sólve víncla ré- is, Prófer lúmen caécis :

Má-la nóstra pélle, Bóna cúncta pó-sce. 4. Mónstra

te ésse má-trem : Súmat per te préces, Qui pro nóbis

nátus, Tú-lit ésse tú- us. 5. Vírgo singu-lá- ris, Inter

ómnes mí-tis, Nos cúlpis so-lú-tos, Mí-tes fac et cá-stos.

6. Ví-tam praésta pú- ram, Iter pá-ra tútum : Ut vidéntes

Jésum Semper collaeté-mur. 7. Sit laus Dé- o Pá-tri,

Súmmo Chrísto décus, Spi-rí-tu- i Sáncto, Tríbus hó-nor

ú- nus. Amen.

℣. Dignáre me laudáre te Vírgo sacráta. *T. P.* Allelúia.
℟. Da míhi virtútem contra hóstes túos. *T. P.* Allelúia.

Ad Magnif.
Ant. 8. G

B E-á-tam me dí-cent * ómnes gene-ra-ti- ónes,

qui- a ancíllam húmi-lem respéxit Dé- us. *T. P.* Alle-

lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223.

Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, quaésumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére : † et gloriósa beátae Maríae semper Vírginis intercessióne, * a praesénti liberári tristítia, et aetérna pérfrui laetítia. Per Dóminum.

Completorium de Dominica.

AD MISSAM.

Intr.
2.

S Alve * sáncta Pá- rens, ení-xa pu-érpe-ra Ré-

gem, qui caélum terrám-que ré- git in saé-cu-la

saecu- ló- rum. *T. P.* Alle-lú- ia, al-le- lú- ia.

Ps. Eructávit cor mé- um vérbum bónum : * dí-co égo ópe-

ra mé- a ré-gi. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, quaésumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére : et gloriósa beátae Maríae semper Vírginis intercessióne, a praesénti liberári tristítia, et aetérna pérfrui laetítia. Per Dóminum.

Lectio libri Sapientiae. *Eccli. 24. b.*

Ab inítio, et ante saécula creáta sum, et usque ad futúrum saéculum non désinam, et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi. Et sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei haeréditas illíus, et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

Grad. 4.

B Enedícta * et ve- ne-rá- bi-lis es, Vírgo Ma-

rí- a : quae si- ne táctu pudó-ris in-

vén- ta es má- ter Salva-tó- ris.

℣. Vírgo Dé- i Géni- trix,

quem tó- tus non cápit ór- bis, in tú-a

se cláu- sit ví- sce-ra * fá-ctus hó- mo.

4.

A Lle-lú- ia. * *ij.*

℣. Post pár- tum, Vír-go invi- o-lá- ta

permansí-sti : Dé- i Gé-nitrix,

inter-cé- de * pro nóbis.

¶ *In Adventu, loco Versus praecedentis dicitur.*

2.

A Lle- lú-ia. * *ij.*

℣. Ave Ma- rí- a, grá-ti- a plé- na : Dó-mi- nus

té- cum : bene-

dícta tu * in mu-li- é- ribus.

¶ *Post Septuagesimam, omissis* Allelúia, *et Versu sequenti, dicitur :*

Tract. 2.

GAude * Ma-rí- a Vír-go,

cúnctas haére-ses só- la inter-e- mí- sti. ℣. Quae

Gabri- é- lis Archán-

ge- li dí- ctis cre-di-dí- sti. ℣. Dum Vír-

go Dé- um et hómi-

nem genu- í- sti : et post pártum, Vír-

go invi- o-lá-ta perman-sí- sti. ℣. Dé- i

Gé- nitrix, inter- cé- de * pro nó- bis.

¶ *Tempore Paschali, omittitur Graduale, et ejus loco dicitur :*

8.

ALle- lú- ia. * *ij.* ℣. Vír-

ga Jésse fló-ru- it : Vírgo Dé- um et

hó- minem gé-nu- it : pá-cem Dé- us réddi- dit,

in se reconcí- li- ans * íma súm- mis.

Allelúia. ℣. Ave María. 1093.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 11. d.*

IN illo témpore : Loquénte Jesu ad turbas : extóllens vocem quaedam múlier de turba, dixit illi : Beátus venter, qui te portávit, et úbera, quae suxísti. At ille dixit : Quinímo beáti qui áudiunt verbum Dei, et custódiunt illud.

Offert. 8.

A- ve * Ma-rí- a, grá- ti- a plé- na, Dó- minus té- cum : bene- dí- cta tu in mu- li- é- ri- bus, et bene- dí- ctus frú- ctus vén- tris tú- i. *T. P.* Al-le- lú- ia.

Secreta.

TUA, Dómine propitiatióne, et beátae Maríae semper Vírginis intercessióne, ad perpétuam atque praeséntem haec oblátio nobis profíciat prosperitátem et pacem. Per Dóminum.

Praefatio B. M. V. Et te in Festivitáte. 8.

Comm. 1.

BE-á-ta vísce- ra * Ma-rí-ae Vír- gi-nis, quae por- ta- vé- runt ae-tér- ni Pá- tris Fí-li- um. *T. P.* Al- le- lú- ia.

Postcommunio.

SUmptis, Dómine, salútis nostrae subsídiis : da, quaésumus, beátae Maríae semper Vírginis patrocíniis nos ubíque prótegi; in cujus veneratióne haec tuae obtúlimus majestáti. Per Dóminum nostrum.

MISSAE DE SANCTA MARIA IN SABBATO.

I. PER ADVENTUM.

Intr. 1.

RO-rá-te * caé- li dé-su- per, et nú-bes plú- ant jú- stum : ape-ri- á-tur tér- ra, et gérminet Salva- tó- rem. *Ps.* Benedixísti Dómine térram tú- am : * a-vertí- sti capti-vi- tátem Já- cob. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.


DEus, qui de beátae Maríae Vírginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : praesta supplícibus tuis; ut, qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

Lectio Isaiae Prophetae. *Is. 7. b.*

IN diébus illis : Locútus est Dóminus ad Achaz, dicens : Pete tibi signum a Dómino Deo tuo in profúndum inférni, sive in excélsum supra. Et dixit Achaz : Non petam, et non tentábo Dóminum. Et dixit : Audíte ergo, domus David : Numquid parum vobis est, moléstos esse homínibus, quia moléstì estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce virgo concípiet, et páriet fílium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Bútyrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et elígere bonum.

Grad. 2.

TOl-li-te * pór- tas, prín- ci- pes, vé- stras : et e-levá- mi-ni, pór- tae ae- ter- ná- les : et intro- í- bit



Allelúia, allelúia. ℣. Ave María. 1093.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 1. c.*

In illo témpore : Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilaéae, cui nomen Názareth, ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Vírginis María. Et ingréssus Angelus ad eam, dixit : *Ave grátia plena : Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus.* Quae cum audísset, turbáta est in sermóne ejus : et cogitábat qualis esset ista salutátio. Et ait Angelus ei : Ne tímeas, María, invenísti enim grátiam apud Deum : ecce concípies in útero, et páries fílium, et vocábis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David Patris ejus : et regnábit in domo Jacob in aetérnum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem María ad Angelum : Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósco? Et respóndens Angelus, dixit ei : Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce Elísabeth cognáta tua, et ipsa concépit fílium in senectúte sua : et hic mensis sextus est illi, quae vocátur stérilis : quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María : Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum.

Offertorium. Ave María. 322.

Secreta.

In méntibus nostris, quaésumus Dómine, verae fídei sacraménta confírma : ut, qui concéptum de Vírgine Deum verum et hóminem confitémur; per ejus salutíferae resurrectiónis poténtiam, ad aetérnam mereámur perveníre laetítiam. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Praefatio B. M. V. Et te in veneratióne. 8. *Quae dicitur et in sequentibus Missis de S. Maria, etiam Tempore Paschali.*

Communio. Ecce vírgo. 323.

Postcommunio.


Grátiam tuam, quaésumus Dómine, méntibus nostris infúnde : ut qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui incarnatiónem cognóvimus; per passiónem ejus et crucem, ad resurrectiónis glóriam perducámur. Per eúmdem Dóminum.

II. A NATIVITATE DOMINI USQUE AD PURIFICATIONEM.

Introitus. Vúltum túum. 1057.
Oratio. Deus qui salútis. 405.
Epistola. Appáruit benígnitas. 370.
Graduale. Speciósus fórma. 400.
Allelúia, allelúia. ℣. Post pártum. 1093.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Gáude María. 1094.

Evangelium. Pastóres. 372.



Secreta. Tua, Dómine propitiatióne. 1096.
Communio. Beáta víscera. 1096.
Postcommunio. Haec nos commúnio. 406.

III. A PURIFICATIONE USQUE AD PASCHA.

Introitus. Sálve sáncta Párens. 1091.
Oratio. Concéde. 1092.
Epistola. Ab inítio. 1092.
Graduale. Benedícta et venerábilis. 1092.
Allelúia, allelúia. ℣. Vírga Jésse flóruit. 1095.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Gáude María. 1094.

Evangelium. Loquénte Jesu. 1095.
Offertorium. Félix namque es. 1099.
Secreta. Tua Dómine. 1096.
Communio. Beáta víscera. 1096.
Postcommunio. Sumptis. 1096.


IV. TEMPORE PASCHALI.

Introitus. Sálve sáncta Párens. 1091.
Oratio et Epistola ut supra, 1092.
Allelúia, allelúia. ℣. Vírga Jésse flóruit. 1095.
Allelúia. ℣. Ave María. 1093.


✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 19. c.*

IN illo témpore : Stabant juxta crucem Jesu mater ejus, et soror matris ejus María Cléophae, et María Magdaléne. Cum vidísset ergo Jesus matrem, et discípulum stantem, quem diligébat, dicit matri suae : Múlier, ecce fílius tuus. Deínde dicit discípulo : Ecce mater tua. Et ex illa hora accépit eam discípulus in sua.


Offert. 8.




B E-á- ta es, * Vír-




go Ma- rí- a, quae ómni- um portá-



sti Cre-a-tó- rem : ge-nu- í- sti qui te fé-



cit, et in ae- tér-num permá-nes



Vír-go, al-le- lú- ia.

Secreta, Communio et Postcommunio, ut supra, 1096.

V. A PENTECOSTE USQUE AD ADVENTUM.

Missa. Sálve sáncta Párens. *ut supra,* 1091.

Missae Votivae.

Missa de Sanctissima Trinitate.


Omnia ut in Festo Ss. Trinitatis, 778, *praeter sequentia.*

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *2. Cor. 13. d.*


FRatres : Gaudéte, perfécti estóte, exhortámini, idem sápite, pacem habéte, et Deus pacis et dilectiónis erit vobíscum. Grátia Dómini nostri Jesu Christi, et cáritas Dei, et communicátio Sancti Spíritus sit cum ómnibus vobis. Amen.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*


Tract. 8.




T E Dé-um * Pátrem ingé- ni- tum, te




Fí-li- um unigé- ni- tum, te Spí- ri-tum Sán-




ctum Pa- rácli-tum, sán-ctam




et indi-vídu-am Tri- ni-tá- tem, tó-to cór- de




confi-té-mur, laudá- mus, atque bene-dí-



cimus. ℣. Quóni- am mágnus es tu, et fá-ci-ens



Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Benedictus es. 780; *deinde .*



Evangelium. Cum vénerit Paráclitus. 752.

Pro Gratiarum Actione.

Dicitur Missa de Ss. Trinitate, vel de Spiritu Sancto, vel de B. Maria aut de aliquo Sancto canonizato, in Martyrologio Romano descripto additis sequentibus Orationibus sub una Conclusione.

Oratio.

DEus, cujus misericórdiae non est númerus, et bonitátis infinítus est thesáurus : piíssimae majestáti tuae pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad praémia futúra dispónas. Per Dñum.

Secreta.

ODórem Dómine sacrifícii hujus cum gratiárum actiónibus súscipe, et praesta : ut quos exaudíre, et incólumes serváre dignátus es, ab omni in pósterum adversitáte custódias; et in tuo servítio et amóre concréscant. Per Dóminum.

Postcommunio.


DEus, qui néminem in te sperántem nímium afflígi permíttis, sed pium précibus praestas audítum : pro postulatiónibus nostris votísque suscéptis grátias ágimus, te piíssime deprecántes : ut per haec quae súmpsimus, a cunctis éripi mereámur advérsis. Per Dóminum.


Missa de Angelis.

Introitus. Benedícite Dóminum. 1453.
Oratio. Deus qui miro órdine. 1454.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli. *Apoc. 5. c.*


IN diébus illis : Audívi vocem Angelórum multórum in circúitu throni, et animálium, et seniórum : et erat númerus eórum míllia míllium, dicéntium voce magna : Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Et omnem creatúram quae in caelo est, et super terram, et sub terra, et quae sunt in mari, et quae in eo : omnes audívi dicéntes : Sedénti in throno, et Agno, benedíctio, et honor, et glória, et potéstas in saecula saeculórum. Et quátuor animália dicébant : Amen. Et vigínti quátuor senióres cecidérunt in fácies suas : et adoravérunt vivéntem in saécula saeculórum.






Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur .*

Tract.
2.





Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. In conspéctu. *ut supra ; deinde :* Allelúia. ℣. Angelus Dómini. 697.


✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 1. g.*

In illo témpore : Vidit Jesus Nathánael veniéntem ad se, et dicit de eo : Ecce vere Israelíta, in quo dolus non est. Dicit ei Nathánael : Unde me nosti? Respóndit Jesus, et dixit ei : Priúsquam te Philíppus vocáret, cum esses sub ficu, vidi te. Respóndit Nathánael, et ait : Rabbi, tu es Fílius Dei, tu es rex Israel. Respóndit Jesus, et dixit ei : Quia dixi tibi : Vidi te sub ficu, credis : majus his vidébis. Et dicit ei : Amen, amen dico vobis, vidébitis caelum apértum, et Angelos Dei ascendéntes et descendéntes supra Fílium hóminis.

Offertorium. Stétit Angelus. 1456.

Secreta. Hóstias tibi. 1457.

Comm. 2.





Postcommunio.

Repléti Dómine benedictióne caeléstí, supplíciter implorámus : ut quod frágili celebrámus officio, sanctórum Angelórum atque Archangelórum nobis prodésse sentiámus auxílio. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Missa de Spiritu Sancto.

Intr. 8.





Tempore Paschali, cantatur ut supra, 762.

Oratio.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : da nobis in eódem Spíritu recta sápere; et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem.

Lectio Actuum Apostolorum. *Act. 8. c.*


In diébus illis : Cum audíssent Apóstoli, qui erant Jerosólymis, quod recepísset Samaría verbum Dei, misérunt ad eos Petrum et Joánnem. Qui cum venissent, oravérunt pro ipsis ut accíperent Spíritum Sanctum. Nondum enim in quemquam illórum vénerat, sed baptizáti tantum erant in nómine Dómini Jesu. Tunc imponébant manus super illos, et accipiébant Spíritum Sanctum.


Graduale. Beáta gens. 882.

Alleluía, alleluía. ℣. Véni Sáncte Spíritus. 763.


Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*

Tract. 2.






tus, ré- ple tu-ó-rum córda fidé- li- um : et



tú- i amó- ris in é- is í- gnem * accén-




de.


Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Emítte Spíritum túum. 763 ; *deinde :* Allelúia. ℣. Véni Sáncte Spíritus. 763.

Evangelium. Si quis diligit me. 765.


Offert. 4.




C Onfírma * hoc Dé- us, quod o- pe-rá-



tus es in nó- bis : a témplo tú- o, quod



est in Je- rú- sa-lem, tí- bi óf- fe- rent




ré- ges mú- ne- ra. (*Tempore Paschali*, 765).


Secreta. Múnera. 766.

Praefatio de Spiritu Sancto. Qui ascéndens. 8.


Comm. 7.




F Actus est * repénte de caélo só- nus adve-ni-én-



tis spí-ri-tus ve-heméntis, u-bi é- rant se-dén- tes : et



replé- ti sunt ómnes Spí-ri-tu Sáncto, loquén- tes ma-



gná- li- a Dé- i. (*Tempore Paschali*, 766).

Postcommunio. Sancti Spíritus. 766.

¶ *Ad postulandam gratiam Spiritus Sancti, dicitur Missa ut supra, cum sequentibus Orationibus.*

Oratio.

DEus, cui omne cor patet, et ómnis volúntas lóquitur, et quem nullum latet secrétum : purífica per infusiónem Sancti Spíritus cogitatiónes cordis nostri ; ut te perfécte dilígere, et digne laudáre mereámur. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Secreta.


HAec oblátio, quaésumus Dómine, cordis nostri máculas emúndet : ut Sancti Spíritus digna efficiátur habitátio. Per Dóminum.. in unitáte ejúsdem Spíritus.

Postcommunio.


COncéde, quaésumus omnípotens Deus, Sanctum nos Spíritum votis promeréri sédulis : quátenus ejus grátia, et ab ómnibus liberémur tentatiónibus, et peccatórum nostrórum indulgéntiam percípere mereámur. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Missa de Ss. Eucharistiae Sacramento.


Intr. 2.




C Ibá- vit é- os * ex ádi- pe frumén- ti : et



de pé- tra, mélle saturá- vit é- os.



Ps. Exsultáte Dé- o adju-tó-ri nóstro : * ju-bi-láte Dé- o



Já-cob. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Tempore Paschali, cantatur ut supra, 790.

Oratio. Deus qui nobis. 790.


Epistola. Ego enim accépi. 791.

Graduale. Oculi. 791.


Allelúia, allelúia. ℣. Cáro méa. 792.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur* .


Tract. 8.




A B ór-tu só-lis * usque ad oc- cá-




sum, mágnum est nómen mé- um




in gén- tibus.




℣. Et in ómni ló-co sacri-ficá- tur, et of- fértur




nó-mi-ni mé- o oblátí- o múnda :




qui- a mágnum est nómen mé- um in gén-




tibus. ℣. Vení- te, comédi-



te pánem mé- um : et bí-bi-te ví- num,




quod mí- scu- i * vó-bis.



Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Cognovérunt. 714. Allelúia. ℣. Cáro méa. 792.

Evangelium. Dixit Jesus turbis. 796.

Offertorium. Sacerdótes Dómini. 796, *omisso* Allelúia *extra Tempus Paschale, hoc modo :*




nó- men é- jus.

Secreta. Ecclésiae tuae. 796.

Praefatio de Nativitate, 7.

Communio. Quotiescúmque. 797, *omisso* Allelúia *extra Tempus Paschale, hoc modo :*



Dó-mi- ni.

Postcommunio. Fac nos, quaésumus. 797.

¶ *Missa Votiva de Sacratissimo Corde Jesu*, 818.
¶ *Missa Votiva de Immaculata Conceptione B. M. V.*, 1215.
¶ *Missa Votiva de S. Joseph*, 1292.

Missa pro quacumque necessitate.

Introitus. Sálus pópuli. 889. (*T. P.* Allelúia. 86.)

Oratio.

Ineffábilem misericórdiam tuam Dómine nobis cleménter osténde : ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas; et a poenis quas pro his merémur erípias. Per Dóminum.

Lectio Jeremiae Prophetae. *Jerem. 14.*

Si iniquitátes nostrae respónderint nobis : Dómine, fac propter nomen tuum, quóniam multae sunt adversiónes nostrae : tibi peccávimus. Exspectátio Israel, salvator ejus in témpore tribulatiónis. Tu autem in nobis es, Dómine, et nomen tuum invocátum est super nos, ne derelínquas nos, Dómine Deus noster.

Graduale. Liberásti nos. 905.

1\.

ALle-lú- ia. * *ij.*

℣. Propí- ti- us é-sto, Dó- mi- ne, pec- cá- tis

nó- stris : nequándo dícant gén-

tes : U- bi est Dé- us * e-

ó- rum ?

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*

Tract. 2.

DE ne- ces-si-tá-ti- bus * mé- is

é-ri- pe me, Dó- mi-ne : ví- de

humi- li-tá- tem mé- am, et labó-rem mé-

um : et dimítte ó-mni- a peccáta mé-

a. ℣. Ad te Dómi- ne le- vávi ánimam

mé- am : Dé- us mé- us, in te confí- do,

non erubé- scam : neque irríde- ant

me in- imí- ci mé- i.

℣. Et-e- nim u- nivér-

si qui te exspé- ctant, non confun-

dén- tur : confundántur ó- mnes

fa- ci- én-tes * vá- na.


Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia.
℣. Propitius esto. *ut supra ; deinde :*

7\.

ALle-lú- ia.*

℣. Exsultá-bo et laetá-bor in mi-se- ri-cór-

di- a tú- a, quóni-am respe-xí-



✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.** *Marc. 11. c.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Habéte fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicúmque díxerit huic monti : Tóllere, et míttere in mare, et non haesitáverit in corde suo, sed credíderit quia quodcúmque díxerit, fiat, fiet ei. Proptérea dico vobis : Omnia quaecúmque orántes pétitis, crédite quia accipiétis, et evénient vobis. Et cum stábitis ad orándum, dimíttite si quid habétis advérsus áliquem : ut et Pater vester, qui in caelis est, dimíttat vobis peccáta vestra. Quod si vos non dimiséritis : nec Pater vester, qui in caelis est, dimíttet vobis peccáta vestra.

Offertorium. Si ambulávero. 891. (*T. P.* Allelúia. 88.)

Secreta.

PUrificet nos, Dómine, quaésumus, múneris praeséntis oblátio : et dignos sacra participatióne perfíciat. Per Dóminum.

Communio. Meménto vérbi túi. 895. (*T. P.* Allelúia. 88.)

Postcommunio.

PRaesta quaésumus Dómine : ut terrénis affectibus expiáti, ad supérni plenitúdinem sacraménti, cujus libávimus sancta, tendámus. Per Dóminum.

Missa pro Pace.

Introitus. Da pácem. 886. (*T. P.* Allelúia. 86.)


Oratio.

DEus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera : da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem ; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla. Per Dóminum.

Lectio libri Machabaeorum. *2. Mach. 1.*


FRátribus, qui sunt per Aegýptum Judaéis, salútem dicunt fratres, qui sunt in Jerosólymis, Judaéi, et qui in regióne Judaéae, et pacem bonam. Benefáciat vobis Deus, et memínerit testaménti sui, quod locútus est ad Abraham, et Isaac, et Jacob servórum suórum fidélium : et det vobis cor ómnibus ut colátis eum, et faciátis ejus voluntátem corde magno, et ánimo voléntì. Adapériat cor vestrum in lege sua, et in praecéptis suis, et fáciat pacem. Exáudiat oratiónes vestras, et reconciliétur vobis, nec vos déserat in témpore malo, Dóminus Deus noster.

Grad. 7.




Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*


Tract. 8.



Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Láuda Jerúsalem. *ut supra ; deinde :*

4.





✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 20. c.*


In illo témpore : Cum sero esset die illo, una sabbatórum, et fores essent clausae, ubi erant discípuli congregáti propter metum Judaeórum : venit Jesus, et stetit in médio, et dixit eis : Pax vobis. Et cum hoc dixísset, osténdit eis manus, et latus. Gavísi sunt ergo discípuli, viso Dómino. Dixit ergo eis íterum : Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Haec cum dixísset, insufflávit : et dixit eis : Accípite Spíritum sanctum : quorum remiséritis peccáta, remittúntur eis : et quorum retinuéritis, reténta sunt.

Offertorium. Laudáte Dóminum. 501. (*T. P.* Allelúia. 87.)

Secreta.

Deus, qui credéntes in te pópulos nullis sinis cóncuti terróribus : dignáre preces et hóstias dicátae tibi plebis suscípere ; ut pax a tua pietáte concéssa, Christianórum fines ab omni hoste fáciat esse secúros. Per Dóminum.

Comm. 5.




(*T. P.* Allelúia. 88.)

Postcommunio.

Deus, auctor pacis et amátor, quem nosse, vívere, cui servíre, regnáre est : prótege ab ómnibus impugnatiónibus súpplices tuos ; ut qui in defensióne tua confídimus, nullíus hostilitátis arma timeámus. Per Dóminum.

Missa pro Sponso et Sponsa.

Intr. 3.



bís- cum, qui mi-sértus est du-óbus ú-ni-cis : et

nunc, Dó- mi- ne, fac é-os plé-ni-us benedí-ce-

re te. *T.P.* Alle-lú-ia, alle- lú- ia. *Ps.* Be-á-ti

ómnes qui tíment Dómi-num : * qui ámbu-lant in ví- is

é-jus. Gló-ri-a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

EXáudi nos, omnípotens et misé-ricors Deus : ut, quod nostro ministrátur offício, tua benedictióne pótius impleátur. Per Dóminum nostrum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Ephesios. *Ephes. 5. d.*

FRatres : Mulíeres viris suis súbditae sint, sicut Dómino : quóniam vir caput est mulíeris : sicut Christus caput est Ecclésiae : ipse salvátor córporis ejus. Sed sicut Ecclésia subjécta est Christo, ita et mulíeres viris suis in ómnibus. Viri, dilígite uxóres vestras, sicut et Christus diléxit Ecclésiam, et seípsum trádidit pro ea, ut illam sanctificáret, mundans lavácro aquae in verbo vitae, ut exhibéret ipse sibi gloriósam Ecclésiam, non habéntem máculam, aut rugam, aut áliquid hujúsmodi, sed ut sit sancta et immaculáta. Ita et viri debent dilígere uxóres suas ut córpora sua. Qui suam uxórem díligit, seípsum díligit. Nemo enim unquam carnem suam ódio hábuit : sed nutrit et fovet eam, sicut et Christus Ecclésiam quia membra sumus córporis ejus, de carne ejus et de óssibus ejus. Propter hoc relínquet homo patrem et matrem suam, et adhaerébit uxóri suae, et erunt duo in carne una. Sacraméntum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclésia. Verúmtamen et vos sínguli, unusquísque uxórem suam sicut seípsum díligat : uxor autem tímeat virum suum.

Grad. 2.

U - xor * tú- a sicut ví- tis abún-

dans in la-té- ribus dó- mus tú-

ae. ℣. Fí-li- i tú-

i sic- ut novéllae o-li-

vá- rum in circú- i-

tu ménsae * tú- ae.

8.

A L-le- lú- ia. * *ij.* ℣. Mít- tat

vó-bis Dó- mi-nus auxí- li-um de sán-


cto : et de Sí- on

* tu-e-átur vos.


Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*


Tract. 8.

E Cce * sic be-ne-di-cé- tur ómnis



Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Mittat vóbis. *ut supra ; deinde :*





✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 19.*

In illo témpore : Accessérunt ad Jesum pharisaéi tentántes eum, et dicéntes : Si licet hómini dimíttere uxórem suam, quacúmque ex causa ? Qui respóndens, ait eis : Non legístis, quia qui fecit hóminem ab inítio, másculum et féminam fecit eos ? Et dixit : Propter hoc dimíttet homo patrem et matrem, et adhaerébit uxóri suae, et erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjúnxit, homo non séparet.

Offertorium. In te sperávi. 869. (*T. P.* Allelúia. 87.)

Secreta.

Suscipe, quaésumus Dómine, pro sacra connúbii lege munus oblátum : et cujus largítor es óperis, esto dispósitor. Per Dóminum.

¶ *Dicto* Pater noster, *Sacerdos antequam dicat* Líbera nos quaésumus Dómine, *stans in cornu Epistolae versus Sponsum et Sponsam ante Altare genuflexos, dicit super eos sequentes Orationes.*


Orémus. *Oratio.*

Propitiáre Dómine supplicatiónibus nostris, et institútis tuis, quibus propagatiónem humáni géneris ordinásti, benígnus assíste : ut, quod te auctóre júngitur, te auxiliánte servétur. Per Dóminum.

Orémus.

Deus, qui potestáte virtútis tuae de níhilo cuncta fecísti : qui, dispósitis universitátis exórdiis, hómini ad imáginem Dei facto, ídeo inseparábile mulíeris adjutórium condidísti, ut femíneo córpori de viríli dares carne princípium, docens quod ex uno placuísset institui, numquam licére disjúngi : Deus, qui tam excelléntí mystério conjugálem cópulam consecrásti, ut Christi et Ecclésiae sacraméntum praesignáres in foédere nuptiárum : Deus, per quem múlier júngitur viro, et socíetas principáliter ordináta, ea benedictióne donátur, quae sola nec per originális peccáti poenam, nec per dilúvii est abláta senténtiam : réspice propítius super hanc fámulam tuam, quae maritáli jungénda consórtio, tua se éxpetit protectióne muníri : sit in ea jugum dilectiónis et pacis : fidélis et casta nubat in Christo, imitatríxque sanctárum permáneat feminárum : sit amábilis viro suo, ut Rachel : sápiens, ut Rebécca : longaéva et fidélis, ut Sara : nihil in ea ex áctibus suis ille auctor praevaricatiónis usúrpet : nexa fídei, mandatísque permáneat : uni thoro juncta, contáctus illícitos fúgiat : múniat infirmitátem suam róbore disciplínae : sit verecúndia gravis, pudóre venerábilis, doctrínis caeléstibus erudíta : sit foecúnda in sóbole, sit probáta et ínnocens : et ad beatórum réquiem atque ad caeléstia regna pervéniat : et vídeant ambo fílios filiórum suórum usque in tértiam et quartam generatiónem, et ad optátam pervéniant senectútem. Per eúmdem Dóminum.

Comm. 6.



Postcommunio.

QUaésumus, omnípotens Deus : institúta providéntiae tuae pio favóre comitáre : ut quos legítima societáte connéctis, longaéva pace custódias. Per Dóminum nostrum.


¶ *Dicto* Benedicámus Dómino, *vel si Missae illius diei conveniat,* Ite missa est, *Sacerdos antequam populo benedicat, conversus ad Sponsum et Sponsam, dicat :*


DEus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob sit vobíscum : et ipse adímpleat benedictiónem suam in vobis : ut videátis fílios filiórum vestrórum usque ad tértiam et quartam generatiónem : et póstea vitam aetérnam habeátis sine fine : adjuvánte Dómino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus, per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.

Missa votiva pro Fidei Propagatione

Concessa pro Dioecesibus omnibus
in quibus Societas Propagationis Fidei nunc instituta est, vel in posterum erit.

Intr. 3.






Oratio.

DEus, qui omnes hómines vis salvos fíeri, et ad agnitiónem veritátis veníre : mitte, quaésumus, operários in messem tuam, et da eis cum omni fidúcia loqui verbum tuum ; ut sermo tuus currat, et clarificétur, et omnes gentes cognóscant te solum Deum verum, et quem misísti Jesum Christum Fílium tuum, Dóminum nostrum. Qui tecum vivit.

Lectio libri Sapientiae. *Eccli. 36.*

MIserére nostri, Deus ómnium, et réspice nos, et osténde nobis lucem miseratiónum tuárum : et immítte timórem tuum super gentes, quae non exquisiérunt te, ut cognóscant quia non est Deus nisi tu, et enárrent magnália tua. Alleva manum tuam super gentes aliénas, ut vídeant poténtiam tuam. Sicut enim in conspéctu eórum sanctificátus es in nobis, sic in conspéctu nostro magnificáberis in eis, ut cognóscant te, sicut et nos cognóvimus, quóniam non est Deus praeter te, Dómine. Innova signa, et immúta mirabília. Glorífica manum et bráchium dextrum. Excita furórem, et effúnde iram. Tolle adversárium, et afflíge inimícum. Festína tempus, et meménto finis, ut enárrent mirabília tua. Da testimónium his, qui ab inítio creatúrae tuae sunt, et súscita praedicatiónes, quas locúti sunt in nómine tuo prophétae prióres. Da mercédem sustinéntibus te, ut prophétae tui fidéles inveniántur : et exáudi oratiónes servórum tuórum, secúndum benedictiónem Aaron de pópulo tuo, et dírige nos in viam justítiae, et sciant omnes, qui hábitant terram, quia tu es Deus conspéctor saeculórum.

Grad. 5.



térra dé- dit frúctum sú- um.

℣. Bene-dícat nos Dé-

us, Dé- us nó- ster, be-nedí-

cat nos Dé- us : et métu- ant é- um

ómnes fínes * tér-rae.

7.
AL-le- lú-ia. * ij.

℣. Jubi-lá-te Dé- o ómnis tér- ra : serví-

te Dómino in laetí- ti- a : intro- í- te in con-

spé- ctu é- jus, * in exsulta- ti- óne.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*

Tract.
8.
ANnunti- á-te * inter géntes

gló-ri- am Dómi- ni, in ómni-bus pó- pu-

lis mi-rabí- li- a é-jus.

℣. Quóni- am mágnus Dómi- nus, et laudá- bi-

lis nimis : terrí-bi-lis est su- per ómnes


dé- os. ℣. Quóni- am ómnes dí- i gén- ti- um

daemó- ni- a : Dóminus au-

tem * caélos fé- cit.

Tempore Paschali : Allelúia, allelúia. ℣. Jubiláte. *ut supra ; deinde .*


8.
AL-le- lú- ia. *



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 9. g.*

IN illo témpore : Circuíbat Jesus omnes civitátes, et castélla, docens in synagógis eórum, et praédicans evangélium regni, et curans omnem languórem, et omnem infirmitátem. Videns autem turbas, misértus est eis : quia erant vexáti, et jacéntes sicut oves non habéntes pastórem. Tunc dicit discípulis suis : Messis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo dóminum messis, ut mittat operários in messem suam.


Offert. 5.



Secreta.

PRotéctor noster áspice Deus, et réspice in fáciem Christi tui, qui dedit redemptiónem semetípsum pro ómnibus : et fac; ut ab ortu solis usque ad occásum magnificétur nomen tuum in géntibus, ac in omni loco sacrificétur, et offerátur nómini tuo oblátio munda. Per eúmdem Dóminum.

Comm. 5.



Postcommunio.

REdemptiónis nostrae múnere vegetáti : quaésumus Dómine ; ut hoc perpétuae salútis auxílio, fides semper vera profíciat. Per Dóminum.

Alia Epistola.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Timotheum. *1. Tim. 2.*

OBsecro primum ómnium fíeri obsecratiónes, oratiónes, postulatiónes, gratiárum actiónes, pro ómnibus homínibus : pro régibus et ómnibus qui in sublimitáte sunt, ut quiétam et tranquíllam vitam agámus, in omni pietáte, et castitáte; hoc enim bonum est, et accéptum coram Salvatóre nostro Deo, qui omnes hómines vult salvos fíeri, et ad agnitiónem veritátis veníre. Unus enim Deus, unus et mediátor Dei et hóminum, homo Christus Jesus : qui dedit redemptiónem semetípsum pro ómnibus, testimónium tempóribus suis : in quo pósitus sum ego praedicátor et apóstolus (veritátem dico, non méntior) doctor géntium in fide et veritáte.

ORATIONES DIVERSAE

dicendae in Missa ad libitum Sacerdotis, quando non est Festum duplex, cum iis quae in propriis Missis assignantur.

Ad poscenda Suffragia Sanctorum.

Oratio.

Concéde, quaésumus omnípotens Deus : ut intercéssio sanctae Dei Genitrícis Maríae, sanctorúmque ómnium Apostolórum, Mártyrum, Confessórum, atque Vírginum, et ómnium electórum tuórum, nos ubíque laetíficet ; ut dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per eúmdem Dóminum.

Secreta.

Oblátis, Dómine, placáre munéribus : et, intercedénte beáta María semper Vírgine, cum ómnibus Sanctis tuis, a cunctis nos defénde perículis. Per Dóminum.

Postcommunio.

Sumpsimus, Dómine, beátae Maríae semper Vírginis, et ómnium Sanctórum tuórum memóriam recoléntes, sacraménta caeléstia : praesta, quaésumus ; ut, quod temporáliter gérimus, aetérnis gáudiis consequámur. Per Dóminum.

Alia Oratio. A cunctis. 446. *Secr. et Postcom.* 449 *et* 450.

Pro omni Gradu Ecclesiae.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, cujus spíritu totum corpus Ecclésiae sanctificátur et régitur : exáudi nos pro univérsis Ordínibus supplicántes ; ut grátiae tuae múnere, ab ómnibus tibi grádibus fidéliter serviátur. Per Dóminum.

Secreta.

Da fámulis tuis, Dómine, indulgéntiam peccatórum, consolatiónem vitae, gubernatiónem perpétuam : ut tibi serviéntes, ad tuam júgiter misericórdiam perveníre meréantur. Per Dóminum.

Postcommunio.

Libera, quaésumus Dómine, a peccátis et hóstibus fámulos tuos, tibi supplicántes : ut in sancta conversatióne vivéntes, nullis afficiántur advérsis. Pér Dóminum.

Pro Papa. *Oratio.* 296. *Secr. et Postcom.* 299 *et* 300.

Pro Imperatore.

Oratio.

Deus, regnórum ómnium, et christiáni máxime protéctor impérii : da servo tuo imperatóri nostro *N.* triúmphum virtútis tuae sciénter excólere ; ut qui tua institutióne est princeps, tuo sit semper múnere potens. Per Dóminum.

Si non est coronatus, dicatur : elécto imperatóri.

Secreta.

Suscipe, Dómine, preces et hóstias Ecclésiae tuae, pro salúte fámuli tui supplicántis : et in protectióne fidélium populórum, antíqua bráchii tui operáre mirácula ; ut, superátis pacis inimícis, secúra tibi sérviat christiána libértas. Per Dóminum.

Postcommunio.

Deus, qui ad praedicándum aetérni Regis Evangélium, Románum impérium praeparásti : praeténde fámulo tuo imperatóri nostro *N.* arma caeléstia ; ut pax Ecclesiárum nulla turbétur tempestáte bellórum. Per Dóminum.

Pro Rege.

Oratio.

Quaésumus, omnípotens Deus : ut fámulus tuus *N.* rex noster, qui tua miseratióne suscépit regni gubernácula, virtútum étiam ómnium percípiat increménta : quibus decénter ornátus, et vitiórum monstra devitáre, et ad te, qui via, véritas, et vita es, gratiósus váleat perveníre. Per Dóminum.

Secreta.

Munera, Dómine quaésumus, obláta sanctífica : ut et nobis Unigéniti tui corpus et sanguis fiant ; et regi nostro ad obtinéndam ánimae, corporísque salútem, et peragéndum injúnctum offícium, te largiénte, usquequáque profíciant. Per Dóminum.

Postcommunio.

Haec, Dómine, oblátio salutáris fámulum tuum *N.* regem nostrum ab ómnibus tueátur advérsis : quátenus et ecclesiásticae pacis obtíneat tranquillitátem ; et post hujus témporis decúrsum, ad aetérnam pervéniat hereditátem. Per Dóminum.

Pro Praelatis, et Congregationibus eis commissis.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui facis mirabília magna solus : praeténde super fámulos tuos, et super congregatiónes illis commíssas, spíritum grátiae salutáris ; et ut in veritáte tibi compláceant, perpétuum eis rorem tuae benedictiónis infúnde. Per Dóminum.

Secreta.

Hostias, Dómine, famulórum tuórum placátus inténde : et quas in honórem nóminis tui devóta mente pro eis celebrámus, profícere sibi séntiant ad medélam. Per Dóminum.

Postcommunio.

Quos caelésti récreas múnere, perpétuo, Dómine, comitáre praesídio : et quos fovére non désinis, dignos fíeri sempitérna redemptióne concéde. Per Dóminum.

Pro Congregatione et Familia.

Oratio.

Deféndе, quaésumus Dómine, beáta María semper Vírgine intercedénte, istam ab omni adversitáte famíliam : et toto corde tibi prostrátam, ab hóstium propítius tuére cleménter insídiis. Per Dóminum.

Secreta.

Suscipe, quaésumus omnípotens Deus, oblatiónem nostrae devotiónis : et per virtútem hujus sacraménti, fámulos tuos a cunctis adversitátibus prótege. Per Dóminum.

Postcommunio.

Sumptis redemptiónis nostrae munéribus : praesta, quaésumus miséricors Deus; eórum nobis celebratióne, tuae protectiónis contra omnes adversitátes subsídium. Per Dóminum.

Pro concordia in Congregatione servanda.

Oratio.

Deus largítor pacis, et amátor caritátis : da fámulis tuis veram cum tua voluntáte concórdiam; ut ab ómnibus, quae nos pulsant, tentatiónibus liberémur. Per Dóminum.

Secreta.

His sacrifíciis, Dómine quaésumus, concéde placátus : ut qui própriis orámus absólvi delíctis, non gravémur extérnis. Per Dóminum.

Postcommunio.

Spíritum nobis, Dómine, tuae caritátis infúnde : ut, quos uno pane caelésti satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per Dóminum.

Contra persecutores Ecclesiae.

Oratio.

Ecclésiae tuae, quaésumus Dómine, preces placátus admítte : ut, destrúctis adversitátibus et erróribus univérsis, secúra tibi sérviat libertáte. Per Dóminum nostrum.

Secreta.

Prótege nos, Dómine, tuis mystériis serviéntes : ut divínis rebus inhaeréntes, et córpore tibi famulémur, et mente. Per Dóminum.

Postcommunio.

Quaésumus, Dómine Deus noster : ut quos divína tríbuis participatióne gaudére, humánis non sinas subjacére perículis. Per Dóminum.

Contra persecutores et male agentes.

Oratio.

Hostium nostrórum, quaésumus Dómine, elíde supérbiam : et eórum contumáciam déxterae tuae virtúte prostérne. Per Dóminum.

Secreta.

Hujus, Dómine, virtúte mystérii, et a própriis mundémur occúltis, et ab inimicórum liberémur insídiis. Per Dóminum.

Postcommunio.

Protéctor noster áspice, Deus, et ab inimicórum nos defénde perículis : ut omni perturbatióne submóta, líberis tibi méntibus serviámus. Per Dóminum.

Pro quacumque necessitate.

Oratio.

Deus, refúgium nostrum, et virtus : adésto piis Ecclésiae tuae précibus, auctor ipse pietátis, et praesta; ut quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Dóminum.

Secreta.

Da, miséricors Deus : ut haec salutáris oblátio et a própriis nos reátibus indesinénter expédiat, et ab ómnibus tueátur advérsis. Per Dóminum.

Postcommunio.

Sumpsimus, Dómine, sacri dona mystérii, humíliter deprecántes : ut quae in tui commemoratiónem nos fácere praecepísti, in nostrae profíciant infirmitátis auxílium : Qui vivis et regnas.

Pro quacumque tribulatione.

Oratio.

Ne despícias, omnípotens Deus, pópulum tuum in afflictióne clamántem : sed propter glóriam nóminis tui, tribulátis succúrre placátus. Per Dóminum.

Secreta.

Suscipe, Dómine, propítius hóstias, quibus et te placári voluísti et nobis salútem poténti pietáte restítui. Per Dóminum.

Postcommunio.

Tribulatiónem nostram, quaésumus Dómine, propítius réspice : et iram tuae indignatiónis, quam juste merémur, avérte. Per Dóminum.

Tempore famis.

Oratio.

DA nobis, quaésumus Dómine, piae supplicatiónis effèctum, et famem propitiátus avérte : ut mortálium corda cognóscant, et te indignánte tália flagélla prodíre, et te miseránte cessáre. Per Dóminum.

Secreta.

DEus, qui humáni géneris utrámque substántiam, praeséntium múnerum et aliménto végetas, et rénovas sacraménto : tríbue, quaésumus; ut eórum et corpóribus nostris subsídium non desit, et méntibus. Per Dóminum.

Postcommunio.

GUbérna, quaésumus Dómine, temporálibus aliméntis : quos dignáris aetérnis informáre mystériis. Per Dóminum.

Tempore terraemotus.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui réspicis terram, et facis eam trémere : parce metuéntibus, propitiáre supplícibus; ut, cujus iram terrae fundaménta concutiéntem expávimus, cleméntiam contritiónes ejus sanántem júgiter sentiámus. Per Dóminum.

Secreta.

DEus, qui fundásti terram super stabilitátem suam, súscipe oblatiónes et preces pópuli tui : ac treméntis terrae perículis pénitus amótis, divínae tuae iracúndiae terróres, in humánae salútis remédia convérte; ut qui de terra sunt, et in terram reverténtur, gáudeant se fíeri sancta conversatióne caeléstes. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

TUére nos, Dómine quaésumus, tua sancta suméntes : et terram, quam vídimus nostris iniquitátibus treméntem, supérno múnere firma; ut mortálium corda cognóscant, et te indignánte tália flagélla prodíre, et te miseránte cessáre. Per Dóminum.

Ad petendam pluviam.

Oratio.

DEus, in quo vívimus, movémur, et sumus : plúviam nobis tríbue congruéntem; ut praeséntibus subsídiis sufficiénter adjúti, sempitérna fiduciálius appetámus. Per Dóminum.

Secreta.

OBlátis, quaésumus Dómine, placáre munéribus : et opportúnum nobis tríbue plúviae sufficiéntis auxílium. Per Dóminum.

Postcommunio.

DA nobis, quaésumus Dómine, plúviam salutárem : et áridam terrae fáciem fluéntis caeléstibus dignánter infúnde. Per Dóminum.

Ad postulandum serenitatem.

Oratio.

AD te nos, Dómine, clamántes exáudi : et äëris serenitátem nobis tríbue supplicántibus; ut qui juste pro peccátis nostris afflígimur, misericórdia tua praeveniénte cleméntiam sentiámus. Per Dóminum.

Secreta.

PRaevéniat nos, quaésumus Dómine, grátia tua semper, et subsequátur : et has oblatiónes, quas pro peccátis nostris nómini tuo consecrándas deférimus, benígnus assúme; ut per intercessiónem Sanctórum tuórum, cunctis nobis profíciant ad salútem. Per Dóminum.

Postcommunio.

QUaésumus, omnípotens Deus, cleméntiam tuam : ut inundántiam coérceas ímbrium, et hilaritátem vultus tui nobis impertíri dignéris. Per Dóminum.

Ad repellendas tempestates.

Oratio.

A Domo tua, quaésumus Dómine, spiritáles nequítiae repellántur : et aëreárum discédat malígnitas tempestátum. Per Dóminum.

Secreta.

OFférimus tibi, Dómine, laudes et múnera, pro concéssis benefíciis grátias referéntes, et pro concedéndis semper supplíciter deprecántes. Per Dóminum.

Postcommunio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui nos et castigándo sanas, et ignoscéndo consérvas : praesta supplícibus tuis; ut et tranquillitátibus hujus optátae consolatiónis laetémur, et dono tuae pietátis semper utámur. Per Dóminum.

Pro peste animalium.

Oratio.

DEus, qui labóribus hóminum, étiam de multis animálibus solátia subrogásti : súpplices te rogámus; ut, sine quibus non álitur humána condítio, nostris fácias úsibus non períre. Per Dóminum.

Secreta.

SAcrifíciis, Dómine, placátus oblátis : opem tuam nostris tempóribus cleménter impénde. Per Dóminum.

Postcommunio.

BEnedictiónem tuam, Dómine, pópulus fidélis accípiat, qua córpore salvétur, et mente : et congruam tibi exhíbeat servitútem; et propitiatiónis tuae benefícia semper invéniat. Per Dóminum.

Pro salute vivorum.

Oratio.

PRaeténde, Dómine, fidélibus tuis déxteram caeléstis auxílii : ut te toto corde perquírant, et quae digne póstulant, cónsequi mereántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Secreta.

PRopitiáre, Dómine, supplicatiónibus nostris, et has oblatiónes fidélium tuórum, quas tibi pro incolumitáte eórum offérimus, benígnus assúme : et, ut nullíus sit írritum votum, nullíus vácua postulátio, praesta, quaésumus; ut quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Dóminum.

Postcommunio.

DA fidélibus tuis, quaésumus Dómine, in tua fide et sinceritáte constántiam : ut in caritáte divína firmáti, nullis tentatiónibus ab ejus integritáte vellántur. Per Dóminum

Pro vivis et defunctis.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse praenóscis : te súpplices exorámus; ut, pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel praesens saéculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore suscépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuae cleméntia ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

Secreta.

*D*Eus, cui soli cógnitus est númerus electórum in supérna felicitáte locándus : tríbue, quaésumus; ut intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, universórum, quos in oratióne commendátos suscépimus, et ómnium fidélium nómina, beátae praedestinatiónis liber ascrípta retíneat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus.

Postcommunio.

PUríficent nos, quaésumus omnípotens et miséricors Deus, sacraménta quae súmpsimus : et, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, praesta; ut hoc tuum sacraméntum non sit nobis reátus ad poenam, sed intercéssio salutáris ad véniam : sit ablútio scélerum, sit fortitúdo fragílium, sit contra ómnia mundi perícula firmaméntum : sit vivórum atque mortuórum fidélium remíssio ómnium delictórum. Per Dóminum.

EXSEQUIARUM ORDO

Parochus indutus superpelliceo et stola nigra, vel etiam pluviali ejusdem coloris, clerico praeferente crucem, et alio aquam benedictam, ad domum defuncti procedit.

Parochus vero, antequam cadaver efferatur, illud aspergit aqua benedicta; mox dicit Antiphonam : Si iniquitátes.

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine : * Dómine exáudi vócem méam.

Fíant áures túae intendéntes * in vócem deprecatiónis méae.

Si iniquitátes observáveris Dómine : * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est : * et propter légem túam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima méa in vérbo éjus : * sperávit ánima méa in Dómino.

A custódia matutína usque ad nóctem, * spéret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * et copiósa apud éum redémptio.

Et ípse rédimet Israel * ex ómnibus iniquitátibus éjus.


Réquiem aetérnam * dóna éi Dómine. [1]

Et lux perpétua * lúceat éi.

Repetit Antiphonam totam : Si iniquitátes observáveris Dómine : Dómine, quis sustinébit?

Deinde cadaver effertur, Parochusque de domo procedens, statim gravi voce intonat Antiphonam :


Ant. 1. f



EXsultábunt Dómino.


Psalmus 50.

Cantores inchoant :



1. Mi-se-ré-re mé- i Dé- us, *

Clero alternatim prosequente :



secúndum mágnam mi-se-ri-cór*di-am* tú- am.

2. Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * déle iniqui*tátem* méam.

[1] Si Exsequiae fiant pro pluribus Defunctis, in hoc versu, et in omnibus versiculis et Orationibus, pro singulari ponatur numerus pluralis, praeterquam in Oratione *Non intres.*

3. Amplius láva me ab iniquitáte méa : * et a peccáto *méo* múnda me.

4. Quóniam iniquitátem méam égo cognósco : * et peccátum méum contra *me est* sémper.

5. Tíbi sóli peccávi, et málum coram te féci : * ut justificéris in sermónibus túis, et víncas cum *judi*cáris.

6. Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : * et in peccátis concépit me *máter* méa.

7. Ecce enim veritátem dilexisti : * incérta et occúlta sapiéntiae túae manife*stásti* míhi.

8. Aspérges me hyssópo, et mundábor : * lavábis me, et super nívem *deal*bábor.

9. Audítui méo dábis gáudium et laetítiam : * et exsultábunt óssa hu*mili*áta.

10. Avérte fáciem túam a peccátis méis : * et ómnes iniquitátes *méas* déle.

11. Cor múndum créa in me Déus : * et spíritum réctum ínnova in viscé*ribus* méis.

12. Ne projícias me a fácie túa : * et spíritum sánctum túum ne *áuferas* a me.

13. Rédde míhi laetítiam salutáris túi : * et spíritu principá*li con*fírma me.

14. Docébo iníquos vias túas : * et ímpii ad te *conver*téntur.

15. Líbera me de sanguínibus Déus, Déus salútis méae : * et exsultábit língua méa justí*tiam* túam.

16. Dómine lábia méa apéries : * et os méum annuntiábit *láudem* túam.

17. Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique : * holocáustis non *delec*táberis.

18. Sacrifícium Déo spíritus contribulátus : * cor contrítum et humiliátum Déus *non de*spícies.

19. Benígne fac Dómine in bóna voluntáte túa Sion : * ut aedificéntur mú*ri Je*rúsalem.


20. Tunc acceptábis sacrifícium justítiae, oblatiónes et holocáusta : * tunc impónent super altáre *túum* vítulos.

21. Réquiem aetérnam * dóna *éi* Dómine.


22. Et lux perpétua * lú*ceat* éi.

Ac si longitudo itineris postulaverit, dicantur Psalmi Graduales, Ad Dóminum cum tribulárer, etc., *vel alii Psalmi ex Officio Mortuorum, et in fine cujuslibet Psalmi dicitur :* Réquiem aetérnam dóna éi Dómine, *etc.; qui Psalmi devote, distincte, gravique voce recitari debent usque ad ecclesiam.*

Ad ingressum ecclesiae repetitur Antiphona :



Deinde ecclesiam ingressi, cantant Responsorium, Cantore incipiente et Clero alternatim respondente, videlicet :



Deposito feretro in medio ecclesiae, ita ut defuncti pedes, si fuerit laicus, sint versus Altare majus : si vero fuerit Sacerdos, caput sit versus ipsum Altare, et cereis accensis circa corpus, statim, nisi quid impediat, dicatur Officium Mortuorum, cum Invitatorio, tribus Nocturnis, et Laudibus, ut infra ponitur, et duplicantur Antiphonae.

Ad finem Officii post Antiphonam Cantici Benedíctus : Ego sum resurréctio, *etc.* (*vel post Nocturnum vel Nocturnos si Laudes omittantur*), *dicitur* (*cantando ut infra*, 1142) :

Páter nóster. *secreto.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a málo.
℣. A pórta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimam éjus.
℣. Requiéscat in páce. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam.
℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.

Absólve, quaésumus Dómine, ánimam fámuli tui *N.* (fámulae tuae *N.*) ab omni vínculo delictórum : † ut in resurrectiónis glória * inter Sanctos et eléctos tuos resuscitátus (resuscitáta) respíret. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum ; † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia saécula sæculórum. Amen. [1]

Vel dicatur alia Oratio conveniens, ut infra, 1149.


Dum in Officio dicuntur Laudes, Sacerdos cum Ministris paratur ad celebrandam Missam solemnem pro defuncto, si tempus congruens fuerit, ut in die depositionis, 1180.

Finita Missa Sacerdos pluviali nigri coloris indutus ad feretrum accedit, et ministro sistente ad caput defuncti cum cruce inter duos acolythos cum candelis accensis, stat contra crucem ad pedes defuncti, et absolute dicit sequentem Orationem (*nulla numeri aut generis facta mutatione, etiamsi pro pluribus aut pro femina dicatur*) :


Non intres in judícium cum servo tuo Dómine, quia nullus apud te justificábitur homo, nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíssio. Non ergo eum, quaésumus, tua judiciális senténtia premat, quem tibi vera supplicátio fídei christiánae commendat : sed grátia tua illi succurrénte, mereátur evádere judícium ultiónis, qui dum víveret, insignítus est signáculo sanctae Trinitátis. Qui vivis et regnas in saécula saeculórum. ℟. Amen.

Deinde Cantore incipiente, Clerus circumstans cantat sequens

Resp. 1.




[1] Post Orationem, quando dicitur immediate ante Exsequias vel Missam aut Absolutionem, non dicuntur ℣℣. *Requiem aeternam* et *Requiescat.*
Omnes Orationes in Exsequiis et in Officio Defunctorum cantantur in tono feriali, id est recto tono, vel in altero tono feriali ad libitum, 90.
Conclusio longa Orationum adhibetur tantummodo in Missa et Officio, extra vero semper brevis.




Repetitur Líbera me Dómine, *usque ad* ℣. Trémens.

Dum cantatur praedictum Responsorium, Sacerdos, acolytho et Diacono ministrante, accipit incensum de navicula, et ponit in thuribulum; et finito Responsorio, Cantor cum primo Choro dicit :




Ký-ri- e e-lé- i-son.

Et secundus Chorus respondet :




Chríste e-lé- i-son.

Deinde omnes simul dicunt :




Ký-ri- e e- lé- i-son.

Mox Sacerdos dicit alta voce :



Pá-ter nóster.

Interim corpus defuncti aspergit et incensat. Postea dicit :



℣. Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem.

℟. Sed líbera nos a málo.
℣. A pórta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimam éjus.
℣. Requiéscat in páce. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam. ℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.


Orémus.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere : te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui *N.* (fámulae tuae *N.*), quam hódie de hoc saéculo migráre jussísti, † ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci; * ut quia in te sperávit et crédidit, non poenas inférni sustíneat, sed gáudia aetérna possídeat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


¶ *Si defunctus fuerit Sacerdos, in Oratione dicitur :* pro ánima fámuli tui *N.* Sacerdótis, quam, *etc.*

Finita Oratione, corpus defertur ad sepulcrum, si tunc deferendum sit ; et dum portatur, Clerici cantant Antiphonam :


7.




IN paradí-sum * dedúcant te Ange-li : in tú-o ad-




véntu suscí-pi- ant te Márty-res, et perdúcant te in ci-



vi-tá-tem sánctam Je-rúsa-lem. Chórus Ange-lórum te



sus- cí-pi- at, et cum Lázaro quondam páupe-re aetér-



nam hábe- as réqui- em.

Cum autem pervenerit ad sepulcrum, si non est benedictum, Sacerdos illud benedicit, dicens hanc Orationem :

Orémus.


Deus, cujus miseratióne ánimae fidélium requiéscunt, hunc túmulum benedícere dignáre, eíque Angelum tuum sanctum députa custódem : et quorum quarúmque córpora hic sepeliúntur, ánimas eórum ab ómnibus absólve vínculis delictórum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine laeténtur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

(*Si sepulcrum pro uno tantum inserviat, dicatur :* et cujus corpus hic sepelítur, ánimam ejus...... laetétur).

Dicta Oratione, Sacerdos aqua benedicta aspergat, deinde incenset corpus defuncti, et tumulum.


Quod si corpus tunc ad sepulturam non deferatur, omisso In paradísum, *etc. et benedictione sepulcri, si jam est benedictum, prosequatur Officium, ut infra, quod nunquam omittitur; et intonet Antiphonam :*

2.




E - go sum.

Canticum Zachariae.



1. Benedíctus Dóminus Dé-us Isra-el : * qui- a vi-si-távit, et



fé-cit redempti-ónem plébis sú- ae.

Omnes versiculi sicut primus inchoantur, exceptis ultimis, Réquiem, *et* Et lux perpétua, *qui propter brevitatem, incipiantur in chorda dominante.*

2. Et eréxit córnu salútis nóbis, * in dómo Dávid púe*ri* súi.

3. Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a saéculo sunt prophetá*rum* éjus :

4. Salútem ex inimícis nóstris, * et de mánu ómnium qui *o*dérunt nos :

5. Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nóstris : * et memorári testaménti sú*i* sáncti.

6. Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham pátrem nóstrum, * datú*rum se* nóbis :

7. Ut sine timóre, de mánu inimicórum nostrórum liberáti, * serviá*mus* illi :

8. In sanctitáte et justítia córam ipso, * ómnibus dié*bus* nóstris.

9. Et tu púer, prophéta Altíssimi vocáberis : * praeíbis enim ante fáciem Dómini, paráre ví*as* éjus :

10. Ad dándam sciéntiam salútis plébi éjus, * in remissiónem peccatórum *e*órum :


11. Per víscera misericórdiae Déi nóstri : * in quibus visitávit nos, óriens *ex* álto :

12. Illumináre his qui in ténebris et in úmbra mórtis sédent : * ad dirigéndos pédes nóstros in v*iam* pácis.

13. Réquiem aetérnam * dóna *éi* Dómine.

14. Et lux perpétua * lúce*at* éi.


Et repetitur Antiphona.



E-go sum resurrécti- o et ví-ta : qui crédit in




me, ét-i- am si mórtu-us fú-e-rit, vívet : et ómnis qui




ví-vit et crédit in me, non mo-ri- é-tur in aetérnum.

Postea Sacerdos dicit : *Chorus prosequitur :*



Ký-ri-e e-lé- i-son. Chríste e-lé- i-son. Ký-ri-e e-lé- i-son.

Sacerdos .



Pá-ter nóster. *Interim corpus aspergit.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a málo.

℣. A pórta ínferi. ℟. Erue, Dómine, ánimam éjus.

℣. Requiéscat in páce. ℟. Amen.


℣. Dómine, exáudi oratiónem méam. ℟. Et clámor méus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.


Orémus.

FAC, quaésumus Dómine, hanc cum servo tuo defúncto (ancílla tua defúncta) misericórdiam, ut factórum suórum in poenis non recípiat vicem, qui (quae) tuam in votis ténuit voluntátem : † ut sicut hic eum (eam) vera fides junxit fidélium turmis : * ita illic eum (eam) tua miserátio sóciet angélicis choris. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


℣. Réquiem aetérnam dóna éi, Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat éi.



℣. Requi-éscat in páce. ℟. Amen. ℣. Anima é-jus et áni-



mae ómni-um fidé-li-um de-functórum, per mi-se-ricórdi- am



Dé-i requi-éscant in páce. ℟. Amen.

Deinde a sepultura in ecclesiam vel in sacristiam revertentes, dicant sine cantu Antiphonam Si iniquitátes, *cum Psalmo* De profúndis, *etc.* Réquiem aetérnam dóna éi, *etc., ut supra,* 1135. *Repetita Ant* Si iniquitátes, *Sacerdos dicit sequentes Preces :*

Kýrie eléison. Chríste eléison. Kýrie eléison.

Páter nóster. *secreto.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a málo

℣. A pórta ínferi. ℟. Erue, Dómine, ánimas eórum.

℣. Requiéscant in páce. ℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam. ℟. Et clámor méus ad te véniat

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.

FIdélium, Deus, ómnium cónditor et redémptor, ánimábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur : Qui vivis et regnas in saécula saeculórum. ℟. Amen.

℣. Réquiem aetérnam dóna éis, Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat éis.
℣. Réquiescant in páce. ℟. Amen.


OFFICIUM DEFUNCTORUM

In die depositionis, in die post acceptum mortis nuntium, et tertio, septimo, trigesimo, et anniversario, etiam late sumpto, et quoties solemniter celebratur Officium, duplicantur Antiphonae. In fine vero omnium Psalmorum semper dicitur : Réquiem aetérnam * dóna éis Dómine. Et lux perpétua * lúceat éis; *etiam si pro uno tantum fiat Officium. (Psalmi incipiuntur ut infra notatur, etiam quando non duplicantur Antiphonae).*

AD VESPERAS.


Quoties Vesperae vel delationem cadaveris ad Ecclesiam ac Responsorium Subveníte, *vel Officium diei currentis immediate non sequantur, dicitur secreto* Pater *et* Ave; *secus absolute incipitur ab Antiphona 1.*

1. Ant. 3. b




PLacébo Dómino * in regi- ó-ne vi-vó-rum.

Psalmus 114.



1. Di-léxi, quóni- am exáudi- et Dómi-nus * vócem ora-




ti- *ónis* mé- ae. *Flexa :* mé-am : †


2. Quia inclinávit áurem súam míhi : * et in diébus méis in*vo*cábo.
3. Circumdedérunt me dolóres mórtis : * et perícula inférni in*vené*runt me.
4. Tribulatiónem et dolórem invéni : * et nómen Dómini in*vo*cávi.
5. O Dómine líbera ánimam méam : † misericors Dóminus, et jústus, * et Déus nóster mise*ré*tur.
6. Custódiens párvulos Dóminus : * humiliátus sum, et *li*berávit me.
7. Convértere ánima méa in réquiem túam : * quia Dóminus bene*fé*cit tíbi.
8. Quia erípuit ánimam méam de mórte : † óculos méos a lácrimis, * pédes méos *a* lápsu.
9. Placébo Dómino * in regióne *vi*vórum.
10. Réquiem aetérnam * dóna *é*is Dómine.
11. Et lux perpétua * lúce*at* éis.

Repetitur Antiphona; et idem fit post singulos Psalmos.

2. Ant. 2. D




HEu me! * qui-a inco-lá-tus mé-us pro- longá-




tus est.

Psalmus 119.




1. Ad Dóminum cum tribu-lárer clamá- vi : * et ex*au*dí-




vit me. *Flexa :* pro-longátus est : †

2. Dómine líbera ánimam méam a lábiis iníquis, * et a língua *do*lósa,
3. Quid détur tíbi, aut quid apponátur tíbi, * ad línguam *do*lósam?
4. Sagíttae poténtis acútae, * cum carbónibus deso*la*tóriis.
5. Heu míhi! quia incolátus méus prolongátus est : † habitávi cum habitántibus Cédar : * multum íncola fúit áni*ma* méa.
6. Cum his qui odérunt pácem éram pacíficus : * cum loquébar íllis, impugnábant *me* grátis.
7. Réquiem aetérnam * dóna *é*is Dómine.
8. Et lux perpétua * lúce*at* éis.

3. Ant. 8. G




DOminus * custódit te ab ómni má-lo : custódi- at




ánimam tú-am Dóminus.

Psalmus 120.



1. Levávi ócu-los mé- os in món- tes * unde véni- et auxí-



li- um mí- hi. *vel :* mí- hi.

2. Auxílium méum a Dómino, * qui fécit caé*lum et* térram.

3. Non det in commotiónem pédem túum : * neque dormítet *qui cu*stódit te.

4. Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui cus*tódit* Israel.

5. Dóminus custódit te, Dóminus protéctio túa, * super mánum déx*teram* túam.

6. Per díem sol non úret te : * neque lú*na per* nóctem.


7. Dóminus custódit te ab ómni málo : * custódiat ánimam *túam* Dóminus.

8. Dóminus custódiat intróitum túum et éxitum túum, * ex hoc nunc, et us*que in* saéculum.


9. Réquiem aetérnam * dóna *éis* Dómine.

10. Et lux perpétua * lú*ceat* éis.

4. Ant. 8. G




S I in-iqui-tá-tes * observáve-ris Dómine : Dómi-




ne, quis sustiné-bit?

Psalmus 129.



1. De profúndis clamávi ad te Dómine : * Dómine exáu-



di *vócem* mé- am.

2. Fíant áures túae intendéntes * in vócem deprecati*ónis* méae.

3. Si iniquitátes observáveris Dómine : * Dómine, quis *susti*nébit.

4. Quia apud te propitiátio est : * et propter légem túam sustínu*i te* Dómine.

5. Sustínuit ánima méa in vérbo éjus : * sperávit ánima *méa in* Dómino.

6. A custódia matutína usque ad nóctem, * spéret Isra*el in* Dómino.


7. Quia apud Dóminum misericórdia : * et copiósa apud *éum* redémptio.

8. Et ípse rédimet Israel * ex ómnibus iniquitá*tibus* éjus.


9. Réquiem aetérnam * dóna *éis* Dómine.

10. Et lux perpétua * lú*ceat* éis.

5. Ant. 2. D




O - pe- ra * mánu-um tu-árum, Dómi-ne, ne




despí-ci- as.


Psalmus 137.



1. Confi-tébor tí-bi Dómine in tóto córde mé- o : * quó-



ni- am audísti vérba ó-*ris* mé- i. *Flexa* : vi-vi-ficábis



me : †

2. In conspéctu Angelórum psállam tíbi : * adorábo ad témplum sánctum túum, et confitébor nómi*ni* túo.

3. Super misericórdia túa et veritáte túa : * quóniam magnificásti super ómne, nómen sán*ctum* túum.

4. In quacúmque díe invocávero te, exáudi me : * multiplicábis in ánima méa *vir*tútem.

5. Confiteántur tíbi Dómine ómnes réges térrae : * quia audiérunt ómnia vérba ó*ris* túi :

6. Et cántent in víis Dómini : * quóniam mágna est glóri*a* Dómini.


7. Quóniam excélsus Dóminus, et humília réspicit : * et álta a longe cognóscit.

8. Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me : † et super íram inimicórum meórum extendísti mánum túam, * et sálvum me fécit déxte*ra* túa.


9. Dóminus retríbuet pro me : † Dómine misericórdia túa in saéculum : * ópera mánuum tuárum ne *de*spícias.

10. Réquiem aetérnam * dóna *éis* Dómine.

11. Et lux perpétua * lúce*at* éis.




℣. Audí-vi vócem de caélo di-céntem mí-hi.




℟. Be-á-ti mórtu- i qui in Dómino mo-ri- úntur.

Ad Magnif. Ant. 7. c



O - mne * quod dat míhi Pá- ter, ad me vé-



ni- et : et é-um qui vé-nit ad me, non e-jí-ci- am fo-ras.

Cant. Magníficat. 7. c. 216.


Preces infrascriptae dicuntur flexis genibus, similiter et ad Laudes.

Páter nóster. *secreto.*


℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a málo.


Sequens Psalmus Láuda ánima méa *non dicitur in die obitus seu depositionis defuncti, neque quandocumque Officium recitatur ritu duplici.*



L Auda ánima mé- a Dóminum : † laudábo Dómi-



num in *ví-ta* mé- a : * psállam Dé-o mé-o quámdi- u



fú-ero. *Flexa :* saéculum, †

2. Nolíte confídere *in prin*cípibus : * in fíliis hóminum, in quibus non est sálus.

3. Exíbit spíritus éjus, et revertétur in *térram* súam : * in ílla díe períbunt ómnes cogitatiónes eórum.

4. Beátus cújus Déus Jácob adjútor éjus, † spes éjus in Dómino *Déo ípsius* : * qui fécit caélum et térram, máre, et ómnia quae in éis sunt.

5. Qui custódit veritátem in saéculum, † fácit judícium injúriam *patién*tibus : * dat éscam esuriéntibus.

6. Dóminus sólvit *compe*dítos : * Dóminus illúminat caécos.

7. Dóminus érig*it* elísos, * Dóminus díligit jústos.

8. Dóminus custódit ádvenas, † pupíllum et víd*uam sus*cípiet : * et vías peccatórum dispérdet.

9. Regnábit Dóminus in saécula, Déus *túus* Sion, * in generatiónem et generatiónem.

10. Réquie*m ae*térnam * dóna éis Dómine.

11. Et *lux per*pétua * lúceat éis.

Deinde :

℣. A pórta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimam éjus [ánimas eórum].

℣. Requiéscat in páce [Requiéscant in páce]. ℟. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiónem méam. ℟. Et clámor méus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.

Dicitur Oratio conveniens ex iis quae sequuntur; deinde ℣. Réquiem aetérnam. *cum reliquis, ut infra,* 1151.

In die depositionis Defuncti.

Oratio.

Absólve, quaésumus Dómine, ánimam fámuli tui *N.*, ut defúnctus saéculo tibi vivat : † ut quae per fragilitátem carnis humána conversatióne commísit, * tu vénia misericordíssimae pietátis abstérge. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.

Si fuerit femina, dicitur : ánimam fámulae tuae *N.*, *ut* defúncta.

Vel alia Oratio.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere, te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui *N.* (fámulae tuae *N.*), quam hódie de hoc saéculo migráre jussísti : † ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci ; * ut quia in te sperávit et crédidit, non poenas inférni sustíneat, sed gáudia aetérna possídeat. Per Dóminum.

In die tertio, septimo et trigesimo depositionis Defuncti.

Oratio.

Quaésumus Dómine, ut ánimae fámuli tui *N.* (fámulae tuae *N.*) cujus depositiónis diem tértium (*vel* séptimum, *vel* trigésimum) commemorámus, † Sanctórum atque electórum tuórum largíri dignéris consórtium ; * et rorem misericórdiae tuae perénnem infúndas. Per Dóminum.

In Anniversario.

Oratio.

Deus indulgentiárum Dómine : † da ánimae fámuli tui *N.* (fámulae tuae *N.*, *vel* animábus famulórum famularúmque tuárum), cujus (quorum) anniversárium depositiónis diem commemorámus, * refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Dóminum.

Pro Summo Pontifice defuncto.

Oratio.

Deus, qui inter summos sacerdótes fámulum tuum *N.* ineffábili tua dispositióne connumerári voluísti : † praesta, quaésumus; ut qui unigéniti Fílii tui vices in terris gerébat, * sanctórum tuórum pontificum consórtio perpétuo aggregétur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Pro defuncto Episcopo.

Oratio.

Deus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum *N.* (fámulos tuos *N.* et *N.*) pontificáli fecísti dignitáte vigére : † praesta, quaésumus; * ut eórum quoque perpétuo aggregé(n)tur consórtio. Per Dóminum nostrum.

Pro Episcopo Cardinali defuncto dicatur : fámulum tuum *N.* Epíscopum Cardinálem pontificáli fecísti dignitáte.

Pro Presbytero Cardinali (Episcopo) defuncto : fámulum tuum *N.* Presbýterum Cardinálem pontificáli fecísti.

Pro Presbytero (vel Diacono) Cardinali (Sacerdote) defuncto : fámulum tuum *N.* Presbýterum (Diáconum) Cardinálem sacerdotáli fecísti.

Pro Diacono autem Cardinali, qui in ordine Presbyteratus non fuerit constitutus, dicatur Oratio Inclína Dómine, *quae habetur paulo infra hoc modo :* ut ánimam fámuli tui *N.* Diáconi Cardinális, quam de hoc saéculo, *etc.*

Pro defuncto Sacerdote.

Oratio.

Deus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum *N.* (fámulos tuos *N.* et *N.*) sacerdotáli fecísti dignitáte vigére : † praesta, quaésumus; * ut eórum quoque perpétuo aggregé(n)tur consórtio. Per Dóminum nostrum.

Vel Oratio.

Praesta, quaésumus Dómine : * ut ánima fámuli tui *N.* sacerdótis, quem in hoc saéculo commorántem, sacris munéribus decorásti,* in caeléśti sede gloriósa semper exsúltet. Per Dóminum nostrum.

Pro uno Defuncto.

Oratio.

Inclína Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur : † ut ánimam fámuli tui *N.*, quam de hoc saéculo migráre jussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas, * et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dóminum nostrum.

Pro una Defuncta.

Oratio.

Quaésumus Dómine, pro tua pietáte miserére ánimae fámulae tuae *N.* : † et a contágiis mortalitátis exútam, * in aetérnae salvatiónis partem restítue. Per Dóminum nostrum.

Pro defunctis Fratribus, Propinquis et Benefactoribus.


Oratio.

Deus véniae largítor et humánae salútis amátor : † quaésumus cleméntiam tuam; ut nostrae congregatiónis fratres, propínquos et benefactóres, qui ex hoc saéculo transiérunt, * beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuae beatitúdinis consórtium pervenire concédas. Per Dóminum nostrum.

Post Orationem dicitur (semper plurali numero) :

℣. Réquiem aetérnam dóna éis Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat éis.

Deinde Cantores :



℣. Requi-éscant in pá-ce. ℟. Amen.

AD MATUTINUM.


Quoties Matutinum vel delationem cadaveris ad ecclesiam et Responsorium Subveníte, *vel Matutinum et Laudes diei currentis immediate non sequatur, dicitur secreto* Pater, Ave *et* Credo; *secus absolute incipitur ab Invitatorio, vel ab Antiphona Nocturni.*

Sequens Invitatorium dicitur semper in Officio Defunctorum, quando persolvitur cum tribus Nocturnis, etiam sub ritu semiduplici, aut cum unico quidem Nocturno sed sub ritu duplici. In reliquis vero casibus omittitur.

Nocturni enim inferius positi, praeterquam in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, omnes dici possunt vel etiam unus tantum, ita tamen ut extra diem depositionis in qua semper dicitur primus Nocturnus, Dominica, Feria II. et V. dicatur primus, Feria III. et VI. secundus, et Feria IV. et Sabbato, tertius Nocturnus.

Invitatorium.


6.




R Egem cú- i ómni- a vívunt, * Vení-te ad- orémus.

Chorus repetit : Régem cúi ómnia vívunt, * Veníte adorémus.


Ps.




V Ení-te, exsultémus Dómino, jubi-lémus Dé-o



sa-lu-tá-ri nóstro : prae-occupémus fá-ci-em é-jus in con-



fessi- óne, et in psálmis jubi-lémus é- i. Régem.
Quóni-am Dé- us mágnus Dóminus, et Rex mágnus su-
per ómnes dé-os : quóni-am non repéllet Dóminus plébem
sú- am, qui- a in mánu é-jus sunt ómnes fínes térrae,
et alti-túdines mónti- um ípse cónspi-cit. * Vení-te.
Quóni-am ipsí- us est máre, et ípse fé-cit íllud, et
á-ridam fundavérunt mánus é-jus : vení-te, adorémus,
et pro-cidámus ante Dé-um : plorémus coram Dómino,
qui fé-cit nos : qui-a ípse est Dóminus Dé-us nóster : nos
autem pópulus é-jus, et óves páscu-ae é-jus. Régem.


Hódi- e si vócem é-jus audi- é-ri-tis, no-lí-te obdurá-re
córda véstra, sic-ut in exacerba-ti- óne secúndum dí- em
tenta-ti- ónis in de-sérto : ubi tentavérunt me pátres
véstri, probavé-runt et vidérunt ópe-ra mé-a. * Vení-te.
Quadragínta ánnis próximus fú-i gene-ra-ti- óni hú- ic,
et díxi : Semper hi érrant córde : ípsi vero non co-
gnovérunt ví- as mé-as, quibus jurávi in í-ra mé- a, si
intro- íbunt in réqui- em mé-am. Régem.
Réqui- em aetérnam dóna é- is Dómi-ne : et lux per-
pé-tu-a lúce-at é- is. * Vení-te. Régem.


IN PRIMO NOCTURNO.

Pro Dominica, Feria II. et V.

1. Ant. 7. c




D I- rige, * Dómine Dé- us mé- us, in conspéctu




tú-o ví- am mé- am.

Psalmus 5.



1. Vérba mé- a áuribus pércipe Dómine, * intéllige cla-




mó- rem mé- um. *Flexa :* e-órum, †


2. Inténde vóci oratiónis méae, * rex méus et Déus méus.
3. Quóniam ad té orábo : * Dómine mane exáudies vócem méam.
4. Mane astábo tíbi et vidébo : * quóniam non Déus vólens iniquitátem tú es.
5. Neque habitábit juxta té malígnus : * neque permanébunt injústi ante óculos túos.
6. Odísti ómnes qui operántur iniquitátem : * pérdes ómnes qui loquúntur mendácium.
7. Virum sánguinum et dolósum abominábitur Dóminus : * égo autem in multitúdine misericórdiae túae.
8. Introíbo in dómum túam : * adorábo ad témplum sánctum túum in timóre túo.
9. Dómine, déduc me in justítia túa : * propter inimícos méos dírige in conspéctu túo víam méam.
10. Quóniam non est in óre eórum véritas : * cor eórum vánum est.
11. Sepúlcrum pátens est gúttur eórum, † línguis súis dolóse agébant : * júdica íllos, Déus.
12. Décidant a cogitatiónibus súis, † secúndum multitúdinem impietátum eórum expélle éos : * quóniam irritavérunt te Dómine.
13. Et laeténtur ómnes qui spérant in te : * in aetérnum exsultábunt, et habitábis in éis.

14. Et gloriabúntur in te ómnes qui díligunt nómen túum, * quóniam tu benedíces jústo.
15. Dómine, ut scúto bónae voluntátis túae, * coronásti nos.
16. Réquiem aetérnam * dóna éis Dómine.
17. Et lux perpétua * lúceat éis.

2. Ant. 8. G




C Onvér- te-re Dómine, * et é-ripe ánimam mé-am,




quóni- am non est in mórte qui mémor sit tú- i.

Psalmus 6.




1. Dómine, ne in furó-re tú-o árgu-as me : * neque in




í-ra tú-a cor*rí-pi-* as me. *Flexa :* mé-o, †

2. Miserére méi Dómine, quóniam infírmus sum : * sána me Dómine, quóniam conturbáta sunt *óssa* méa.
3. Et ánima méa túrbata est valde : * sed tu Dó*mine* úsquequo?
4. Convértere Dómine, et éripe ánimam méam : * sálvum me fac propter misericór*diam* túam.
5. Quóniam non est in mórte qui mémor sit túi : * in inférno autem quis confité*bitur* tíbi?
6. Laborávi in gémitu méo, † lavábo per síngulas nóctes léctum méum : * lácrimis méis strátum mé*um ri*gábo.
7. Turbátus est a furóre óculus méus : * inveterávi inter ómnes ini*micos* méos.
8. Discédite a me ómnes qui operámini iniquitátem : * quóniam exaudívit Dóminus vócem *flétus* méi.
9. Exaudívit Dóminus deprecatiónem méam : * Dóminus oratiónem m*éam sus*cépit.
10. Erubéscant et conturbéntur veheménter ómnes inimíci méi : * convertántur et erubéscant val*de ve*lóciter.
11. Réquiem aetérnam : * dóna *éis* Dómine.
12. Et lux perpétua * lú*ceat* éis.

3. Ant. 8. G




Nequándo * rápi-at ut lé-o ánimam mé-am, dum




non est qui rédimat, neque qui sálvum fá-ci-at.


Psalmus 7.



1. Dómine Dé-us mé-us, in te spe-rá- vi : * sálvum me fac




ex ómnibus persequéntibus me, et *lí-be*ra me.



Flexa : mé-am, †

2. Nequándo rápiat ut léo ánimam méam, * dum non est qui rédimat, neque qui *sálvum* fáciat.
3. Dómine Déus méus, si féci ístud, * si est iníquitas in *mánibus* méis :
4. Si réddidi retribuéntibus míhi mála, * décidam mérito ab inimícis *méis inánis*.
5. Persequátur inimícus ánimam méam, † et comprehéndat, et concúlcet in térra vítam méam : * et glóriam méam in púlve*rem de*dúcat.
6. Exsúrge Dómine in íra túa : * et exaltáre in fínibus inimicó*rum meó*rum.
7. Et exsúrge Dómine Déus méus in praecépto quod mandásti : * et synagóga populórum cir*cúmda*bit te.
8. Et propter hanc in áltum regrédere : * Dóminus *júdicat* pópulos.
9. Júdica me Dómine secúndum justítiam méam, * et secúndum innocéntiam *méam* super me.
10. Consumétur nequítia peccatórum, et díriges jústum, * scrútans córda et *rénes* Déus.
11. Jústum adjutórium méum a Dómino, * qui sálvos fácit *réctos* córde.
12. Déus júdex jústus, fórtis et pátiens : * numquid irásci*tur per sín*gulos díes?
13. Nisi convérsi fuéritis, gládium súum vibrábit : árcum súum tetén-dit, et pa*rávit* íllum.

14. Et in éo parávit vása mórtis : * sagíttas súas ardénti*bus ef*fécit.
15. Ecce partúriit injustítiam : * concépit dolórem, et péperit in*iqui*tátem.
16. Lácum apéruit, et effódit éum : * et íncidit in fóve*am quam* fécit.
17. Convertétur dólor éjus in cáput éjus : * et in vérticem ipsíus iníquitas *éjus de*scéndet.
18. Confitébor Dómino secúndum justítiam éjus : * et psállam nómini Dómi*ni al*tíssimi.
19. Réquiem aetérnam * dóna *éis* Dómine.
20. Et lux perpétua : * lú*ceat* éis.



℣. A pórta ínfe-ri. ℟. Eru-e Dómine ánimas e-ó-rum.

Pater noster. *totum secreto.*


Lectiones leguntur sine Absolutione, Benedictione et Titulo.

Lectio I. *Job. 7. d.*


Parce mihi Dómine : nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo, et súbito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimíttis me, ut glútiam salívam meam? Peccávi, quid fáciam tibi o custos hóminum? Quare posuísti me contrárium tibi, et factus sum mihimetipsi gravis? Cur non tollis peccátum meum, et quare non aufers iniquitátem meam? Ecce nunc in púlvere dórmiam : et si mane me quaesíeris, non subsístam.

Lectiones terminantur sine Tu autem, *vel alia conclusione.*


Resp. 8.




Crédo * quod Redémptor mé- us ví- vit,



et in novís-simo dí- e de térra surrectú-



rus sum : * Et in cárne mé- a vidé- bo Dé-



um Salva-tó- rem mé- um. ℣. Quem vi-

súrus sum : égo ípse, et non á- li- us, et ócu-li mé- i con- spectú-ri sunt. * Et in cárne.

Lectio II. *Job. 10.*

Taedet ánimam meam vitae meae, dimíttam advérsum me elóquium meum, loquar in amaritúdine ánimae meae. Dicam Deo : Noli me condemnáre : índica mihi cur me ita júdices. Numquid bonum tibi vidétur, si calumniéris me et ópprimas me, opus mánuum tuárum, et consílium impiórum ádjuves? Numquid óculi cárnei tibi sunt : aut sicut videt homo, et tu vidébis? Numquid sicut dies hóminis dies tui, et anni tui sicut humána sunt témpora, ut quaeras iniquitátem meam, et peccátum meum scrutéris? Et scias quia nihil ímpium fécerim, cum sit nemo qui de manu tua possit erúere.

Resp. 4.

QUI Lá- zarum * re-susci- tá-sti a monumén- to foéti- dum : * Tu é- is, Dó- mi- ne, dóna ré- qui- em et ló-cum indul- génti- ae. ℣. Qui ventúrus es judi-cá-re ví-vos et mórtu- os, et saécu- lum per í- gnem. * Tu é- is.

Lectio III. *Job. 10. b.*

Manus tuae fecérunt me, et plasmavérunt me totum in circúitu : et sic repénte praecípitas me? Meménto, quaeso, quod sicut lutum féceris me, et in púlverem redúces me. Nonne sicut lac mulsísti me, et sicut cáseum me coagulásti? Pelle et cárnibus vestísti me : óssibus et nervis compegísti me. Vitam et misericórdiam tribuísti mihi, et visitátio tua custodívit spíritum méum.

Resp. 8.

DOmi- ne, * quando véne- ris ju- di-cá- re tér-ram, ubi me abscón- dam a vúl-tu í-rae tú- ae? * Qui- a pec- cávi ni- mis in ví- ta mé- a. ℣. Commíssa mé- a pavésco, et ante te erubé- sco : dum véne-ris judi-cá-re nó-li me condemná- re. * Qui- a. ℣. Réqui- em aetérnam dóna é- is Dómi- ne : et lux perpé-tu- a lú- ce- at é- is. * Qui- a.

Quando tamen in die depositionis defuncti Laudes non dicuntur, post III. Responsorium dicuntur Pater noster *et* Preces, *ut supra ad Vesperas,* 1148.


IN SECUNDO NOCTURNO.

Pro Feria III. et VI.


1. Ant. 8. G

IN lóco páscu- ae * i-bi me collocá-vit.

Psalmus 22.




1. Dóminus régit me, et ni-hil mí-hi dé-e-rit : * in lóco pá-



scu-ae i-bi me *collo*cá- vit.

2. Super áquam refectiónis educávit me : * ánimam mé*am con*vértit.
3. Dedúxit me super sémitas justítiae, * propter *nómen* súum.
4. Nam et si ambulávero in médio úmbrae mórtis non timébo mála : * quóni*am tu* mécum es.
5. Vírga túa et báculus túus : * ípsa me *conso*láta sunt.
6. Parásti in conspéctu méo ménsam, * advérsus éos qui *tribu*lant me.
7. Impinguásti in óleo cáput méum : * et cálix méus inébrians *quam prae*clárus est!
8. Et misericórdia túa subsequétur me * ómnibus diébus *vítae* méae :
9. Et ut inhábitem in dómo Dómini, * in longitúdi*nem dié*rum.
10. Réquiem aetérnam * dóna *éis* Dómine.
11. Et lux perpétua * lú*ceat* éis.

2. Ant. 8. G




D E-lícta * juventú-tis mé-ae et ignoránti- as




mé-as ne memí-ne-ris Dómine.

Psalmus 24.



1. Ad te Dómine levá-vi ánimam mé- am : * Dé-us mé-us




in te confído, non *eru*bés- cam.

2. Neque irrídeant me inimíci méi : * étenim univérsi qui sústinent te non *confun*déntur.
3. Confundántur ómnes iníqua agéntes * *super*vácue.
4. Vías túas Dómine demónstra míhi : * et sémitas túas *édo*ce me.


5. Dírige me in veritáte túa, et dóce me : * quia tu es Déus salvátor méus, et te sustínui *tóta* díe.
6. Reminíscere miseratiónum tuárum Dómine, * et misericordiárum tuárum, quae a *saécu*lo sunt.
7. Delícta juventútis méae, * et ignorántias méas *ne mem*íneris.
8. Secúndum misericórdiam túam meménto méi tu : * propter bonitátem *túam* Dómine.
9. Dúlcis et réctus Dóminus : * propter hoc légem dábit delinquén*tibus in* vía.
10. Díriget mansuétos in judício : * docébit mítes *vías* súas.
11. Univérsae víae Dómini misericórdia et véritas, * requiréntibus testaméntum éjus et testimó*nia* éjus.
12. Propter nómen túum Dómine propitiáberis peccáto méo : * múl*tum est* énim.
13. Quis est hómo qui tímet Dóminum? * légem státuit éi in vía *quam* elégit.
14. Anima éjus in bónis demorábitur : * et sémen éjus heredi*tábit* térram.
15. Firmaméntum est Dóminus timéntibus éum : * et testaméntum ipsíus ut manifes*tétur* íllis.
16. Oculi méi semper ad Dóminum : * quóniam ípse evéllet de láqueo *pédes* méos.
17. Réspice in me, et miserére méi : * quia únicus et páu*per sum* égo.
18. Tribulatiónes córdis mei multiplicátae sunt : * de necessitátibus méis *érue* me.
19. Víde humilitátem méam et labórem méum : * et dimítte univérsa de*lícta* méa.
20. Réspice inimícos méos quóniam multiplicáti sunt, * et ódio iní*quo o*dérunt me.
21. Custódi ánimam méam, et érue me : * non erubéscam, quóniam spe*rávi* in te.
22. Innocéntes et récti adhaesérunt míhi : * quia sus*tínu*i te.
23. Líbera Déus Israel * ex ómnibus tribulatió*nibus* súis.
24. Réquiem aetérnam * dóna *éis* Dómine.
25. Et lux perpétua * lú*ceat* éis.

3. Ant. 4. E




C Rédo vidé-re * bóna Dómini in térra vivénti-um.

Psalmus 26.




1. Dóminus illuminá-*ti-o* mé- a, * et sá-lus mé-*a : quem*




ti- mé-bo? *Flexa :* tribu-lánti-um me : †

2. Dóminus protéctor *vítae* méae * a *quo trepi*dábo?
3. Dum apprópiant super *me nocéntes*, * ut *édant cárnes* méas :
4. Qui tríbulant me ini*míci* méi : * ípsi infirmáti sunt *et ceci*dérunt.
5. Si consístant advér*sum me* cástra, * non ti*mébit cor* méum.
6. Si exsúrgat advér*sum me* proélium, * in hoc *égo spe*rábo.
7. Unam pétii a Dómino, *hanc re*quíram, * ut inhábitem in dómo Dómini ómnibus dié*bus vítae* méae :
8. Ut vídeam volu*ptátem* Dómini, * et vísi*tem témplum* éjus.
9. Quóniam abscóndit me in taberná*culo* súo : * in díe malórum protéxit me in abscóndito taber*náculi* súi.
10. In pétra *exal*távit me : * et nunc exaltávit cáput méum super in*imícos* méos.
11. Circuívi et immolávi in tabernáculo éjus hóstiam vocifer*atió*nis : * cantábo, et psál*mum dícam* Dómino.
12. Exáudi Dómine vócem méam qua cla*mávi* ad te : * miserére *méi, et* exáudi me.
13. Tíbi díxit cor méum, exquisívit te *fácies* méa : * fáciem túam Dómi*ne re*quíram.
14. Ne avértas fáciem *túam* a me : * ne declínes in íra *a sérvo* túo.
15. Adjútor *méus* ésto : * ne derelínquas me, neque despícias me, Déus sa*lutáris* méus.
16. Quóniam páter méus et máter méa de*reli*quérunt me : * Dóminus *autem as*súmpsit me.
17. Légem póne míhi Dómine in *vía* túa : * et dírige me in sémitam réctam propter in*imícos* méos.
18. Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me : † quóniam insurrexérunt in me téstes iníqui, * et mentíta est in*íquitas* síbi.
19. Crédo vidére *bóna* Dómini : * in *térra vi*véntium.
20. Exspécta Dóminum, viri*líter* áge : * et confortétur cor túum, et *sústine* Dóminum.
21. Réquiem *aetérnam* * dó*na éis* Dómine.
22. Et *lux per*pétua * *lúceat* éis.



℣. Cóllocet é-os Dóminus cum princí-pibus.




℟. Cum princí-pibus pópu-li sú- i.

Pater noster. *totum secreto.*


Lectio IV. *Job. 13. d.*

Respónde mihi : quantas hábeo iniquitátes et peccáta, scélera mea et delícta osténde mihi. Cur fáciem tuam abscóndis, et arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium, quod vénto rápitur, osténdis poténtiam tuam, et stípulam siccam perséqueris. Scribis enim contra me amaritúdines, et consúmere me vis peccátis adolescéntiae meae. Posuísti in nervo pedem meum, et observásti omnes sémitas meas, et vestígia pedum meórum considerásti : qui quasi putrédo consuméndus sum, et quasi vestiméntum, quod coméditur a tínea.


Resp. 2.




Eménto mé- i * Dé- us, qui-a véntus est



ví-ta mé- a : * Nec aspí- ci- at me ví-sus hó-



mi- nis. ℣. De profún-dis clamá-vi ad te, Dómi- ne :




Dómine, exáudi vó-cem mé- am. * Nec.


Lectio V. *Job. 14.*

Homo, natus de muliére, brevi vivens témpore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur et contéritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre óculos tuos, et addúcere eum tecum in judícium? Quis potest fácere mundum de immúndo concéptum sémine? Nonne tu, qui solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus ménsium ejus apud te est : constítuisti términos ejus, qui praeteríri non póterunt. Recéde páululum ab eo, ut quiéscat, donec optáta véniat, sicut mercenárii, dies ejus.

Resp. 2.



E- i mí-hi! * Dómine, qui- a peccá- vi ni-



mis in ví- ta mé- a : quid fá-ci-am mí- ser? u- bi

fú- gi- am, ni-si ad te Dé-us mé- us? * Mi-se-ré- re mé- i, dum véne- ris in novíssi-mo dí- e. ℣. A-nima mé-a turbá-ta est val- de, sed tu Dómine, suc- cúrre é- i. * Mi-se-ré- re.

Lectio VI. *Job. 14. c.*

Quis mihi hoc tríbuat, ut in inférno prótegas me, et abscóndas me, donec pertránseat furor tuus, et constítuas mihi tempus in quo recordéris mei? Putásne mórtuus homo rursum vivat? Cunctis diébus quibus nunc mílito, exspécto donec véniat immutátio mea. Vocábis me, et ego respondébo tibi : óperi mánuum tuárum pórriges déxteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti, sed parce peccátis meis.

Resp. 6. Ne recordé- ris * peccá-ta mé- a, Dó- mi-ne, * Dum véne-ris judi-cá-re saé-cu-lum per í- gnem. ℣. Dí- ri-ge, Dó-mine Dé- us mé- us, in conspéctu tú- o ví- am mé-

am. * Dum. ℣. Réqui- em aetér-nam dóna é- is Dómi- ne : et lux perpé-tu-a lú- ce- at é- is. * Dum véne-ris.

Postea ad Laudes, ut infra, 1172, quando dicitur unum tantum Nocturnum.

IN TERTIO NOCTURNO.

Pro Feria IV. et Sabbato.

1. Ant. 2. D
Complá-ce-at * tí-bi Dómine ut e-rí-pi- as me : ad adju-vándum me réspi-ce.

Psalmus 39.


1. Exspéctans exspectávi Dóminum, * et inténdit mí- hi.

Flexa : númerus : †


2. Et exaudívit préces méas : * et edúxit me de lácu misériae et de lúto faécis.
3. Et státuit super pétram pédes méos : * et diréxit gréssus méos.
4. Et immísit in os méum cánticum nóvum, * cármen Déo nóstro.
5. Vidébunt múlti, et timébunt : * et sperábunt in Dómino.
6. Beátus vir cújus est nómen Dómini spes éjus : * et non respéxit in vanitátes et insánias fálsas.
7. Múlta fecísti tu Dómine Déus méus mirabília túa : * et cogitatiónibus túis non est qui símilis sit tíbi.

8. Annuntiávi et locútus sum : * multiplicáti sunt su*per* númerum.
9. Sacrifícium et oblatiónem noluísti : * áures autem perfecís*ti* míhi.
10. Holocáustum et pro peccáto non postulásti : * tunc díxi : Ecce vénio.
11. In cápite líbri scríptum est de me ut fácerem voluntátem túam : * Déus méus vólui, et légem túam in médio cór*dis* méi.
12. Annuntiávi justítiam túam in ecclésia mágna : * ecce lábia méa non prohibébo, Dómine *tu* scísti.
13. Justítiam túam non abscóndi in córde méo : * veritátem túam et salutáre tú*um* díxi.
14. Non abscóndi misericórdiam túam et veritátem túam * a concílio múlto.
15. Tu autem Dómine ne longe fácias miseratiónes túas a me : * misericórdia túa et véritas túa, semper sus*ce*pérunt me.
16. Quóniam circumdedérunt me mála, quórum non est númerus : † comprehendérunt me iniquitátes méae, * et non pótui ut *vi*dérem.
17. Multiplicátae sunt super capíllos cápitis méi : * et cor méum de*re*líquit me.
18. Compláceat tíbi Dómine ut éruas me : * Dómine ad adjuvándum *me* réspice.
19. Confundántur et revereántur simul qui quaérunt ánimam méam, * ut áufe*rant* éam.
20. Convertántur retrórsum et revereántur, * qui vólunt mí*hi* mála.
21. Férant conféstim confusiónem súam, * qui dícunt míhi : Eu*ge*, éuge.
22. Exsúltent et laeténtur super te ómnes quaeréntes te : * et dícant semper : Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutá*re* túum.
23. Ego autem mendícus sum et páuper : * Dóminus sollícitus *est* méi.
24. *Adjútor méus et protéctor méus tú es : * Déus méus ne tar*dáveris.
25. *Réquiem ae*térnam * *dóna é*is* Dómine.
26. *Et lux per*pétua * *lúce*at* éis.*

2. Ant.
2. D




S Ana Dómine * ánimam mé- am, qui- a peccá-




vi tí- bi.

Psalmus 40.




1. Be-á-tus qui intélli-git super egénum et páupe-rem : * in




dí- e má-la libe-rábit é-*um* Dóminus. *Flexa :* é- um, †

2. Dóminus consérvet éum et vivíficet éum, † et beátum fáciat éum in térra : * et non trádat éum in ánimam inimicó*rum* éjus.
3. Dóminus ópem férat ílli super léctum doló*ris* éjus : * univérsum strátum ejus versásti in infirmitá*te* éjus.
4. Ego díxi : Dómine miserére méi : * sána ánimam méam, quia peccá*vi* tíbi.
5. Inimíci méi dixérunt mála míhi : * quando moriétur, et períbit no*men* éjus?
6. Et si ingrediebátur ut vidéret, vána loquebátur : * cor éjus congregávit iniquitá*tem* síbi.
7. Egrediebátur fóras, * et loquebátur in *id*ípsum.
8. Advérsum me susurrábant ómnes inimíci méi : * advérsum me cogitábant má*la* míhi.
9. Vérbum iníquum constituérunt advérsum me : * Numquid qui dórmit non adjíciet ut *re*súrgat?
10. Etenim hómo pácis méae, in quo sperávi : * qui edébat pánes méos, magnificávit super me supplanta*tió*nem.
11. Tu autem Dómine miserére méi et resúscita me : * et retríbu*am* éis.
12. In hoc cognóvi quóniam voluísti me : * quóniam non gaudébit inimícus mé*us* super me.
13. Me autem propter innocéntiam suscepísti : * et confirmásti me in conspéctu túo in *ae*térnum.
14. Benedíctus Dóminus Déus Israel a saéculo et usque in saéculum : * fi*at*, fíat.
15. Réquiem aetérnam * dóna é*is* Dómine.
16. Et lux perpétua : lúce*at* éis.

3. Ant.
2. D




S I-tí-vit * ánima mé- a ad Dé- um ví- vum : quan-




do véni- am, et appa-ré- bo ante fá-ci- em Dómi-ni?

Psalmus 41.



1. Quemádmodum de-síde-rat cérvus ad fóntes aquá- rum : *



2. Sitívit ánima méa ad Déum fórtem vívum : * quando véniam, et apparébo ante fáciem Déi?

3. Fuérunt míhi lácrimae méae pánes díe ac nócte : * dum dícitur míhi quotídie : Ubi est Déus túus?

4. Haec recordátus sum, et effúdi in me ánimam méam : * quóniam transíbo in lócum tabernáculi admirábilis, usque ad dómum Déi.

5. In vóce exsultatiónis et confessiónis : * sónus epulántis.

6. Quare trístis es ánima méa? * et quare contúrbas me?

7. Spéra in Déo, quóniam adhuc confitébor ílli : * salutáre vultus méi, et Déus méus.

8. Ad meípsum ánima méa conturbáta est : * proptérea mémor éro túi de térra Jordánis et Hermóniim a mónte módico.

9. Abýssus abýssum ínvocat, * in vóce cataractárum tuárum.

10. Omnia excélsa túa et flúctus túi * super me transiérunt.

11. In díe mandávit Dóminus misericórdiam súam : * et nócte cánticum éjus.

12. Apud me orátio Déo vítae méae : * dícam Déo : Suscéptor méus es.

13. Quare oblítus es méi? * et quare contristátus incédo, dum affligit me inimícus?


14. Dum confringúntur óssa méa, * exprobravérunt míhi qui tríbulant me inimíci méi.

15. Dum dícunt míhi per síngulos díes : Ubi est Déus túus? * quare trístis es ánima méa, et quare contúrbas me?

16. Spéra in Déo, quóniam adhuc confitébor ílli : * salutáre vúltus méi, et Déus méus.

17. Réquiem aetérnam * dóna éis Dómine.


18. Et lux perpétua * lúceat éis.



Pater noster. *totum secreto.*


Lectio VII. *Job. 17.*

Spíritus meus attenuábitur, dies mei breviabúntur, et solum mihi súperest sepúlcrum. Non peccávi, et in amaritudínibus morátur óculus meus. Líbera me Dómine, et pone me juxta te, et cujúsvis manus pugnet contra me. Dies mei transiérunt, cogitatiónes meae dissipátae sunt, torquéntes cor meum. Noctem vertérunt in diem, et rursum post ténebras spero lucem. Si sustinúero, inférnus domus mea est, et in ténebris stravi léctulum meum. Putrédini dixi : Pater meus es, mater mea, et soror mea, vérmibus. Ubi est ergo nunc praestolátio mea, et patiéntiam meam quis consíderat?



Lectio VIII. *Job. 19. c.*


Pelli meae, consúmptis cárnibus, adhaésit os meum, et derelícta sunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miserémini mei, miserémini mei, saltem vos amíci mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare persequímini me sicut Deus, et cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat ut scribántur sermónes mei? quis mihi det ut exaréntur in libro stylo férreo, et plumbi lámina, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quod redémptor meus vivit, et in novíssimo die de terra surrectúrus sum : et rursum circúmdabor pelle mea, et in carne mea vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, et óculi mei conspectúri sunt, et non álius : repósita est haec spes mea in sinu meo.




Lectio IX. *Job. 10. d.*


Quare de vulva eduxísti me? qui útinam consúmptus essem, ne óculus me vidéret! Fuíssem quasi non essem, de útero translátus ad túmulum. Numquid non páucitas diérum meórum finiétur brevi? Dimítte ergo me, ut plangam páululum dolórem meum : ántequam vadam, et non revértar, ad terram tenebrósam et opértam mortis calígine, terram misériae et tenebrárum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempitérnus horror inhábitat.


Sequens Responsorium tunc ponitur, quando dictus fuerit tertius Nocturnus tantum pro Defunctis.





Sequens Responsorium ponitur loco praecedentis, quando tres Nocturni dicti fuerint pro Defunctis.







Repetitur Líbera me Dómine, *usque ad* ℣. Trémens.

AD LAUDES

Absolute incipitur



Psalmus 50.



2. Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * déle iniqui*tátem* méam.

3. Amplius láva me ab iniquitáte méa : * et a peccáto *méo* múnda me.

4. Quóniam iniquitátem méam égo cognósco : * et peccátum méum contra *me est* semper.

5. Tíbi sóli peccávi, et málum coram te féci : * ut justificéris in sermónibus túis, et víncas cum *judi*cáris.

6. Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : * et in peccátis concépit me *máter* méa.

7. Ecce enim veritátem dilexísti : * incérta et occúlta sapiéntiae túae manife*stásti* míhi.

8. Aspérges me hyssópo, et mundábor : * lavábis me, et super nívem *deal*bábor.

9. Audítui méo dábis gáudium et laetítiam : * et exsultábunt óssa hu*mili*áta.

10. Avérte fáciem túam a peccátis méis : * et ómnes iniquitátes *méas* déle.

11. Cor múndum créa in me Déus : * et spíritum réctum ínnova in viscé*ribus* méis.

12. Ne projícias me a fácie túa : * et spíritum sánctum túum ne áu*feras* á me.

13. Rédde míhi laetítiam salutáris túi : * et spíritu principá*li con*fírma me.

14. Docébo iníquos vías túas : * et ímpii ad te *conver*téntur.

15. Líbera me de sanguínibus Déus, Déus salútis méae : * et exsultábit língua méa justí*tiam* túam.

16. Dómine lábia méa apéries : * et os méum annuntiábit *láudem* túam.


17. Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique : * holocáustis non *delec*táberis.

18. Sacrifícium Déo spíritus contribulátus : * cor contrítum et humiliátum Déus *non des*pícies.


19. Benígne fac Dómine in bóna voluntáte túa Síon : * ut aedificéntur *múri Je*rúsalem.

20. Tunc acceptábis sacrifícium justítiae, oblatiónes et holocáusta : * tunc impónent super altáre *túum* vítulos.
21. Réquiem aetérnam * dóna *éis* Dómine.
22. Et lúx perpétua * lúc*eat* éis.

2. Ant.
8. G




E Xáudi Dómine * o-ra-ti- ónem mé- am : ad te




ómnis cá- ro véni- et.

Psalmus 64.



1. Te dé-cet hýmnus Dé-us in Sí- on : * et tí-bi reddé-tur




vó-tum *in Je*rúsa-lem. *Flexa :* á- quis, †

2. Exáudi oratiónem méam : * ad te ómnis *cáro* véniet.
3. Vérba iniquórum praevaluérunt super nos : * et impietátibus nóstris tu pro*pitiá*beris.
4. Beátus quem elegísti et assumpsísti : * inhabitábit in *átriis* túis.
5. Replébimur in bónis dómus túae : * sánctum est témplum túum, mirábile in *aequitá*te.
6. Exáudi nos Déus salutáris nóster, * spes ómnium fínium térrae, et in *mári* lónge.
7. Praéparans móntes in virtúte túa, accínctus poténtia : * qui contúrbas profúndum máris, sónum flúc*tuum* éjus.
8. Turbabúntur géntes, et timébunt qui hábitant términos a sígnis túis : * éxitus matutíni et véspere *delec*tábis.
9. Visitásti térram et inebriásti éam : * multiplicásti locuple*táre* éam.
10. Flúmen Déi replétum est áquis, † parásti cíbum illórum ; * quóniam ita est praepará*tio* éjus.
11. Rívos éjus inébria, multíplica genímina éjus : * in stillicídiis éjus laetá*bitur* gérminans.
12. Benedíces corónae ánni benignitátis túae : * et cámpi túi replebúntur *ubertá*te.
13. Pinguéscent speciósa desérti : * et exsultatióne cólles *accin*géntur.


14. Indúti sunt aríetes óvium, † et válles abundábunt fruménto : * clamábunt, étenim *hýmnum* dícent.
15. Réquiem aetérnam * dóna *éis* Dómine.
16. Et lux perpétua * lúc*eat* éis.

3. Ant.
7. c




M E euscé- pit * déxte-ra tú-a, Dómine.

Psalmus 62.




1. Dé- us, Dé- us mé- us * ad te de lú- ce ví-gi-lo.



Flexa : inaquósa : †


2. Sitívit in te ánima méa, * quam multiplíciter tíbi cáro méa.
3. In térra desérta, et ínvia, et inaquósa : † sic in sáncto appárui tíbi, * ut vidérem virtútem túam, et glóriam túam.
4. Quóniam mélior est misericórdia túa súper vítas : * lábia méa laudábunt te.
5. Sic benedícam te in víta méa : * et in nómine túo levábo mánus méas.
6. Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima méa : * et lábiis exsultatiónis laudábit os méum.
7. Si mémor fúi túi super strátum méum, † in matutínis meditábor in te : * quia fuísti adjútor méus.
8. Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhaésit ánima méa post te : * me suscépit déxtera túa.
9. Ipsi vero in vánum quaesiérunt ánimam méam, † introíbunt in inferióra térrae : * tradéntur in mánus gládii, pártes vúlpium érunt.
10. Rex vero laetábitur in Déo, † laudabúntur ómnes qui júrant in éo : * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.
11. Réquiem aetérnam * dóna éis Dómine.
12. Et lúx perpétua * lúceat éis.

4. Ant.
2. D




A pórta ínfe-ri * éru- e Dómine ánimam mé- am.

Canticum Ezechiae.




1. Ego dí-xi : In dimí-dí- o di- é-rum me-ó- rum * vádam ad



pórtas ínfé-ri. *Flexa :* fí-ni- es me : †


2. Quaesívi resíduum annórum meórum : * díxi : Non vidébo Dóminum Déum in térra *vi*véntium.
3. Non aspíciam hóminem ultra, * et habitatórem *qui*étis.
4. Generátio méa, abláta est, et convolúta est a me, * quasi tabernáculum *pa*stórum.
5. Praecísa est velut a texénte víta méa : † dum adhuc ordírer succídit me : * de mane usque ad vésperam *fí*nies me.
6. Sperábam usque ad mane : * quasi léo sic contrívit ómnia *ós*sa méa.
7. De mane usque ad vésperam fínies me : † sicut púllus hirúndinis sic clamábo, * meditábor ut *co*lúmba.
8. Attenuáti sunt óculi méi, * suspiciéntes in *ex*célsum.
9. Dómine vim pátior, respónde pro me. * Quid dícam, aut quid respondébit míhi, cum *ip*se fécerit?
10. Recogitábo tíbi ómnes ánnos méos, * in amaritúdine áni*mae* méae.
11. Dómine si sic vívitur et in tálibus víta spíritus méi, † corrípies me et vivificábis me. * Ecce in páce amaritúdo méa a*ma*ríssima.
12. Tu autem eruísti ánimam méam ut non períret : * projecísti post térgum túum ómnia pec*cá*ta méa.
13. Quia non inférnus confitébitur tíbi, † neque mors laudábit te : * non exspectábunt qui descéndunt in lácum veritá*tem* túam.
14. Vívens vívens ípse confitébitur tíbi, sicut et égo hódie : * páter fíliis nótam fáciet veritá*tem* túam.
15. Dómine sálvum mé fac : * et psálmos nóstros cantábimus cúnctis diébus vítae nóstrae in dó*mo* Dómini.
16. Réquiem aetérnam * dóna é*is* Dómine.
17. Et lux perpétua * lúce*at* éis.

5. Ant. 7. a




O -mnis spí-ri-tus * láudet Dóminum.


Psalmus 150.



1. Laudá-te Dóminum in **sán-** ctis **é-** jus : * laudá-te é- um




in firmaménto virtú- tis é- jus. *Flexa :* bene-sonánti-




bus : †

2. Laudáte éum in virtútibus éjus : * laudáte éum secúndum multitúdinem magnitúdinis éjus.
3. Laudáte éum in sóno túbae : * laudáte éum in psaltério et cíthara.
4. Laudáte éum in týmpano et chóro : * laudáte éum in chórdis et órgano.
5. Laudáte éum in cýmbalis benesonántibus : † laudáte éum in cýmbalis jubilatiónis : * ómnis spíritus láudet Dóminum.
6. Réquiem aetérnam * dóna éis Dómine.
7. Et lux perpétua * lúceat éis.




℣. Audí-vi vócem de caélo di-céntem mí-hi.




℟. Be-á-ti mórtu-i qui in Dómino mo-ri- úntur.


Ad Bened. Ant. 2. D



E -go sum re-surrécti- o et ví-ta : qui crédit in




me, ét-i- am si mórtu-us fú-e-rit, vívet : et ómnis qui




ví-vit et crédit in me, non mo-ri-é-tur in aetérnum.

Canticum Zachariae.



1. Benedíctus Dóminus Dé- us Isra-el : * qui-a vi-si-távit, et



fé-cit redempti- ónem plé*bis* sú- ae.

2. Et eréxit córnu salútis nóbis : * in dómo Dávid púe*ri* súi.

3. Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a saéculo sunt, propheta*rum* éjus :

4. Salútem ex inimícis nóstris, * et de mánu ómnium qui *o*dérunt nos :

5. Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nóstris : * et memorári testaménti súi sáncti.

6. Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham pátrem nóstrum, * datúrum *se* nóbis.

7. Ut sine timóre de mánu inimicórum nostrórum liberáti, * servia*mus* ílli :

8. In sanctitáte et justítia coram ípso, * ómnibus dié*bus* nóstris.

9. Et tu púer prophéta Altíssimi vocáberis : * praeíbis enim ante fáciem Dómini paráre ví*as* éjus.

10. Ad dándam sciéntiam salútis plébi éjus : * in remissiónem peccatórum *e*órum :

11. Per víscera misericórdiae Déi nóstri : * in quibus visitávit nos, óriens *ex* álto.

12. Illumináre his qui in ténebris et in úmbra mórtis sédent : * ad dirigéndos pédes nóstros in ví*am* pácis.

*13. Réquiem aetérnam, * dóna éis Dómine.*

*14. Et lux perpétua * lúce*at *éis.*

Deinde flexis genibus : Páter nóster. *secreto, usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.


℟. Sed líbera nos a málo.

Psalmus 129.

Qui non dicitur in die obitus seu depositionis Defuncti, nec quandocumque Officium recitatur sub ritu Duplici.



DE pro-fúndis clamávi *ad te* Dómine : * Dómine



exáudi vócem mé- am.

2. Fíant áures túae *inténdén*tes * in vócem deprecatiónis méae.

3. Si iniquitátes observá*veris* Dómine : * Dómine, quis sustinébit?

4. Quia apud te propitiá*tio* est : * et propter légem túam sustínui te Dómine.

5. Sustínuit ánima méa in *vérbo* éjus : * sperávit ánima méa in Dómino.

6. A custódia matutína us*que ad* nóctem, * spéret Israel in Dómino.

7. Quia apud Dóminum mise*ricór*dia : * et copiósa apud éum redémptio.

8. Et ípse ré*dimet* Israel * ex ómnibus iniquitátibus éjus.

9. Réqui*em ae*térnam * dóna éis Dómine.

10. Et *lux per*pétua * lúceat éis.

Deinde dicuntur Preces et Orationes Officio congruentes, ut supra in Vesperis, 1148.

In Exsequiis vero Defuncti, praesente corpore, dicuntur in fine Laudum Preces et Oratio, ut supra, 1138.

MISSAE PRO DEFUNCTIS.

I. — IN COMMEMOR. OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM.

¶ *Hac die quivis Sacerdos tres Missas celebrare potest. Prima ut infra, sola cantari potest. Secunda, ut in Anniversario Defunctorum,* 1189, *sed in Oratione omittuntur verba :* quorum anniversárium... commemorámus. *Tertia, ut in Missis quotidianis,* 1190, *cum unica Oratione* Deus véniae largítor *sed loco verborum :* nostrae congregatiónis... benefactóres *dicitur* ánimas famulórum famularúmque tuárum, quae... *et Sequentia.*

Omnia ut in Missa sequenti, 1180, *praeter sequentia :*

Oratio.

FIdélium Deus ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur : Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitáte Spíritus sancti, Deus.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *1. Cor. 15. g.*

FRatres : Ecce mystérium vobis dico : Omnes quidem resurgémus, sed non omnes immutábimur. In moménto, in ictu óculi, in novíssima tuba : canet enim tuba, et mórtui resúrgent incorrúpti : et nos immutábimur. Opórtet enim corruptíbile hoc indúere incorruptiónem ; et mortále hoc indúere immortalitátem. Cum autem mortále hoc indúerit immortalitátem, tunc fiet sermo qui scriptus est : Absórpta est mors in victória. Ubi est mors victória tua? ubi est mors stímulus tuus? Stímulus autem mortis peccátum est : virtus vero peccáti lex. Deo autem grátias, qui dedit nobis victóriam per Dóminum nostrum Jesum Christum.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 5. d.*

IN illo témpore : Dixit Jesus turbis Judaeórum : Amen, amen dico vobis, quia venit hora, et nunc est, quando mórtui áudient vocem Fílii Dei : et qui audíerint, vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetípso, sic dedit et Fílio habére vitam in semetípso : et potestátem dedit

ei judícium fácere, quia fílius hóminis est. Nolíte mirári hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monuméntis sunt, áudient vocem Fílii Dei : et procédent, qui bona fecérunt, in resurrectiónem vitae : qui vero mala egérunt, in resurrectiónem judícii.

Secreta.


Hostias, quaésumus, Dómine, quas tibi pro animábus famulórum famularúmque tuárum offérimus, propitiátus inténde : ut quibus fídei Christiánae méritum contulísti, dones et praémium. Per Dóminum.

Postcommunio.


Animábus, quaésumus, Dómine, famulórum famularúmque tuárum orátio profíciat supplicántium : ut eas et a peccátis ómnibus éxuas, et tuae redemptiónis fácias esse partícipes : Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

II. — IN DIE OBITUS SEU DEPOSITIONIS DEFUNCTI.


Intr. 6.




R Equi-em * aetér- nam dó-na é- is Dómi-




ne : et lux perpé-tu- a lúce- at é- is.



Ps. Te dé-cet hýmnus Dé-us in Sí- on, et tí-bi reddétur




vótum in Jerúsa-lem : * exáudi ora-ti- ónem mé-am, ad




te ómnis cáro véni- et. Réqui-em.

Repetitur Réquiem, *usque ad Psalmum.*


6.



K Y-ri- e * e- lé- i-son. *iij.* Chrí-ste e- lé- i-



son. *iij.* Ký-ri- e e- lé- i-son. *ij.* Ký-ri- e *



e- lé- i-son.

Oratio.


Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere, te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui *N.*, (fámulae tuae *N.*) quam hódie de hoc saéculo migráre jussísti : ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci; ut, quia in te sperávit et crédidit, non poenas inférni sustíneat, sed gáudia aetérna possídeat. Per Dóminum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.


1. Thess. 4. c.

Fratres : Nólumus vos ignoráre de dormiéntibus, ut non contristémini, sicut et céteri, qui spem non habent. Si enim crédimus quod Jesus mórtuus est et resurréxit; ita et Deus eos qui dormiérunt per Jesum, addúcet cum eo. Hoc enim vobis dícimus in verbo Dómini, quia nos, qui vívimus, qui resídui sumus in advéntum Dómini, non praeveniémus eos qui dormiérunt. Quóniam ipse Dóminus in jussu, et in voce Archángeli, et in tuba Dei descéndet de caelo : et mórtui qui in Christo sunt, resúrgent primi. Deinde nos, qui vívimus, qui relínquimur, simul rapiémur cum illis in núbibus óbviam Christo in áera, et sic semper cum Dómino érimus. Itaque consolámini ínvicem in verbis istis.


Grad. 2.




R Equi-em * aetér- nam dó- na é- is



Dó- mi-ne : et lux perpé-





tu-a lú- ce-at é- is.




℣. In memó-ri- a aetér-


na é- rit jú-
stus : ab audi-ti-óne má- la *
non timé- bit.
Tract. 8.
ABsól- ve, * Dó-mi-ne, ánimas ómni- um
fidé-li-um de-functó- rum ab ómni vín-cu-
lo de-li- ctó- rum. ℣. Et grá-ti- a tú- a íllis
succurrén- te, me-re-ántur e-váde-re ju-
dí-ci- um ulti- ó- nis. ℣. Et lú-cis aetér-
nae be-a-ti-tú- di- ne * pérfru- i.


Seq. 1.
DI-es írae, dí- es ílla, Sólvet saéclum in favílla :
Téste Dávid cum Sibýlla. Quántus trémor est futúrus,
Quando jú-dex est ventúrus, Cúncta stricte discussúrus!
Túba mí-rum spár-gens sónum Per sepúlcra regi- ónum,
Cóget ómnes ante thrónum. Mors stupé-bit et natú-
ra, Cum resúrget cre- a-túra, Judi-cán-ti responsúra.
Líber scríptus pro-fe-ré-tur, In quo tó-tum continé-tur,
Unde múndus judi-cé-tur. Júdex ergo cum sedébit,
Quídquid lá-tet apparébit : Nil inúltum remanébit.


Quid sum mí-ser tunc dictúrus? Quem patró-num roga-tú-
rus? Cum vix jústus sit secúrus. Rex treméndae ma-je-
stá-tis, Qui salvándos sálvas gra-tis, Sálva me, fons pi-e-
tá-tis. Recordá-re Jé- su pí- e, Quod sum cáusa tú-ae
ví-ae : Ne me pér-das ílla dí- e. Quaérens me, se- dí-
sti lássus : Redemísti crúcem pássus : Tántus lá- bor non
sit cássus. Júste júdex ul-ti- ónis, Dó-num fac remissi- ó-
nis, Ante dí- em ra-ti- ónis. Ingemísco, tamquam
ré- us : Cúlpa rúbet vúltus mé- us : Suppli-cánti párce


Dé- us. Qui Ma-rí- am absolvísti, Et latró-nem exau-
dísti, Mí-hi quoque spem dedísti. Préces mé-ae non sunt
dígnae : Sed tu bó-nus fac benígne, Ne per-énni crémer
ígne. Inter óves ló- cum praésta, Et ab haédis me
sequéstra, Stá-tu- ens in párte déxtra. Confu-tá-tis ma-
ledíctis, Flámmis ácribus addíctis, Vóca me cum be-
nedíctis. Oro súpplex et acclí-nis, Cor contrí-tum qua-
si cí-nis : Gé-re cúram mé-i fí-nis. Lacrimósa dí- es
ílla, Qua resúrget ex favílla Judi-cándus hó- mo

ré- us : Hú-ic ergo pár- ce Dé-us. Pí- e Jésu Dómine,

dóna é- is réqui- em. A- men.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 11. c.*

In illo témpore : Dixit Martha ad Jesum : Dómine, si fuísses hic, frater meus non fuísset mórtuus : sed et nunc scio, quia quaecúmque popósceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Jesus : Resúrget frater tuus. Dicit ei Martha : Scio quia resúrget in resurrectióne in novíssimo die. Dixit ei Jesus : Ego sum resurréctio et vita : qui credit in me étiam si mórtuus fúerit, vivet : et omnis, qui vivit et credit in me, non moriétur in aetérnum. Credis hoc? Ait illi : Utique, Dómine, ego crédidi, quia tu es Christus Fílius Dei vivi, qui in hunc mundum venísti.

Offert. 2.

Domine Jé-su Chríste, * Rex gló- ri- ae,

líbe-ra ánimas ómni-um fidé- li- um de-functó- rum

de poénis *infér-ni,* et de pro-fúndo lá- cu : líbe-ra é- as

de ó-re le-ó- nis, ne absórbe-at é-as tár-tarus, ne

cádant in obscú- rum : sed sígni-fer sánctus Mí-cha- el

repraeséntet é- as in lú-cem sánctam : * Quam o-lim

Abrahae promi- sísti, et sé- mi- ni

é- jus. ℣. Hósti-as et pré-ces tí-bi Dómi- ne láudis

offé-rimus : tu súscipe pro animábus íl-lis, quá-rum

hódi- e memó- ri- am fá-cimus : fac é- as, Dómine, de

mór-te transí- re ad ví- tam. * Quam o-lim.

Secreta.

Propitiáre, quaésumus Dómine, ánimae fámuli tui *N.* (fámulae tuae *N.*), pro qua hóstiam laudis tibi immolámus, majestátem tuam supplíciter deprecántes : ut per haec piae placatiónis offícia, perveníre mereátur ad réquiem sempitérnam. Per Dóminum.


Praefatio pro Defunctis, 8 v.

Sanctus, * Sánctus, Sánctus Dóminus Dé-us Sá-


ba-oth. Pléni sunt caéli et térra gló-ri- a tú-a. Ho-sánna

in excélsis. Benedíctus qui vénit in nómine Dómi-ni.


Hosánna in excélsis.




A-gnus Dé-i, * qui tóllis peccá-ta múndi : dóna é-is



réqui-em. Agnus Dé-i, * qui tóllis peccá-ta múndi : dóna




é-is réqui-em. Agnus Dé-i, * qui tóllis peccá-ta múndi :




dóna é-is réqui-em ** sempi-térnam.


Comm. 8.




LUX aetérna * lúce-at é-is, Dómine : * Cum sánctis



tú-is in aetérnum, qui-a pí-us es. ℣. Réqui-em aetérnam




dóna é-is Dómine, et lux perpé-tu-a lúce-at é-is. * Cum



sánctis tú-is in aetérnum, qui-a pí-us es.

Postcommunio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : ut ánima fámuli tui *N.* (fámulae tuae), quae hódie de hoc saéculo migrávit, his sacrifíciis purgáta, et a peccátis expedíta, indulgéntiam páriter et réquiem cápiat sempitérnam. Per Dóminum.



R Equi-éscant in pá-ce. Amen.

Finita Missa Celebrans facit Absolutionem. Et quidem in Exsequiis praesente corpore defuncti, ut supra, 1138. — *In Exsequiis vero absente corpore defuncti, et in die tertio, septimo, trigesimo et anniversario, ut infra.* 1193. — *Aliis diebus, ut infra,* 1194.

¶ *In die 3. 7. et 3o. depositionis Defuncti, dicitur Missa ut supra, exceptis Orationibus, quae dicuntur ut infra :*

Oratio.

QUaésumus Dómine, ut ánimae fámuli tui *N.* (fámulae tuae *N.*), cujus depositiónis diem tértium (*vel* séptimum, *vel* trigésimum) commemorámus, sanctórum atque electórum tuórum largíri dignéris consórtium : et rorem misericórdiae tuae perénnem infúndas. Per Dóminum.

Secreta.

MUnera, quaésumus Dómine, quae tibi pro ánima fámuli tui *N.* (fámulae tuae), offérimus, placátus inténde : ut remédiis purgáta caeléstibus, in tua pietáte requiéscat. Per Dóminum.

Postcommunio.

SUscipe Dómine preces nostras pro ánima fámuli tui *N.* (fámulae tuae) : ut, si quae ei máculae de terrénis contágiis adhaesérunt, remissiónis tuae misericórdia deleántur. Per Dóminum.

¶ *Pro Summo Pontifice, Cardinalibus, Episcopis et Sacerdotibus, tum in die obitus, seu depositionis, tum in anniversario, dicitur Missa ut in Commemoratione omnium Fidelium defunctorum,* 1179, *adhibitis tamen Orationibus propriis.*

III. — IN ANNIVERSARIO DEFUNCTORUM.

Omnia ut in die depositionis, 1180, *praeter :*

Oratio.

DEus indulgentiárum Dómine, da animábus famulórum famularúmque tuárum, quorum anniversárium depositiónis diem commemorámus, refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Dóminum nóstrum.

Lectio libri Machabaeorum. *2. Mach. 12. g.*

IN diébus illis : Vir fortíssimus Judas, facta collatióne, duódecim míllia drachmas argénti misit Jerosólymam offérri pro peccátis mortuórum sacrifícium, bene et religióse de resurrectióne cógitans (nisi enim eos qui cecíderant, resurrectúros speráret, supérfluum viderétur, et vanum oráre pro mórtuis) : et quia considerábat quod hi, qui cum pietáte dormitiónem accéperant, óptimam habérent repósitam grátiam. Sancta ergo et salúbris est cogitátio pro defúnctis exoráre, ut a peccátis solvántur.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joan. 6. d.*

IN illo témpore : Dixit Jesus turbis Judaeórum : Omne quod dat mihi Pater, ad me véniet : et eum qui venit ad me non ejíciam foras ; quia descéndi de caelo, non ut fáciam voluntátem meam, sed voluntátem ejus qui misit me. Haec est autem volúntas ejus qui misit me, Patris : ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resúscitem illud in novíssimo die. Haec est autem volúntas Patris mei qui misit me : ut omnis qui videt Fílium et credit in eum, hábeat vitam aetérnam : et ego resuscitábo eum in novíssimo die.

Secreta.

Propitiáre Dómine supplicatiónibus nostris, pro animábus famulórum famularúmque tuárum quorum hódie ánnua dies ágitur, pro quibus tibi offérimus sacrifícium laudis : ut eas sanctórum tuórum consórtio sociáre dignéris. Per Dóminum.

Postcommunio.

Praesta quaésumus Dómine : ut ánimae famulórum famularúmque tuárum, quorum anniversárium depositiónis diem commemorámus; his purgátae sacrifíciis, indulgéntiam páriter et réquiem cápiant sempitérnam. Per Dóminum.

¶ *Si pro uno fiat, Orationes dicantur in singulari numero.*

IV. — IN MISSIS QUOTIDIANIS DEFUNCTORUM.

Omnia ut in die Depositionis, 1180, *praeter sequentia.*

Pro defunctis Episcopis seu Sacerdotibus.

Oratio.

Deus, qui inter apostólicos Sacerdótes, fámulos tuos pontificáli seu sacerdotáli fecísti dignitáte vigére : praesta quaésumus; ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio. Per Dóminum nostrum.

Pro defunctis Fratribus, Propinquis et Benefactoribus.

Oratio.

Deus véniae largítor et humánae salútis amátor : quaésumus cleméntiam tuam; ut nostrae congregatiónis fratres, propínquos et benefactóres, qui ex hoc saéculo transiérunt, beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus sanctis tuis, ad perpétuae beatitúdinis consórtium perveníre concédas.

Pro omnibus Fidelibus defunctis. Oratio. Fidélium. 1179.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli. *Apoc. 14. c.*

In diébus illis : Audívi vocem de caelo dicéntem mihi : Scribe : Beáti mórtui qui in Dómino moriúntur. Amodo jam dicit Spíritus, ut requiéscant a labóribus suis : ópera enim illórum sequúntur illos.

Sequentia. Dies irae. *semper dicenda est in Missis quotidianis cantatis; in lectis vero, vel recitari vel omitti potest ad libitum Celebrantis.*

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joan. 6. f.*

In illo témpore : Dixit Jesus turbis Judaeórum : Ego sum panis vivus qui de caelo descéndi. Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in aetérnum : et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigábant ergo Judaéi ad ínvicem, dicéntes : Quómodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducándum? Dixit ergo eis Jesus : Amen, amen dico vobis : nisi manducavéritis carnem Fílii hóminis, et bibéritis ejus sánguinem, non habébitis vitam in vobis. Qui mandúcat meam carnem et bibit meum sánguinem, habet vitam aetérnam : et ego resuscitábo eum in novíssimo die.

Pro defunctis Episcopis seu Sacerdotibus.

Secreta.

Suscipe, Dómine quaésumus, pro animábus famulórum tuórum Pontíficum seu Sacerdótum, quas offérimus hóstias : ut quibus in hoc saéculo pontificále seu sacerdotále donásti méritum, in caelésti regno sanctórum tuórum júbeas jungi consórtio. Per Dóminum.

Pro defunctis Fratribus, Propinquis et Benefactoribus.

Secreta.

Deus, cujus misericórdiae non est númerus, súscipe propítius preces humilitátis nostrae : et animábus fratrum, propinquórum et benefactórum nostrórum, quibus tui nóminis dedísti confessiónem per haec sacraménta salútis nostrae, cunctórum remissiónem tríbue peccatórum.

Pro omnibus Fidelibus defunctis. Secreta. Hóstias. 1180.

Pro defunctis Episcopis seu Sacerdotibus.

Postcommunio.

Prosit, quaésumus Dómine, animábus famulórum tuórum Pontíficum, seu Sacerdótum, misericórdiae tuae imploráta cleméntia : ut ejus, in quo speravérunt et credidérunt, aetérnum cápiant, te miseránte, consórtium. Per Dóminum.

Pro defunctis Fratribus, Propinquis et Benefactoribus.

Postcommunio.

Praesta, quaésumus omnípotens et miséricors Deus : ut ánimae fratrum, propinquórum, et benefactórum nostrórum, pro quibus hoc sacrifícium laudis tuae obtúlimus majestáti; per hujus virtútem sacraménti a peccátis ómnibus expiátae, lucis perpétuae, te miseránte, recípiant beatitúdinem.

Pro omnibus Fidelibus defunctis. Postcomm. Animábus. 1180.

ORATIONES DIVERSAE PRO DEFUNCTIS.

Pro defuncto Sacerdote.

Oratio.

Deus, qui inter apostólicos Sacerdótes fámulum tuum *N.* sacerdotáli fecísti dignitáte vigére : praesta quaésumus; ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Dóminum.

Secreta.

Suscipe, Dómine quaésumus, pro ánima fámuli tui *N.* Sacerdótis, quas offérimus hóstias : ut cui in hoc saéculo sacerdotále donásti méritum, in caelésti regno Sanctórum tuórum júbeas jungi consórtio. Per Dóminum.

Postcommunio.

PRosit, quaésumus Dómine, ánimae fámuli tui *N.* Sacerdótis misericórdiae tuae imploráta cleméntia : ut ejus, in quo sperávit et crédidit, aetérnum cápiat, te miseránte, consórtium. Per Dóminum.

Pro defuncto Episcopo dicuntur eaedem Orationes, sed ubi dicatur sacerdotáli, *dicitur* pontificáli, *et pro* Sacerdótis *dicitur* Pontíficis; *si fuerit Cardinalis, exprimitur nomen dignitatis ut infra,* 1194.

Si fuerint plures, dicatur ut supra in quarta Missa, 1190.

Pro uno Defuncto.

Oratio.

INclína Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam súpplices deprecámur : ut ánimam fámuli tui, quam de hoc saéculo migráre jussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas; et sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dóminum.

Secreta.

ANnue nobis, quaésumus Dómine, ut ánimae fámuli tui haec prosit oblátio : quam immolándo totíus mundi tribuísti relaxári delícta. Per Dóminum.

Postcommunio.

ABsólve, quaésumus Dómine, ánimam fámuli tui ab omni vínculo delictórum : ut in resurrectiónis glória inter sanctos et eléctos tuos resuscitátus respíret. Per Dóminum.

Pro una Defuncta.

Oratio.

QUaésumus Dómine, pro tua pietáte miserére ánimae fámulae tuae : et a contágiis mortalitátis exútam, in aetérnae salvatiónis partem restítue. Per Dóminum.

Secreta.

HIS sacrifíciis, quaésumus Dómine, ánima fámulae tuae a peccátis ómnibus exuátur, sine quibus a culpa nemo liber éxstitit : ut per haec piae placatiónis offícia, perpétuam misericórdiam consequátur. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

INvéniat, quaésumus Dómine, ánima fámulae tuae lucis aetérnae consórtium : cujus perpétuae misericórdiae consecúta est sacraméntum. Per Dóminum.

Pro his qui in coemeterio requiescunt.

Oratio.

DEus, cujus miseratióne ánimae fidélium requiéscunt : fámulis et famulábus tuis, et ómnibus hic et ubíque in Christo quiescéntibus, da propítius véniam peccatórum; ut a cunctis reátibus absolúti, tecum sine fine laeténtur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Secreta.

PRO animábus famulórum famularúmque tuárum, et ómnium catholicórum hic et ubíque in Christo dormiéntium, hóstiam, Dómine, súscipe benígnus oblátam : ut hoc sacrifício singulári, vínculis horréndae mortis exúti, vitam mereántur aetérnam. Per eúmdem Dóminum.

Postcommunio.

DEus, fidélium lumen animárum, adésto supplicatiónibus nostris : et da fámulis et famulábus tuis, quorum córpora hic et ubíque in Christo requiéscunt, refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per eúmdem Dóminum.

Pro pluribus Defunctis.

Oratio.

DEus, cui próprium est miseréri semper et párcere : propitiáre animábus famulórum famularúmque tuárum, et ómnia eórum peccáta dimítte; ut mortalitátis vínculis absolútae, transíre mereántur ad vitam. Per Dóminum.

Secreta.

ANnue nobis, quaésumus Dómine, ut animábus famulórum famularúmque tuárum haec prosit oblátio : quam immolándo, totíus mundi tribuísti relaxári delícta. Per Dóminum.

Postcommunio.

DEus, cui soli cómpetit medicínam praestáre post mortem : praesta, quaésumus; ut ánimae famulórum, famularúmque tuárum, terrénis exútae contágiis, in tuae redemptiónis parte numeréntur : Qui vivis et regnas.

Alias Orationes in Missali reperire est.

DE OFFICIO FACIENDO

IN EXSEQUIIS ABSENTE CORPORE DEFUNCTI

ET IN DIE III., VII., XXX. ET ANNIVERSARIO.

Si faciendae sint exsequiae absente corpore, dicatur Officium Mortuorum, cum tribus Nocturnis et Laudibus, et Antiphonis duplicatis, vel saltem unum Nocturnum cum Laudibus, et Missa. Postea Sacerdos accedit ad lecticam et cantatur ℟. Líbera me Dómine. 1138. *Postea dicitur :* Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison. 1140.

Sacerdos dicit : Páter nóster. *et dum secreto dicitur, lecticam aspergit et incensat.*

Postea dicit :

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a málo.
℣. A pórta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimam éjus.
℣. Requiéscat in páce. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam.
℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.

Absólve, quaésumus Dómine, ánimam fámuli tui *N.* (fámulae tuae *N.*), ut defúnctus (defúncta) saéculo tibi vivat : † et quae per fragilitátem carnis humána conversatióne commísit, * tu vénia misericordíssimae pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Vel dicatur Oratio quae dicta est in Missa, vel alia conveniens.

℣. Réquiem aetérnam dóna éi Dómine. ℟. Et lux perpétua lúceat éi. *Cantores :* ℣. Requiéscat in páce. ℟. Amen. *Celebrans :* Anima éjus. *etc. ut supra,* 1143.

Si Officium fuerit pro pluribus Defunctis Oratio et ℣℣. *dicantur in plurali numero : si fuerit mulier, in genere feminino : si fuerit Sacerdos, vel Episcopus, in Oratione, exprimitur nomen dignitatis, etc.*

Praedictus autem Officii ritus pro defunctis adultis tam Sacerdotibus et Clericis quam saecularibus et laicis servari debet in Officio sepulturae in die depositionis, sive in die tertio, septimo, trigesimo et anniversario.

In Absolutione post Missam pro Defunctis *extra diem exsequiarum, vel 3. 7. 30. et anniversarium, omnia dicuntur ut supra cum Oratione sequenti.*

Orémus.

Absólve, quaésumus Dómine, ánimam fámuli tui *N.* (fámulae tuae *N.*) ab omni vínculo delictórum : † ut in resurrectiónis glória, * inter sanctos et eléctos tuos resuscitátus (resuscitáta), respíret. Per Christum Dóminum nostrum.

Vel dicatur alia Oratio conveniens.

ORATIONES DIVERSAE PRO DEFUNCTIS IN ABSOLUTIONE DICENDAE.

Pro Summo Pontifice defuncto.

Oratio.

Deus, qui inter summos sacerdótes tuum fámulum *N.* ineffábili tua dispositióne connumerári voluísti : † praesta, quaésumus, ut qui unigéniti Fílii tui vices in terris gerébat, * sanctórum tuórum Pontíficum consórtio perpétuo aggregétur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Pro Episcopo Cardinali defuncto.

Oratio.

Deus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum *N.* Epíscopum Cardinálem pontificáli fecísti dignitáte vigére : † praesta quaésumus; * ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Christum Dóminum nostrum.

Pro Presbytero Cardinali (Episcopo) defuncto.

Oratio.

Deus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum *N.* Presbýterum Cardinálem pontificáli fecísti dignitáte vigére : † praesta, quaésumus; * ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Christum Dóminum nostrum.

Pro Presbytero (*vel* Diacono) Cardinali (Sacerdote) defuncto.

Oratio.

Deus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum *N.* Presbýterum (*vel* Diáconum) Cardinálem sacerdotáli fecísti dignitáte vigére : † praesta quaésumus; * ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Christum Dóminum nostrum.

Pro Diacono Cardinali defuncto.

Oratio.

Absólve, quaésumus Dómine, ánimam fámuli tui *N.* Diáconi Cardinális ab omni vínculo dilectórum : † ut in resurrectiónis glória, * inter Sanctos et eléctos tuos resuscitátus respíret. Per Christum Dóminum nostrum.

Alia Oratio.

Inclína Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur : † ut ánimam fámuli tui *N.* Diáconi Cardinális, quam de hoc saéculo migráre jussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas, * et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Christum Dóminum nostrum.

Pro defuncto Episcopo.

Oratio.

Deus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum *N.* pontificáli fecísti dignitáte vigére : † praesta, quaésumus; * ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Christum Dóminum nostrum.

Pro defuncto Sacerdote.

Oratio.

Deus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum *N.* sacerdotáli fecísti dignitáte vigére : † praesta, quaésumus; * ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Christum Dóminum nostrum.

Pro uno Defuncto vel una Defuncta.

Oratio.

Absólve, quaésumus Dómine ánimam fámuli tui *N.* (fámulae tuae *N.*) ad omni vínculo delictórum : † ut in resurrectiónis glória, * inter Sanctos et eléctos tuos resuscitátus (resuscitáta) respíret. Per Christum Dóminum nostrum.

Pro pluribus Defunctis.

Oratio.

Absólve, quaésumus Dómine ánimas famulórum tuórum ab omni vínculo delictórum : † ut in resurrectiónis gloria, * inter Sanctos et eléctos tuos resuscitáti respírent. Per Christum Dóminum nostrum.

In Anniversario unius Defuncti vel Defunctae.

Oratio.

Deus, indulgentiárum Dómine : † da ánimae fámuli tui *N.* (fámulae tuae *N.*) cujus anniversárium depositiónis diem commemorámus, * refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Christum Dóminum nostrum.

In Anniversario plurium Defunctorum.

Oratio.

Deus, indulgentiárum Dómine : † da animábus famulórum famularúmque tuárum, quorum anniversárium depositiónis diem commemorámus, * refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Christum Dóminum nostrum.

In Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum.

Oratio.

Fidélium Deus ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : † ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, * piis supplicatiónibus consequántur. Qui vivis et regnas in saécula saeculórum. ℟. Amen.

[In Commemorat. Omnium Defunctorum alicujus Ordinis].

Oratio.

Deus, véniae largítor et humánae salútis amátor : † quaésumus cleméntiam tuam; ut nostrae congregatiónis fratres qui ex hoc saéculo transiérunt, * beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuae beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Christum Dóminum nostrum.

QUINQUE ABSOLUTIONES

IN SOLEMNIBUS EXSEQUIIS FACIENDAE.


Dicta Oratione Non intres *ab Episcopo celebranti, Cantores incipiunt*


Primum Responsorium. Subveníte. 1137. *Deinde cantantur* Kýrie eléison, Páter nóster, *etc.*, 1140.

Orémus.

Deus, cui ómnia vivunt, et cui non péreunt moriéndo córpora nostra, sed mutántur in mélius : † te súpplices deprecámur : ut súscipi júbeas ánimam fámuli tui *N.* per manus sanctórum Angelórum tuórum deducéndam in sinum amíci tui Abrahae patriárchae, resuscitandámque in novíssimo judícii magni die, * et quidquid vitiórum, diábolo falléntе, contráxit, tu pius et misericors ábluas indulgéndo. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Secundum Responsorium. Qui Lázarum. 1158, *addito* ℣. Réquiem aetérnam. *ut sequitur :*





Kýrie eléison, *etc.*, 1140.

Orémus.

Fac, quaésumus Dómine, hanc cum servo tuo *N.* defúncto misericórdiam, ut factórum suórum in poenis non recípiat vicem, qui tuam in votis ténuit voluntátem : † ut sicut hic eum vera fides junxit fidélium turmis; * ita illic eum tua miserátio sóciet angélicis, choris. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Tertium Responsorium. Dómine quando véneris. 1159, *cum* ℣. Réquiem aetérnam.

Kýrie eléison, *etc.*, 1140.

Orémus.

Inclína Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur : † ut ánimam fámuli tui *N.* quam de hoc saéculo migráre jussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas, * et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Quartum Responsorium. Ne recordéris. 1164, *cum* ℣. Réquiem aetérnam.

Kýrie eléison, *etc.*, 1140.

Orémus.

Absólve, quaésumus Dómine, ánimam fámuli tui *N.* ab omni vínculo delictórum : † ut in resurrectiónis glória, * inter Sanctos et eléctos tuos resuscitátus respíret. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Quintum et ultimum Responsorium. Líbera me Dómine de morte aetérna. 1138, *cum suis versibus.*

Kýrie eléison, *etc.*, 1140.


Orémus.

Absólve, quaésumus Dómine, ánimam fámuli tui *N.*, ut defúnctus saéculo tibi vivat : † et quae per fragilitátem carnis humána conversatióne commísit, * tu vénia misericordíssimae pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Deinde dicit Pontifex benedicens lectum :

℣. Réquiem ✠ aetérnam dóna éi Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat éi.

Tum Cantores subdunt :




℣. Requi-éscat in pá-ce. ℟. Amen.

ORDO SEPELIENDI PARVULOS.

Parochus superpelliceo et stola alba indutus, praecedente cruce quae sine hasta defertur, accedit ad domum Defuncti, cum clerico aquam benedictam deferente.


Sacerdos aspergit corpus, deinde dicit :

2. Ant. 2. D




SIT nómen Dómi-ni.

Psalmus 112.




1. Laudáte pú-e-ri **Dóminum** : * laudáte nó*men* **Dómi-ni**.
2. Sit nómen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque *in* **saéculum**.
3. A sólis órtu usque ad occásum, * laudábile nó*men* **Dómini**.
4. Excélsus super ómnes géntes **Dóminus**, * et super caélos glóri*a* **éjus**.
5. Quis sicut Dóminus Déus nóster, qui in áltis **hábitat**, * et humília réspicit in caélo et *in* **térra**?
6. Súscitans a térra ínopem, * et de stércore éri*gens* **páuperem** :
7. Ut cóllocet éum cum princípibus, * cum princípibus pópu*li* **súi**.
8. Qui habitáre fácit stérilem in **dómo**, * mátrem filiórum *laet***ántem**.
9. Glória Pátri, et **Fílio**, * et Spirítu*i* **Sáncto**.
10. Sicut érat in princípio, et nunc et **sémper**, * et in saécula saecu*lórum*. Amen.

Anti-phona.



Sit nómen Dómi-ni bene-díctum ex hoc nunc et



usque in saécu-lum.

Dum portatur corpus ad ecclesiam, dicatur :

Psalmus 118.

BEáti immaculáti in via : * qui ámbulant in lége Dómini.

Beáti qui scrutántur testimónia éjus : * in tóto córde exquírunt éum.

Non enim qui operántur iniquitátem, * in víis éjus ambulavérunt.

Tu mandásti * mandáta túa custodíri nímis.

Utinam dirigántur víae méae, * ad custodiéndas justificatiónes túas!

Tunc non confúndar, * cum perspéxero in ómnibus mandátis túis.

Confitébor tíbi in directióne córdis : * in eo quod dídici judícia justítiae túae.

Justificatiónes túas custódiam : * non me derelínquas usquequáque.

In quo córrigit adolescéntior viam súam? * in custodiéndo sermónes túos.

In tóto córde méo exquisívi te : * ne repéllas me a mandátis túis.

In córde méo abscóndi elóquia túa : * ut non péccem tíbi.

Benedíctus es Dómine : * dóce me justificatiónes túas.

In lábiis méis, * pronuntiávi ómnia judícia óris túi.

In vía testimoniórum tuórum delectátus sum, * sicut in ómnibus divítiis.

In mandátis túis exercébor : * et considerábo vias túas.

In justificatiónibus túis meditábor : * non oblivíscar sermónes túos.

Glória Pátri.

RETríbue sérvo túo, vivífica me : * et custódiam sermónes túos.

Revéla óculos méos : * et considerábo mirabília de lége túa.

Incola égo sum in térra : * non abscóndas a me mandáta túa.

Concupívit ánima méa desideráre justificatiónes túas, * in ómni témpore.

Increpásti supérbos : * maledícti qui declínant a mandátis túis.

Aufer a me oppróbrium et contémptum : * quia testimónia túa exquisívi.

Etenim sedérunt príncipes, et advérsum me loquebántur : * sérvus autem túus exercebátur in justificatiónibus túis.

Nam et testimónia túa meditátio méa est : * et consílium méum justificatiónes túae.

Adhaésit paviménto ánima méa : * vivífica me secúndum vérbum túum.

Vías méas enuntiávi, et exaudísti me : * dóce me justificatiónes túas.

Víam justificatiónum tuárum ínstrue me : * et exercébor in mirabílibus túis.

Dormitávit ánima méa prae taédio : * confírma me in vérbis túis.

Víam iniquitátis ámove a me, * et de lége túa miserére méi.

Víam veritátis elégi : * judícia túa non sum oblítus.

Adhaési testimóniis túis Dómine : * noli me confúndere.

Víam mandatórum tuórum cucúrri, * cum dilatásti cor méum.

Glória Pátri.

Et si tempus superest, dici potest

Psalmus 148.

LAudáte Dóminum de caélis : * laudáte éum in excélsis.

Laudáte éum ómnes Angeli éjus : * laudáte éum ómnes virtútes éjus.

Laudáte éum sol et lúna : * laudáte éum ómnes stéllae et lúmen.

Laudáte éum caéli caelórum : * et áquae ómnes quae super caélos sunt láudent nómen Dómini.

Quia ípse díxit, et fácta sunt : * ípse mandávit, et creáta sunt.

Státuit éa in aetérnum et in saéculum saéculi : * praecéptum pósuit, et non praeteríbit.

Laudáte Dóminum de térra, * dracónes et ómnes abýssi :

Ignis, grándo, nix, glácies, spiri-

tus procellárum : * quae fáciunt vérbum éjus :

Móntes et ómnes cólles : * ligna fructífera et ómnes cédri :

Béstiae et univérsa pécora : * serpéntes et vólucres pennátae.

Réges térrae et ómnes pópuli : * príncipes et ómnes júdices térræ.

Júvenes et vírgines, † sénes cum junióribus láudent nómen Dómini : * quia exaltátum est nómen éjus solíus.

Conféssio éjus super caélum et térram : * et exaltávit córnu pópuli súi.


Hýmnus ómnibus sánctis éjus : * fíliis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

Glória Pátri, et Fílio, * et Spirítui Sáncto.

Sicut érat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculórum. Amen.


Cum autem pervenerint ad ecclesiam, dicatur :

Ant. 6. F




HIC accípi- et.
(Haec)

Psalmus 23.



1. Dómi-ni est térra, et pleni-tú*do* é- jus : * órbis terrárum,



et univérsi qui hábi-*tant in* é- o. *Flexa :* cór-de, †

2. Quia ípse super mária fund*ávit* éum : * et super flúmina praepa*rávit* éum.

3. Quis ascéndet in *móntem* Dómini? aut quis stábit in lóco *sáncto* éjus?

4. Innocens mánibus et múndo córde, † qui non accépit in váno áni*mam* súam, * nec jurávit in dólo *próximo* súo.

5. Hic accípiet benedictiónem *a* Dómino : * et misericórdiam a Déo salu*tári* súo.

6. Haec est generátio quaerénti*um* éum, * quaeréntium fáciem *Déi* Jácob.

7. Attóllite pórtas príncipes véstras, † et elevámini pórtae ae*ter*náles : * et intro*íbit rex* glóriae.

8. Quis est íste rex glóriae? † Dóminus fortis *et* pótens : * Dóminus pó*tens in* proélio.


9. Attóllite pórtas príncipes véstras, † et elevámini pórtae ae*ter*náles : * et intro*íbit rex* glóriae.

10. Quis est íste *rex* glóriae? * Dóminus virtútum ípse *est rex* glóriae


11. Glória Pátri, *et* Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.

12. Sicut érat in princípio, et nunc, *et* semper, * et in saécula saecu*lórum*. Amen.


Anti-phona.



Hic accí-pi- et benedicti- ónem a Dómino, et mi-
(Haec)



se-ricórdi- am a Dé-o sa-lutá-ri sú- o : qui-a haec est ge-



ne-rá-ti- o quaerénti-um Dóminum.

Postea dicitur :

Kýrie eléison. Chríste eléison. Kýrie eléison. (*ut supra,* 1142.)

Páter nóster. *secreto. Interim corpus aspergit.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a málo.

℣. Me autem propter innocéntiam suscepísti.

℟. Et confirmásti me in conspéctu túo in aetérnum.


℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.

Omnípotens et mitíssime Deus, qui ómnibus párvulis renátis fonte baptísmatis, dum migrant a saéculo, sine ullis eórum méritis vitam íllico largíris aetérnam, sicut ánimae hujus párvuli (ae) hódie crédimus te fecísse : † fac nos, quaésumus Dómine, per intercessiónem beátae Maríae semper Vírginis et ómnium Sanctórum tuórum, hic purificátis tibi méntibus famulári, * et in paradíso cum beátis párvulis perénniter sociári. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


Dum portatur ad tumulum, et etiamsi tunc non portetur, dicitur :

Ant. 4. E




JUvenes.

Psalmus 148.




1. Laudáte Dómi*num de* caé- lis : * laudáte *é-um in ex-* cél-




sis. *Flexa :* vírgines, †

2. Laudáte éum ómnes *Angeli* éjus : * laudáte éum ómnes *virtútes* éjus.
3. Laudáte éum *sol et* lúna : * laudáte éum ómnes *stéllae et* lúmen.
4. Laudáte éum *caéli caelórum* : * et áquae ómnes quae super caélos sunt láu*dent nómen* Dómini.
5. Quia ípse dí*xit, et* fácta sunt : * ípse mandá*vit, et creáta* sunt.
6. Státuit éa in aetérnum et in saé*culum* saéculi : * praecéptum pósuit, et *non praeterí*bit.
7. Laudáte Dómi*num de* térra, * dracónes et *ómnes* abýssi :
8. Ignis, grándo, nix, glácies, spíritus *procel*lárum : * quae fáci*unt vérbum* éjus :
9. Móntes et *ómnes* cólles : * lígna fructífera *et ómnes* cédri :
10. Béstiae et uni*vérsa* pécora : * serpéntes et *vólucres pen*nátae.
11. Réges térrae et *ómnes* pópuli : * príncipes et ómnes *júdices* térrae.
12. Júvenes et vírgines, † sénes cum junióribus láudent *nómen* Dómini : * quia exaltátum est nómen *éjus* solíus.
13. Conféssio éjus super *caélum et* térram : * et exaltávit córnu *pópuli* súi.
14. Hýmnus ómnibus *sánctis* éjus : * fíliis Israel, pópulo appro*pinquánti* síbi.
15. Glória Pá*tri, et* Fílio, * et Spi*rítui* Sáncto.
16. Sicut érat in princípio, et *nunc, et* semper, * et in saécula saecu*lórum*. Amen.

Antiphona.



Júvenes et vírgi-nes, sénes cum juni-ó-ribus láu-



dent nómen Dómi-ni.

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison. (*ut supra*, 1142.)
Páter nóster. *secreto.*
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a málo.
℣. Sínite párvulos veníre ad me.
℟. Tálium est enim régnum caelórum.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.


Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, sanctae puritátis amátor, qui ánimam hujus párvuli (ae) ad caelórum regnum hódie misericórditer vocáre dignátus es : dignéris étiam Dómine ita nobíscum misericórditer ágere ; † et méritis tuae sanctíssimae passiónis, et intercessióne beátae Maríae semper Vírginis et ómnium Sanctórum tuórum, * in eódem regno nos cum ómnibus Sanctis et eléctis tuis semper fácias congaudére. Qui vivis et regnas in saécula saeculórum. ℟. Amen.

Deinde Sacerdos corpus aspergat aqua benedicta, et thurificet, similiter et tumulum : postea sepeliatur.


Cum autem a sepultura revertuntur in ecclesiam, dicatur :

Ant. 7. a




Benedí-ci-te Dóminum.

Canticum trium Puerorum.



1. Be-nedí-ci-te ómni- a ópera Dómi-ni Dómino : * lau-



dáte et super-exaltáte é-um in saécu-la.

2. Benedícite Angeli Dómini Dómino : * benedícite caéli Dómino.
3. Benedícite áquae ómnes quae super caélos sunt Dómino : * benedícite ómnes virtútes Dómini Dómino.
4. Benedícite sol et lúna Dómino : * benedícite ómnes spíritus Déi Dómino.
5. Benedícite ómnis ímber et res Dómino : * benedícite ómnes spíritus Déi Dómino.
6. Benedícite ígnis et aestus Dómino : * benedícite frígus et aéstus Dómino.
7. Benedícite róres et pruína Dómino : * benedícite gélu et frígus Dómino.
8. Benedícite glácies et níves Dómino : * benedícite nóctes et díes Dómino.
9. Benedícite lux et ténebrae Dómino : * benedícite fúlgura et núbes Dómino.
10. Benedícat térra Dóminum : * láudet et superexáltet éum in saécula.
11. Benedícite móntes et cólles Dómino : * benedícite univérsa germinántia in térra Dómino.
12. Benedícite fóntes Dómino : * benedícite mária et flúmina Dómino.
13. Benedícite céte et ómnia quae movéntur in áquis Dómino : * benedícite ómnes vólucres caéli Dómino.
14. Benedícite ómnes béstiae et pécora Dómino : * benedícite fílii hóminum Dómino.
15. Benedícat Israel Dóminum : * láudet et superexáltet éum in saécula.

16. Benedícite sacerdótes Dómini Dómino : * benedícite sérvi Dómini Dómino.

17. Benedícite spíritus et ánimae justórum Dómino : * benedícite sáncti et húmiles córde Dómino.


18. Benedícite Ananía, Azaría, Mísael Dómino : * laudáte et superexaltáte éum in saécula.


19. Benedicámus Pátrem et Fílium cum Sáncto Spíritu : * laudémus et superexaltémus éum in saécula.

20. Benedíctus es Dómine in firmaménto caéli : * et laudábilis et gloriósus et superexaltátus in saécula.

Et immediate repetitur :

Antiphona.





Deinde ante Altare dicit Sacerdos :

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.

Deus, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas : † concéde propítius; ut a quibus tibi ministrántibus in caelo semper assístitur, * ab his in terra vita nostra muniátur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

PROPRIUM SANCTORUM.

Quae hic non inveniuntur propria sumenda sunt de Communi pro qualitate Sanctorum.

In omnibus Festis Domini, Beatae Mariae Virginis, Angelorum, Sancti Joannis Baptistae, Sancti Joseph, Apostolorum, Evangelistarum, necnon in omnibus Duplicibus I. et II. classis, non autem per Octavas communes vel simplices, Psalmi semper sumendi sunt ex Dominica ad Laudes, Horas (ad Primam tamen ut in Festis) et Completorium. Ad Vesperas vero dicuntur ut in Communi, nisi speciales Psalmi sint assignati.

FESTA NOVEMBRIS.

29. S. Saturnini Martyris.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Saturníni Mártyris tui concédis natalítio pérfrui : * ejus nos tríbue méritis adjuvári. Per Dóminum.

Secreta.

Munera, Dómine, tibi dicáta sanctífica : et, intercedénte beáto Saturníno Mártyre tuo, per haec eádem nos placátus inténde. Per Dóminum.

Postcommunio.

Sanctíficet nos, quaésumus Dómine, tui percéptio sacraménti et intercessióne sanctórum tuórum tibi reddat accéptos. Per Dóminum.

30. SANCTI ANDREAE APOSTOLI.

Duplex II. Classis.


IN I. VESPERIS.


Omnia ut in II. Vesperis, 1209, praeter sequentia :


Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 7. c. 137. — 2. Confitébor. 8. G. 145. — 3. Beátus vir. 8. G. 152. — 4. Laudáte púeri. 8. G. 157. — 5. Laudáte Dóminum. 7. a. 173.

℣. In ómnem térram exívit sónus eórum.
℟. Et in fínes órbis térrae vérba eórum.

Ad Magnif. Ant. 1. f








Cant. Magníficat. 1. f. 212, *vel* 218. — *Oratio.* Majestátem. *ut infra.*
Ad Primam. *Ant.* Sálve Crux. 1209. *Lect. br.* Isaías enim. 1209.


AD TERTIAM.


Ant. Beátus Andréas. 1209. *Capitulum.* Fratres corde. *e Vesperis*, 1210.
℟. *br.* In omnem terram. 941. ℣. Constítues.


AD MISSAM.


Intr. 2.











Oratio.


Majestátem tuam Dómine supplíciter exorámus : † ut sicut Ecclésiae tuae beátus Andréas Apóstolus éxstitit praedicátor et rector ;* ita apud te sit pro nobis perpétuus intercéssor. Per Dóminum.


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Romanos. *Rom. 10. b.*


Fratres : Corde enim créditur ad justítiam : ore autem conféssio fit ad salútem. Dicit enim Scriptúra : Omnis qui credit in illum, non confundétur. Non enim est distínctio Judaéi et Graeci : nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui ínvocant illum. Omnis enim quicúmque invocáverit nomen Dómini, salvus erit. Quómodo ergo invocábunt, in quem non credidérunt? Aut quómodo credent ei, quem non audiérunt? Quómodo autem áudient sine praedicánte? Quómodo vero praedicábunt, nisi mittántur? sicut scriptum est : Quam speciósi pedes evangelizántium pacem, evangelizántium bona! Sed non omnes obédiunt Evangélio. Isaías enim dicit : Dómine, quis crédidit audítui nostro? Ergo fides ex audítu, audítus autem per verbum Christi. Sed dico : Numquid non audiérunt? Et quidem in omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terrae verba eórum.

Graduale. Constítues eos. *ut in festo SS. Petri et Pauli*, 1349.


1.












✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 4.*

In illo témpore : Ambulans Jesus juxta mare Galilaéae, vidit duos fratres, Simónem, qui vocátur Petrus, et Andréam fratrem ejus, mitténtes rete in mare (erant enim piscatóres), et ait illis : Veníte post me, et fáciam vos fíeri piscatóres hóminum. At illi contínuo, relíctis rétibus, secúti sunt eum. Et procédens inde, vidit álios duos fratres, Jacóbum Zebedaéi, et Joánnem fratrem ejus, in navi cum Zebedaéo patre eórum, reficiéntes rétia sua : et vocávit eos. Illi autem, statim relíctis rétibus et patre, secúti sunt eum. Credo.

Offert. 3.



ti sunt amí- ci tú- i, Dé- us :

nimis con-fortá- tus est prin-ci-

pá- tus e- ó- rum.

Secreta.

SAcrifícium nostrum tibi, Dómine quaésumus, beáti Andréae Apóstoli precátio sancta concíliet : ut in cujus honóre solémniter exhibétur, ejus méritis efficiátur accéptum. Per Dóminum nostrum.

Praefatio de Apostolis, 8.

Comm. 8.

V Ení-te post me : * fá- ci- am vos pisca-tó-

res hómi- num : at íl- li, re-líctis ré-ti- bus et

ná- vi, secú-ti sunt Dómi- num.

Postcommunio.

SUmpsimus Dómine, divína mystéria, beáti Andréae festivitáte laetántes; quae, sicut tuis sanctis ad glóriam, ita nobis, quaésumus, ad véniam prodésse perfícias. Per Dóminum nostrum.

AD SEXTAM.

Ant. Andréas Chrísti fámulus. 1209.

Capitulum. *Rom. 10. c.*

NOn enim est distínctio Judaéi et Graeci : † nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui invocant illum. * Omnis enim quicúmque invocáverit nomen Dómini, salvus erit.

℟. *br.* Constítues éos. 941. ℣. Nimis honoráti sunt.

AD NONAM.

Ant. Qui persequebántur jústum. 1210.

Capitulum. *Rom. 10. c.*

ISaías enim dicit : Dómine, quis crédidit audítui nostro? Ergo fides ex audítu, audítus autem per verbum Christi. † Sed dico : Numquid non audiérunt? Et quidem in omnem terram exívit sonus eórum,* et in fines orbis terrae verba eórum.

℟. *br.* Nimis honoráti sunt. 942. ℣. Annuntiavérunt.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 7. c. 137. — 2. Laudáte púeri. 8. G. 157. — 3. Crédidi. 8. G. 170. — 4. In convertèndo. 8. G. 180. — 5. Dómine probásti me. 7. a. 193.

1. Ant. 7. c

S Alve Crux pre-ti-ósa, * súscipe discípulum éjus

qui pepéndit in te, magíster mé- us Chrístus. E u o u a e.

2. Ant. 8. G

B E-átus André- as * orábat dícens : Dó-mine, Rex

aetérnae gló-ri- ae, súscipe me pendéntem in pa-tíbu-lo.

E u o u a e.

3. Ant. 8. G


A Ndré- as Chrí-sti fámu-lus, * dígnus

Dé- i Apósto-lus, germánus Pé-tri, et in passi- óne só-


ci- us. E u o u a e.

4. Ant. 8. G


M Aximílla Chrísto amábi-




lis, * tú-lit córpus Apósto-li : óptimo ló-co cum aromá-



tibus sepe-lí-vit. E u o u a e. 5. Ant. 7. a QUI persequebán-



tur jústum, * demersísti é-os Dómine in inférno : et



in lígno crúcis dux jústi fu-í-sti. E u o u a e.

Capitulum. *Rom. 10. b.*

FRatres : Corde enim créditur ad justítiam, † ore autem conféssio fit ad salútem. * Dicit enim Scriptúra : Omnis qui credit in illum, non confundétur.


Hymnus. Exsúltet órbis. 943, *vel* 944.

℣. Annuntiavérunt ópera Déi. ℟. Et fácta éjus intellexérunt.


Ad Magnif. Ant. 1. D




CUM perve-nísset * be-á-tus André- as ad




lócum ubi crux pa-rá-ta é-rat, exclamávit et dí-xit :




O bó-na crux, dí- u de-si-de-rá- ta, et jam concupiscén-



ti ánimo praepa-rá-ta : se-cú-rus et gáudens véni- o ad



te : i-ta et tu exsúltans suscí- pi- as me, discípulum



é- jus qui pepén-dit in te. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D. 212, *vel* 218. — *Oratio.* Majestátem. 1206.

FESTA DECEMBRIS.

2. S. Bibianae Virginis et Martyris. *Semid.*

Oratio.

DEus ómnium largítor bonórum, qui in fámula tua Bibiána cum virginitátis flore martýrii palmam conjunxísti : † mentes nostras ejus intercessióne tibi caritáte conjúnge; * ut amótis perículis, praémia consequámur aetérna. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Me exspectavérunt. 1052.

3. S. Francisci Xaverii Confessoris. *Dupl. maj.*

Oratio.

DEus, qui Indiárum gentes beáti Francísci praedicatióne et miráculis Ecclésiae tuae aggregáre voluísti : † concéde propítius; ut cujus gloriósa mérita venerámur, * virtútum quoque imitémur exémpla. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Jústus. 1034.

4. S. Petri Chrysologi Episc., Conf. et Eccl. Doct. *Dupl.*

In I. et II. Vesperis Ant. O Dóctor... beáte Pétre Chrysóloge. 1016.

Oratio.

DEus, qui beátum Petrum Chrysólogum Doctórem egrégium, divínitus praemonstrátum, ad regéndam et instruéndam Ecclésiam tuam éligi voluísti : † praesta, quaésumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

Secreta.

SAncti tui Petri Chrysólogi nobis, Dómine, pia non desit orátio : quae et múnera nostra concíliet, et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum.

Postcommunio.

UT nobis, Dómine, tua sacrifícia dent salútem : beátus Petrus Chrysólogus, Póntifex tuus, et Doctor egrégius, quaésumus, precátor accédat. Per Dóminum.

Eadem die. **S. Barbarae Virginis et Martyris.**

Oratio.

Deus, qui inter cétera poténtiae tuae mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : * concéde propítius; ut qui beátae Bárbarae Vírginis et Mártyris tuae natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommnio e Missa Loquébar. 1048.

---

5. **S. Sabbae Abbatis.**

Oratio.

Intercéssio nos, quaésumus Dómine, beáti Sabbae Abbátis comméndet : * ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os justi. *de Communi Abbatum,* 1037.

---

6. **S. Nicolai Episcopi, Confessoris.** *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui beátum Nicoláum Pontíficem innúmeris decorásti miráculis : † tríbue, quaésumus; ut ejus méritis et précibus, * a gehénnae incéndiis liberémur. Per Dóminum.

Secreta.

Sanctífica, quaésumus Dómine, Deus, haec múnera, quae in solemnitáte sancti Antístitis tui Nicolái offérimus : ut per ea, vita nostra inter advérsa et próspera ubíque dirigátur. Per Dóminum.

Postcommunio.

Sacrifícia, quae súmpsimus, Dómine, pro solemnitáte sancti Pontíficis tui Nicolái, sempitérna nos protectióne consérvent. Per Dñum.

---

7. **S. Ambrosii Episc., Conf. et Eccl. Doct.** *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor óptime... beátae Ambrósi. 1016.

Oratio.

Deus, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Ambrósium minístrum tribuísti : † praesta, quaésumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris,* intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

Secreta.

Omnípotens sempitérne Deus, múnera tuae majestáti obláta, per intercessiónem beáti Ambrósii, Confessóris tui atque Pontíficis, ad perpétuam nobis fac proveníre salútem. Per Dóminum.

Postcommunio.

Sacraménta salútis nostrae suscipiéntes, concéde, quaésumus omnípotens Deus : ut beáti Ambrósii, Confessóris tui atque Pontíficis, nos ubíque orátio ádjuvet; in cujus veneratióne haec tuae obtúlimus majestáti. Per Dóminum.

DIE 8. DECEMBRIS.


IN CONCEPTIONE IMMACULATA B. M. V.

Duplex I. classis cum Octava


IN I. VESPERIS

Omnia ut in II. Vesperis, praeter :


Ad Magnif. Ant. 8. G



B E-átam me dí-cent * ómnes gene-ra-ti- ónes,



qui- a fé-cit míhi mágna qui pótens est, allelú- ia.



E u o u a e. *Cant.* Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223.


Et fit Commemoratio Feriae, 910.

Ad Completorium, *Hymnus cantatur in tono Festorum B. M. V.,* 273, *et in fine dicitur :* Jésu tíbi sit glória, Qui nátus es de Vírgine. *Et ita per totam Octavam. Eodem modo cantantur et terminantur omnes Hymni ejusdem metri in Festis occurrentibus infra Octavam. Dominica vero infra Octavam vel in die Octava occurrente, Hymni per totum Officium cantantur in tono Adventus, cum doxologia Dominicae.*


AD LAUDES.

Antiphona. Tóta púlchra es María. *cum reliquis e Vesperis,* 1221. *Psalmi ut in Festis,* 226. *Capitulum.* Dóminus possédit me. 1222.


Hymn. 2.



O glo-ri- ósa Vírginum Sublímis inter sí-de-ra :



Qui te cre-ávit, párvulum Lacténte nútris ú-bere. 2. Quod



Hé-va trí-stis ábstu-lit, Tu réddis álmo gérmine : Intrent

ut ástra flé-bi-les, Caé-li reclú-dis cárdines. 3. Tu Ré-gis álti já-nu a, Et áula lú-cis fúlgida: Ví-tam dátam per Vír-ginem, Géntes redémptae, pláudi-te. 4. Jé-su, tí-bi sit glo-ri- a, Qui nátus es de Vírgine, Cum Pátre et álmo Spí-ri-tu, In sempitérna saé-cu-la. Amen.

℣. Immaculáta Concéptio est hódie sánctae Maríae Vírginis.
℟. Quae serpéntis cáput virgíneo péde contrívit.

Ad Bened. Ant. 3. a

Ait Dóminus Dé-us * ad serpéntem: Inimi-cí-ti-as pónam inter te et mu-lí- erem, et sémen tú-um, et sémen illí- us: í-psa cónte-ret cáput tú-um, alle-lú-ia.

E u o u a e.

Oratio. Deus, qui per immaculátam. 1216.
Et fit Commem. Feriae.

Ad Primam. *Ant.* Tóta púlchra est María. 1221. *In* ℟. *br.* ℣. Qui nátus es de María Vírgine. 234. *Et dicitur per totam Octavam, etiam in Festis occurrentibus, non vero in Dominica quae infra Octavam vel in Octava occurrit. Lect. br.* Signum magnum. 1220.

AD TERTIAM.

Hymnus cantatur et terminatur ut in Festis B. M. V. 1083.

Ant. Vestiméntum túum. 1221. *Capit.* Dóminus possédit me. *e Vesperis,* 1222.

℟. br.


Deus omnípot-ens * Praecínxit me virtú-te. ℣. Et pósu- it immacu-lá-tam ví- am mé-am. Gló-ri- a Pátri.

℣. In hoc cognóvi quóniam voluísti me.
℟. Quóniam non gaudébit inimícus méus super me.

AD MISSAM.

Intr. 3.

Gaudens gaudé- bo * in Dó- mi-no, et exsultá-bit á- nima mé- a in Dé- o mé- o: qui- a índu-it me vestimén- tis sa-lú- tis, et induménto justí- ti- ae cir-cúmdedit me, qua-si spón-sam orná- tam moní- libus sú- is. *Ps.* Exaltábo te, Dómine, quóni-am suscepísti me: * nec de-lectásti in-i-



mícos mé- os super me. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.


Oratio.

Deus, qui per Immaculátam Vírginis Conceptiónem dignum Fílio tuo habitáculum praeparásti : quaésumus; ut qui ex morte ejúsdem Fílii tui praevísa, eam ab omni labe praeservásti, nos quoque mundos ejus intercessióne ad te perveníre concédas. Per eúmdem Dóminum.


Lectio libri Sapientiae. *Prov. 8. c.*

Dominus possédit me in inítio viárum suárum, ántequam quidquam fáceret a princípio. Ab aetérno ordináta sum, et ex antíquis, ántequam terra fíeret. Nondum erant abýssi et ego jam concépta eram : necdum fontes aquárum erúperant : necdum montes gravi mole constíterant : ante colles ego parturiébar : adhuc terram non fécerat, et flúmina, et cárdines orbis terrae. Quando praeparábat caelos, áderam : quando certa lege et gyro vallábat abýssos : quando aéthera firmábat sursum, et librábat fontes aquárum : quando circúmdabat mari términum suum, et legem ponébat aquis, ne transírent fines suos; quando appendébat fundaménta terrae. Cum eo eram cuncta compónens : et delectábar per síngulos dies, ludens coram eo omni témpore, ludens in orbe terrárum, et delíciae meae esse cum fíliis hóminum. Nunc ergo fílii, audíte me : Beáti qui custódiunt vias meas. Audíte disciplínam, et estóte sapiéntes, et nolíte abjícere eam. Beátus homo qui audit me, et qui vígilat ad fores meas quotídie, et obsérvat ad postes óstii mei. Qui me invénerit, invéniet vitam, et háuriet salútem a Dómino.


Grad. 5.




Bene- dí- cta es tu, * Vírgo Ma- rí- a,




a Dómino Dé- o excél- so, prae




ómni- bus mu- li- é- ri- bus su- per térram.



℣. Tu gló- ri- a Je- rú-




sa- lem, tu laetí- ti- a Is- ra- el, tu hono-




ri- fi- cénti- a pópu- li * nóstri.


1.




Al- le- lú- ia. * *ij.*




℣. Tó- ta púlchra es, Ma-



rí- a : et mácu- la o- ri- gi- ná-




lis * non est in te.




In Missis votivis post Septuagesimam, omissis Allelúia et ℣. *sequenti, dicitur :*


Tract. 8.




Fundaménta é- jus * in móntibus




sán- ctis : dí- ligit Dóminus pórtas Sí- on



super ó- mni- a tabernácu- la Já- cob.



Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur :




Allelúia. ℣. Tóta púlchra es. *ut supra*, 1217.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 1. c.*

In illo témpore : Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilaéae, cui nomen Názareth, ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Vírginis María. Et ingréssus Angelus ad eam dixit : Ave, grátia plena : Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus.


Credo *per totam Octavam etiam in Festis occurrentibus.*



Secreta.

Salutárem hóstiam, quam in sollemnitáte Immaculátae Conceptiónis beátae Vírginis Maríae tibi, Dómine, offérimus, súscipe et praesta : ut sicut illam, tua grátia praeveniénte, ab omni labe immúnem profitémur; ita ejus intercessióne a culpis ómnibus liberémur. Per Dóminum.

Praefatio B. M. V. Et te in Conceptióne Immaculáta. 8.



Postcommunio.

Sacraménta quae súmpsimus, Dómine Deus noster, illíus in nobis culpae vúlnera réparent; a qua Immaculátam beátae Maríae Conceptiónem singuláriter praeservásti. Per Dóminum.


AD SEXTAM.

Ant. Tu glória Jerúsalem. 1221.


Capitulum. *Ezech. 44.*

Porta haec clausa erit, non aperiétur, et vir non intrábit per eam, † quóniam Dóminus Deus Israel ingréssus est per eam : éritque clausa Príncipi. * Princeps ipse sedébit in ea.

℟. br.



In hoc cognóvi * Quóni- am vo- lu-ísti me. ℣. Quó-



ni- am non gaudébit in-imí-cus mé-us super me. Gló-ri- a.

℣. Exaltábo te Dómine, quóniam suscepísti me.
℟. Nec delectásti inimícos méos super me.


AD NONAM.

Ant. Trábe nos. 1222.


Capitulum. *Apoc. 12.*

Signum magnum appáruit in caelo : † Múlier amícta sole, et luna sub pédibus ejus, * et in cápite ejus coróna stellárum duódecim.

℟. br.



Ex-altábo te Dómine, * Quóni- am sus- cepísti me.




℣. Nec de-lectásti inimícos mé-os super me. Gló-ri- a Pátri.

℣. Immaculáta Concéptio túa, Déi Génitrix Vírgo.
℟. Gáudium annuntiávit univérso múndo.


IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 1. g 2. 133. — 2. Laudáte púeri. 8. G. 157. — 3. Laetátus sum. 8. c. 178. — 4. Nisi Dóminus. 7. a. 181. — 5. Lauda Jerúsalem. 3. a 2. 209.

1. Ant. 1. g 2




Tota púlchra es Ma-rí- a, * et mácu-la o-ri-giná-




lis non est in te. E u o u a e.


2. Ant. 8. G



Vestiméntum




tú-um * cándidum quasi nix, et fá-ci-es tú- a sic-ut sol.




E u o u a e.


3. Ant. 8. c



Tu gló-ri- a Je-rúsa-lem, * tu laetí-




ti- a Isra- el, tu hono-ri-fi-cénti- a pópu-li nóstri.




E u o u a e.


4. Ant. 7. a



Benedícta es tu, * Vírgo Ma-rí- a,




a Dómino Dé-o excélso prae ómnibus mu-li- é-ribus su-




per térram. E u o u a e.


5. Ant. 3. a 2



Tráhe nos * Vírgo im-



macu-lá-ta, post te curré- mus in odórem unguentó-rum



tu- ó-rum. E u o u a e.


Capitulum. *Prov. 8. c.*

Dominus possédit me in inítio viárum suárum ántequam quidquam fáceret a princípio. † Ab aetérno ordináta sum, et ex antíquis ántequam terra fíeret : * nondum erant abýssi, et ego jam concépta eram.


Hymnus. Ave máris stélla. 1087.

℣. Immaculáta Concéptio est hódie sánctae Maríae Vírginis.
℟. Quae serpéntis cáput virgíneo péde contrívit.

Ad Magnif. Ant. 1. f




Hodi-e * egréssa est vírga de radí-ce Jés-



se : hódi-e sine últa peccá-ti lábe concépta est Ma-



rí-a : hó-di-e contrí-tum est ab é-a cá-put serpéntis



antíqui, alle- lú-ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. f. 212, *vel* 218.

Oratio.

Deus, qui per Immaculátam Vírginis Conceptiónem dignum Fílio tuo habitáculum praeparásti : † quaésumus; ut qui ex morte ejúsdem Fílii tui praevísa, eam ab omni labe praeservásti, * nos quoque mundos ejus intercessióne ad te pervenire concédas. Per eúmdem Dñum.

Et fit commemoratio Feriae.

10. S. Melchiadis Papae et Martyris.

Oratio.

Infirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : * et quia pondus própriae actiónis gravat, beáti Melchíadis Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de uno Martyre Pontifice,* 960.

11. S. Damasi I. Papae, Confessoris. *Semid.*

Oratio.

Exáudi Dómine preces nostras : † et interveniénte beáto Dámaso Confessóre tuo atque Pontífice, * indulgéntiam nobis tríbue placátus et pacem. Per Dóminum.

Secreta.

Accépta tibi sit, Dómine, sacrátae plebis oblátio, pro tuórum honóre Sanctórum : quorum se méritis percepísse de tribulatióne cognóscit auxílium. Per Dóminum.


Postcommunio.

Da, quaésumus, Dómine, fidélibus pópulis Sanctórum tuórum semper veneratióne laetári : et eórum perpétua supplicatióne muníri. Per Dóminum.


13. S. Luciae Virginis et Martyris. *Duplex.*

In I. Vesperis.


Ant. 1. f




In tú-a pa-ti-énti-a * possedísti ánimam tú-am,



Lú-ci- a spónsa Chrísti : odísti quae in múndo sunt, et co-



rúscas cum Ange- lis : sánguine própri- o in-imí-cum




vi-císti.


℣. Spécie túa et pulchritúdine túa.
℟. Inténde, próspere procéde et régna.

In II. Vesperis.

Ant. 7. c



Tanto pónde-re é-am fíxit * Spí-ri-tus Sánctus,



ut Vírgo Dómi-ni immó-bi-lis permané-ret.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis túis.
℟. Proptérea benedíxit te Déus in aetérnum.

Oratio.

Exáudi nos, Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae Lúciae Vírginis et Mártyris tuae festivitáte gaudémus; * ita piae devotiónis erudiámur affectu. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Dilexísti. 1056.

15. Octava Concept. Immac. B. M. V. *Dupl. maj.*

Omnia ut in Festo, 1213.

16. S. Eusebii Episcopi et Martyris. *Semid.*

Oratio.

Deus, qui nos beáti Eusébii Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sacerdótes Dei. 963.


21. SANCTI THOMAE APOSTOLI.

Duplex II. Classis.


In Vesperis et ad Horas *omnia de Communi Apostolorum,* 939, *praeter :*

In I. et II. Vesperis, ad Magnificat.

Ant. 8. G



Qui-a vi-dísti me, * Thóma, credi-dí-sti : be-á-ti qui



non vidérunt, et credidérunt, alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio.* Da nóbis. *ut infra.*

AD MISSAM.

Introitus. Míhi autem nimis. 1206.


Oratio.

Da nobis, quaésumus Dómine, beáti Apostóli tui Thomae solemnitátibus gloriári : † ut ejus semper et patrocíniis sublevémur, * et fidem cóngrua devotióne sectémur. Per Dóminum.


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Ephesios. *Ephes. 2. d.*

Fratres : Jam non estis hóspites et ádvenae; sed estis cives sanctórum, et doméstici Dei : superaedificáti super fundaméntum Apostolórum et Prophetárum, ipso summo angulári lápide Christo Jesu : in quo omnis aedificátio constrúcta crescit in templum sanctum in Dómino, in quo et vos coaedificámini in habitáculum Dei in Spíritu.


Grad. 2.




Nimis * hono-rá- ti sunt amí- ci tú- i,




Dé- us : ni-mis confortá- tus




est principá- tus e- ó- rum.



℣. Dinumerábo é-




os : et su- per aré-




nam * multipli- cabún-tur.


4.



Al- le-lú- ia. * *ij.* ℣. Gau- dé- te



jú- sti in Dó- mi-no : ré- ctos dé-



cet * col-laudá- ti- o.


✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 20. f.*

In illo témpore : Thomas, unus ex duódecim, qui dícitur Dídymus, non erat cum eis, quando venit Jesus. Dixérunt ergo ei álii discípuli : Vídimus Dóminum. Ille autem dixit eis : Nisi vídero in mánibus ejus fixúram clavórum, et mittam dígitum meum in locum clavórum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam. Et post dies octo, íterum erant discípuli ejus intus, et Thomas cum eis. Venit Jesus jánuis

clausis, et stetit in médio, et dixit : Pax vobis. Deínde dicit Thomae : Infer dígitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum : et noli esse incrédulus, sed fidélis. Respóndit Thomas, et dixit ei : Dóminus meus, et Deus meus. Dixit ei Jesus : Quia vidísti me, Thoma, credidísti : Beáti qui non vidérunt, et credidérunt.

Credo.

Offert. 2.




Secreta.

Debitum tibi, Dómine, nostrae réddimus servitútis, supplíciter exorántes : ut suffrágiis beáti Thomae Apóstoli, in nobis tua múnera tueáris, cujus honoránda confessióne laudis tibi hóstias immolámus. Per Dóminum.

Praefatio de Apostolis, 8.

Comm. 6.



Postcommunio.

Adésto nobis, misericors Deus : et, intercedénte pro nobis beáto Thoma Apóstolo ; tua circa nos propitiátus dona custódi. Per Dóminum nostrum.

FESTA JANUARII.

14. S. Hilarii Episcopi, Conf. et Eccl. Doctoris. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Hilári. 1016.

Oratio.

Deus, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Hilárium minístrum tribuísti : † praesta quaésumus ; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa In médio. 1021.

Eadem die. S. Felicis Presbyteri et Mart.

Oratio.

Concéde, quaésumus omnípotens Deus : * ut ad meliórem vitam Sanctórum tuórum exémpla nos próvocent ; quátenus quorum solémnia ágimus, étiam actus imitémur. Per Dóminum.

Secreta.

Hostias tibi, Dómine, beáti Felícis Mártyris tui dicátas méritis benígnus assúme : et ad perpétuum nobis tríbue proveníre subsídium. Per Dóminum.

Postcommunio.

Quaésumus, Dómine, salutáribus repléti mystériis : ut beáti Felícis Mártyris tui, cujus solémnia celebrámus, oratiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

15. S. Pauli Primi Eremitae, Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui nos beáti Pauli Confessóris tui ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius : ut cujus natalítia cólimus, * étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. *de Communi unius Confessoris non Pontificis,* 1031.

Eadem die. S. Mauri Abbatis.

Oratio.

Intercéssio nos, quaésumus Dómine, beáti Mauri Abbátis comméndet : * ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. *de Communi Abbatum,* 1037.

16. S. Marcelli I. Papae, Martyris. *Semid.*

Oratio.

Preces pópuli tui, quaésumus Dómine, cleménter exáudi : ut beáti Marcélli, Mártyris tui atque Pontíficis, méritis adjuvémur, cujus passióne laetámur. Per Dóminum.

Secreta.

Suscipe, quaésumus Dómine, múnera dignánter obláta : et, beáti Marcélli Mártyris tui atque Pontíficis suffragántibus méritis, ad nostrae salútis auxílium provenire concéde. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris : ejus, quaésumus, semper interventióne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum.

17. S. Antonii Abbatis. *Duplex.*

Oratio.


Intercéssio nos, quaésumus Dómine, beáti Antónii Abbátis comméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os justi. *de Communi Abbatum*, 1037.

18. Cathedrae S. Petri, qua Romae primum sedit. *Dupl. maj.*

In I. Vesperis.

Ant. 1. f



(*Cant.* Magníficat. 1. f. 212, *vel* 218.)

℣. Tu es Pétrus. ℟. Et super hanc pétram aedificábo Ecclésiam méam.

Orat. Deus, qui beáto Petro. *ut infra. — Deinde fit commem. S. Pauli ante alias quascumque commemorationes. Quod et servatur in commem. S. Petri, quae fit in Festis S. Pauli.*

Pro commem. S. Pauli Ap., Ant. Sáncte Páule. 1240. ℣. Tu es vas. *Oratio.* Deus, qui multitúdinem. *ut infra.*

Postea fit commemoratio S. Priscae Virg. et Mart. Ant. Véni spónsa. 1037. ℣. Spécie túa. *Oratio.* Da quaésumus. *ut infra.*

Ad Missam.

Oratio.

Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni caeléstis, ligándi atque solvéndi pontifícium tradidísti : † concéde; ut intercessiónis ejus auxílio, * a peccatórum nostrórum néxibus liberémur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Pro S. Paulo. Oratio.

Deus, qui multitúdinem géntium beáti Pauli Apóstoli praedicatióne docuísti : da nobis quaésumus; ut cujus commemoratiónem cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Pro S. Prisca. Oratio.

Da, quaésumus omnípotens Deus : * ut qui beátae Priscae Vírginis et Mártyris tuae natalítia cólimus, et ánnua solemnitáte laetémur, et tantae fídei proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Secreta.

Ecclésiae tuae, quaésumus Dómine, preces et hóstias beáti Petri Apóstoli commendet orátio : ut, quod pro illíus glória celebrámus, nobis prosit ad véniam. Per Dóminum.

Pro S. Paulo. Secreta. Apóstoli tui. 1237.

Pro S. Prisca. Secreta.

Haec hóstia, quaésumus Dómine, quam Sanctórum tuórum natalítia recenséntes offérimus, et víncula nostrae pravitátis absólvat, et tuae nobis misericórdiae dona concíliet. Per Dóminum.

Postcommunio.

Laetíficet nos, Dómine, munus oblátum : ut, sicut in Apóstolo tuo Petro te mirábilem praedicámus; sic per illum tuae sumámus indulgéntiae largitátem. Per Dóminum.

Pro S. Paulo. Postcommunio. Sanctificáti. 1237.

Pro S. Prisca. Postcommunio.

Quaésumus Dómine, salutáribus repléti mystériis : ut cujus solémnia celebrámus, ejus oratiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

In II. Vesperis.

Ant. Dum ésset súmmus Póntifex. 1009.

℣. Elégit te Dóminus sacerdótem síbi.
℟. Ad sacrificándum éi hóstiam láudis.

Deinde fit commemoratio S. Pauli Apostoli, ut supra, 1228.

19. SS. Marii, Marthae, Audifacis et Abachum Mart. *Simpl.*

Oratio.

Exáudi Dómine pópulum tuum cum Sanctórum tuórum patrocínio supplicántem : * ut et temporális vitae nos tríbuas pace gaudére, et aetérnae reperíre subsídium. Per Dóminum.

Secreta.

Preces, Dómine, tuórum réspice oblationésque fidélium : ut et tibi grata sint pro tuórum festivitáte sanctórum, et nobis cónferant tuae propitiatiónis auxílium. Per Dóminum.

Postcommunio.

Sanctórum tuórum, Dómine, intercessióne placátus : praesta, quaésumus; ut, quae temporáli celebrámus actióne, perpétua salvatióne capiámus. Per Dóminum nostrum.

Eadem die. **S. Canuti Regis et Martyris.**

Oratio.

Deus, qui ad illustrándam Ecclésiam tuam, beátum Canútum regem martýrii palma et gloriósis miráculis decoráre dignátus es : † concéde propítius ; ut sicut ipse Dominicae passiónis imitátor fuit, ita nos per ejus vestígia gradiéntes, * ad gáudia sempitérna perveníre mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa In virtúte túa. 966.

---

20. SS. Fabiani Papae et Sebastiani Martyrum. *Dupl.*

Oratio.

Infirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : et quia pondus própriae actiónis gravat, beatórum Mártyrum tuórum Fabiáni et Sebastiáni intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Secreta.

Hostias tibi, Dómine, beatórum Mártyrum tuórum Fabiáni et Sebastiáni dicátas méritis, benígnus assúme : et ad perpétuum nobis tríbue proveníre subsídium. Per Dóminum.

Postcommunio.


Reflécti participatióne múneris sacri, quaésumus Dómine Deus noster : ut, cujus exséquimur cultum, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Fabiáno et Sebastiáno, sentiámus effectum. Per Dóminum.

---


21. S. Agnetis Virginis et Martyris. *Duplex.*

In I. Vesperis.


Ant. 8. G




B E-á-ta Agnes, * in médi-o flammárum, expánsis




má-nibus orá-bat : Te dépre-cor, vene-ránde, co-lénde,




Páter metu-én- de : qui- a per sánctum Fí-li-um tú- um



mí-nas evá-si sacrí-legi tyránni, et cárnis spurcí-ti-as



immacu-lá-to cálle transí-vi : et ecce vé-ni- o ad te,




quem amá-vi, quem quaesí-vi, quem semper optá-vi.


℣. Spécie túa et pulchritúdine túa.
℟. Intende, próspere procéde, et régna.

In II. Vesperis.


Ant. 1. f




S Tans be-á-ta Agnes * in médi-o flámmae,



expánsis máni-bus, o-rá- bat ad Dóminum : Omní-



pot-ens, adorán- de, co-lén-de, treménde : bene-dí-co



te, et glo-rí-fi-co nómen tú- um in aetérnum.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis túis.
℟. Proptérea benedíxit te Déus in aetérnum.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui infírma mundi éligis, ut fórtia quaeque confúndas : † concéde propítius ; ut qui beátae Agnétis Vírginis et Mártyris tuae solémnia cólimus, * ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Secreta.

Hostias, Dómine, quas tibi offérimus, propítius súscipe : et intercedénte beáta Agnéte Vírgine et Mártyre tua, víncula peccatórum nostrórum absólve. Per Dóminum.

Postcommunio.

REfécti cibo potúque caeléstii, Deus noster, te súpplices exorámus : ut, in cujus haec commemoratióne percépimus, ejus muniámur et précibus. Per Dóminum.

22. SS. Vincentii et Anastasii Martyrum. *Semid.*

Oratio.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris : ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, beatórum Mártyrum tuórum Vincéntii et Anastásii intercessióne liberémur. Per Dóminum nostrum.

Secreta.

MUnera tibi, Dómine, nostrae devotiónis offérimus : quae et pro tuórum tibi grata sint honóre justórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum.

Postcommunio.

QUaésumus, omnípotens Deus : ut qui caeléstia aliménta percépimus, intercedéntibus beátis Martýribus tuis Vincéntio et Anastásio, per haec contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum nostrum.

23. S. Raymundi de Pennafort Confessoris. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui beátum Raymúndum paeniténtiae Sacraménti insígnem minístrum elegísti, et per maris undas mirabíliter traduxísti : concéde; ut ejus intercessióne dignos paeniténtiae fructus fácere, et ad aetérnae salútis portum perveníre valeámus. Per Dóminum nostrum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os justi. 1031.

Eadem die. **S. Emerentianae Virg. et Mart.**

Oratio.

INdulgéntiam nobis, quaésumus Dómine, beáta Emerentiána Virgo et Martyr implóret; * quae tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis, et tuae professióne virtútis. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Me exspectavérunt. 1052.

24. S. Timothei Episcopi et Martyris. *Duplex.*

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, * beáti Timóthei Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de Comm. unius Mart. Pont.* 960.

25. In Conversione S. Pauli Apostoli.

Duplex majus.


IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Confitébor. 8. G. 145. — 3. Beátus vir. 4. A. 149. — 4. Laudáte púeri. 8. G. 157. — 5. Laudáte Dóminum. 8. G. 173.

Antiphonae, Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 1238.

℣. Tu es vas electiónis, sáncte Páule Apóstole.
℟. Praedicátor veritátis in univérso múndo.

Ad Magnif. Ant. 7. a



Cant. Magníficat. 7. a. 216, *vel* 222. — *Oratio.* Deus qui univérsum. 1234.

Commem. S. Petri. Ant. Tu es pástor. 1228. ℣. Tu es Pétrus. *Oratio.* Deus, qui beáto Petro. 1228.


Ad Primam. *Ant.* Ego plantávi. 1238. *Lect. br.* Saulus autem. 1239.


AD TERTIAM.

Ant. Libénter gloriábor. 1238. *Capitulum,* Saulus adhuc. *e Vesperis.* ℟. *br.* In ómnem térram. 941. ℣. Constítues.

AD MISSAM.

Intr. 1.





Oratio.


Deus, qui univérsum mundum beáti Pauli Apóstoli praedicatióne docuísti : † da nobis quaésumu ; ut qui ejus hódie Conversiónem cólimus, * per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Et fit commem. de S. Petro Apostolo. Oratio. Deus, qui beáto Petro. 1228.

Lectio Actuum Apostolorum. *Act. 9.*

In diébus illis : Saulus adhuc spirans minárum, et caedis in discípulos Dómini, accéssit ad príncipem sacerdótum, et pétiit ab eo epístolas in Damáscum ad synagógas : ut si quos invenísset hujus viae viros, ac mulíeres, vinctos perdúceret in Jerúsalem. Et cum iter fáceret, contígit, ut appropinquáret Damásco : et súbito circumfúlsit eum lux de caelo. Et cadens in terram, audívit vocem dicéntem sibi : Saule, Saule, quid me perséqueris? Qui dixit : Quis es, Dómine? Et ille : Ego sum Jesus, quem tu perséqueris : durum est tibi contra stímulum calcitráre. Et tremens, ac stupens, dixit : Dómine, quid me vis fácere? Et Dóminus ad eum : Surge, et ingrédere civitátem, et ibi dicétur tibi quid te opórteat fácere. Viri autem illi, qui comitabántur cum eo, stabant stupefácti, audiéntes quidem vocem, néminem autem vidéntes. Surréxit autem Saulus de terra, apertísque óculis nihil vidébat. Ad manus autem illum trahéntes, introduxérunt Damáscum Et erat ibi tribus diébus non videns, et non manducávit, neque bibit. Erat autem quidam discípulus Damásci, nómine Ananías : et dixit ad illum in visu Dóminus : Anania. At ille ait : Ecce ego, Dómine. Et Dóminus ad eum : Surge, et vade in vicum, qui vocátur rectus : et quaére in domo Judae Saulum nómine Tarsénsem : ecce enim orat. (Et vidit virum, Ananíam nómine, introeúntem, et imponéntem sibi manus, ut visum recípiat.) Respóndit autem Ananías : Dómine, audívi a multis de viro hoc, quanta mala fécerit sanctis tuis in Jerúsalem : et hic habet potestátem a princípibus sacerdótum alligándi omnes, qui ínvocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dóminus : Vade, quóniam vas electiónis est mihi iste, ut portet nomen meum coram géntibus, et régibus, et fíliis Israël. Ego enim osténdam illi, quanta opórteat eum pro nómine meo pati. Et ábiit Ananías, et introívit in domum : et impónens ei manus, dixit : Saule frater, Dóminus misit me Jesus, qui appáruit tibi in via, qua veniébas, ut vídeas, et impleáris Spíritu sancto. Et conféstim cecidérunt ab óculis ejus tamquam squamae, et visum recépit : et surgens baptizátus est. Et cum accepísset cibum, confortátus est. Fuit autem cum discípulis, qui erant Damásci, per dies áliquot. Et contínuo in synagógis praedicábat Jesum, quóniam hic est Fílius Dei. Stupébant autem omnes, qui audiébant, et dicébant : Nonne hic est, qui expugnábat in Jerúsalem eos, qui invocábant nomen istud : et huc ad hoc venit, ut vinctos illos dúceret ad príncipes sacerdótum? Saulus autem multo magis convalescébat, et confundébat Judaeos, qui habitábant Damásci, affírmans quóniam hic est Christus.

Grad. 5.



2.

A Lle-lú- ia. * ij. ℣. Mágnus sán-

ctus Páu- lus, vas e-lecti- ó-

nis, vere dí- gne est glo-ri-fi- cándus,

qui et mé-ru- it thrónum du-odé-

cimum * pos-sidé- re.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*

Tract. 2.

T U es vas * e-le-cti- ó- nis, sáncte Páu-

le Apó- sto-le : vere dí-gne es glori- fi-

cán- dus. ℣. Praedicá- tor ve-ri-tá- tis, et

Dóctor gén- ti- um in fí-

de et veri-tá- te. ℣. Per te ómnes

gén- tes cogno-vé- runt grá- ti- am

Dé- i. ℣. Inter- cé-

de pro nó- bis ad Dé- um, qui

te * e-lé- git.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 19. d.*

In illo témpore : Dixit Petrus ad Jesum : Ecce nos relíquimus ómnia, et secúti sumus te : quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis : Amen dico vobis, quod vos, qui secúti estis me, in regeneratióne, cum séderit Fílius hóminis in sede majestátis suae, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israël. Et omnis, qui relíquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut fílios, aut agros, propter nomen meum, céntuplum accípiet, et vitam aetérnam possidébit. Credo.

Offertorium. Mihi autem. 1207.

Secreta.

Apóstoli tui Pauli précibus, Dómine, plebis tuae dona sanctífica : ut quae tibi tuo grata sunt institúto, gratióra fiant patrocínio supplicántis.

Pro S. Petro. Secreta. Ecclésiae tuae. 1229.

Praefatio de Apostolis, 8.

Communio. Amen, díco vóbis. 1034.

Postcommunio.

Sanctificáti, Dómine, salutári mystério, quaésumus : ut nobis ejus non desit orátio, cujus nos donásti patrocínio gubernári.

Pro S. Petro. Laetíficet nos. 1229.

AD SEXTAM.

Ant. Grátia Déi. 1238.

Capitulum. *Act. 9. b.*

Surréxit autem Saulus de terra, apertísque óculis nihil vidébat. † Ad manus autem illum trahéntes, introduxérunt Damáscum. * Et erat ibi tribus diébus non videns, et non manducávit neque bibit.

℟. *br.* Constítues éos. 941. ℣. Nimis honoráti sunt.

AD NONAM.

Ant. Ter vírgis caésus sum. 1239.

Capitulum. *Act. 9. d.*

Saulus autem multo magis convalescébat, † et confundébat Judaéos qui habitábant Damásci, * affírmans quóniam hic est Christus.

℟. *br.* Nimis honoráti sunt. 942. ℣. Annuntiavérunt.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Laudáte púeri. 8. G. 157. — 3. Crédidi. 4. A. 169. — 4. In convertendo 8. G. 180. — 5. Dómine probásti me. 8. G. 194.

1. Ant. 8. G

Ego plantá-vi, * Apól-lo ri-gá-vit : Dé- us au-tem increméntum † dé-dit, alle-lú- ia. *Post Sept.* dé-dit.

E u o u a e.

2. Ant. 8. G

Libénter glo-rí- ábor * in infirmi-tá-tibus mé- is, ut inhábitet in me vírtus Chrí-sti.

E u o u a e.

3. Ant. 4. A

Grá-ti- a Dé- i * in me vácu-a non fú-it : sed grá-ti- a é-jus semper in me má-net.

E u o u a e.

4. Ant. 8. G

Damásci, * praepósi-tus géntis Aré-

tae régis vó-lu- it me comprehéndere : a frátribus per mú- rum submíssus sum in spórta : et sic e-vá-si má-nus éjus in nómine Dómini. E u o u a e.

5. Ant. 8. G


Ter vírgis caésus sum, * semel lapi-dátus sum : ter naufrá-gi-um pértu-li pro Chrí- sti nómine. E u o u a e.

Capitulum. *Act. 9.*


Saulus adhuc spirans minárum et caedis in discípulos Dómini, accéssit ad príncipem sacerdótum, † et pétiit ab eo epístolas in Damáscum ad synagógas : * ut si quos invenísset hujus viae viros ac mulíeres, vinctos perdúceret in Jerúsalem.

Hymn. 4.

E-grégi-e Dóctor Páule, mó-res ínstru-e, Et nóstra técum péctora in caé-lum tráhe : Ve- láta dum me-rí-di- em cérnat fídes, Et só-lis instar só-la régnet cá-ri-tas. 2. Sit Tri-ni- tá-ti sempi- térna glóri- a, Hónor,




pot-éstas, atque ju-bi- lá-ti- o, In uni- tá-te quae gubér-




nat ómni- a, Per univérs*a* aeterni-tá-tis saécu-la. Amen.

℣. Tu es vas electiónis, sáncte Páule Apóstole.
℟. Praedicátor veritátis in univérso múndo.


Ant. 8. G



SAncte Páule Apósto-le, * praedi-cá-tor ve-ri-tá-



tis, et Dóctor génti- um : intercéde pro nóbis ad Dé- um,



qui te e-lé-git. E u o u a e.

Cant. Magníficat 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio.* Deus, qui. 1234.

Commemoratio S. Petri. Ant. Tu es pástor. 1228. ℣. Tu es Pétrus. *Oratio.* Deus, qui beáto Petro. 1228.

26. S. Polycarpi Episcopi et Martyris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui nos beáti Polycárpi Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solémnitáte laetíficas : † concéde propítius : ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sacerdótes Dei. 963.

27. S. Joannis Chrysostomi Ep., Conf. et Eccl. Doct. *Dupl.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Doctor... beáte Joánnes Chrysóstome. 1016.

Oratio.

ECclésiam tuam quaésumus Dómine, grátia caeléstis amplífícet : * quam beáti Joánnis Chrysóstomi Confessóris tui atque Pontíficis illustráre voluísti gloriósis méritis et doctrínis. Per Dóminum.

Secreta.


SAncti Pontíficis tui Joánnis Chrysóstomi nobis, Dómine, pia non desit orátio : quae et múnera nostra concíliet, et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum.

Postcommunio.


UT nobis, Dómine, tua sacrifícia dent salútem : beátus Joánnes Chrysóstomus Póntifex tuus et Doctor egrégius, quaésumus, precátor accédat. Per Dóminum.

28. S. Agnetis Virginis et Martyris. *Secundo.*

Ant. 1.



STans a déxtris é-jus * Agnus níve candí-di- or,



Chrístus sí- bi spónsam et mártyrem consecrá-vit.

℣. Spécie túa et pulchritúdine túa.
℟. Inténde, próspere procéde, et régna.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beátae Agnétis Vírginis et Mártyris tuae solemnitáte laetíficas : da quaésumus; ut quam venerámur offício, étiam piae conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

Secreta.

SUper has, quaésumus Dómine, hóstias benedíctio copiósa descéndat : quae et sanctificatiónem nobis cleménter operétur, et de Mártyrum nos solemnitáte laetíficet. Per Dóminum.

Postcommunio.

SUmpsimus, Dómine, celebritátis ánnuae votíva sacraménta : praesta, quaésumus; ut et temporális vitae nobis remédia praébeant, et aetérnae. Per Dóminum.

29. S. Francisci Salesii Ep., Conf. et Eccl. Doct. *Dupl.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Francísce. 1016.

Oratio.

DEus, qui ad animárum salútem beátum Franciscum Confessórem tuum atque Pontíficem ómnibus ómnia factum esse voluísti : † concéde propítius : ut caritátis tuae dulcédine perfúsi, * ejus dirigéntibus mónitis ac suffragántibus méritis, aetérna gáudia consequámur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa In médio. 1021.

30. **S. Martinae Virginis et Martyris.** *Semid.*

Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiae tuae mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : † concéde propítius; ut qui beátae Martínae Vírginis et Mártyris natalítia cólimus, * per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum nostrum.

Secreta et Postcommunio e Missa Loquébar. 1048.

31. **S. Petri Nolasci Confessoris.** *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui in tuae caritátis exémplum, ad fidélium redemptiónem sanctum Petrum Ecclésiam tuam nova prole fecundáre divínitus docuísti : † ipsíus nobis intercessióne concéde a peccáti servitúte solútis, * in caelésti pátria perpétua libertáte gaudére. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Secreta et Postcommunio e Missa Jústus. 1034.

FESTA FEBRUARII.

1. **S. Ignatii Episcopi et Martyris.** *Duplex.*

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, * beáti Ignátii Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de comm. unius Martyris Pont.* 960.

DIE 2. FEBRUARII.


IN PURIFICATIONE B. MARIAE VIRGINIS.

Duplex II. Classis.


IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 1252, *praeter sequentia : Psalmi et Antiphonae ut in Circumcisione,* 406.


Ad Magnif. Ant. 1. D




SEnex * pú-erum portá- bat, pú- er au-tem



sénem regé-bat : quem Vírgo pépe-rit, et post pártum



Vírgo permánsit : ípsum quem génu- it, ado-rá-vit



E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D. 212, *vel* 218. — *Oratio.* Omnípotens. 1249.

Ad Completorium *Hymnus cantatur in tono Festorum. B. M. V.*, 273 *et in fine dicitur :* Jésu tíbi sit glória, qui nátus es de Vírgine.

Ad Primam. *Ant.* Símeon jústus. 1252. *In* ℟. *br.* ℣. Qui nátus es de María Vírgine. 234. *Lect. br.* Et placébit. 1252.

AD TERTIAM.

Hymnus cantatur in tono Festorum B. M. V. 1083.

Ant. Respónsum accépit Símeon. 1253. *Capitulum.* Ecce ego. *e Vesperis,* 1253. ℟. *br.* Spécie tua. 1084. ℣. Adjuvábit eam.

AD BENEDICTIONEM CANDELARUM.

Finita Tertia, Sacerdos procedit ad benedicendum Candelas in medio ante Altare, vel ad cornu Epistolae positas. Et ipse ibidem stans versus ad Altare, dicit :

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus. *Oratio.*

DOmine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus, qui ómnia ex níhilo creásti, et jussu tuo per ópera apum hunc liquórem ad perfectiónem cérei veníre fecísti : et qui hodiérna die petitiónem justi Simeónis implésti : te humíliter deprecámur; ut has candélas ad usus hóminum, et sanitátem córporum et animárum, sive in terra, sive in aquis, per invocatiónem tui sanctíssimi nóminis, et per intercessiónem beátae Maríae semper Vírginis, cujus hódie festa devóte celebrántur, et per preces ómnium Sanctórum tuórum bene✠dícere, et sancti✠ficáre dignéris : et hujus plebis tuae, quae illas honorífice in mánibus desíderat portáre, teque cantándo laudáre, exáudias voces de caelo sancto tuo et de sede majestátis tuae : et propítius sis ómnibus clamántibus ad te, quos redemísti pretióso sánguine Fílii tui : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum ulnis sancti Simeónis in templo sancto tuo suscipiéndum praesentásti : tuam súpplices deprecámur cleméntiam; ut has candélas, quas nos fámuli tui, in tui nóminis magnificéntiam suscipiéntes, gestáre cúpimus luce accénsas, bene✠dícere, et sancti✠ficáre, atque lúmine supérnae benedictiónis accéndere dignéris : quátenus eas tibi Dómino Deo no-

stro offeréndo digni, et sancto igne dulcíssimae caritátis tuae succénsi, in templo sancto glóriae tuae repraesentári mereámur. Per eúmdem Dóminum... ℟. Amen.

Orémus.

Domine Jesu Christe, lux vera quae illúminas omnem hóminem veniéntem in hunc mundum: effúnde bene✠dictiónem tuam super hos céreos, et sanctí✠fica eos lúmine grátiae tuae, et concéde propítius; ut, sicut haec luminária igne visíbili accénsa noctúrnas depéllunt ténebras; ita corda nostra invisíbili igne, id est, Sancti Spíritus splendóre illustráta, ómnium vitiórum caecitáte cáreant: ut, purgáto mentis óculo, ea cérnere possímus, quae tibi sunt plácita, et nostrae salúti utília; quátenus post hujus saéculi caliginósa discrímina, ad lucem indeficiéntem perveníre mereámur. Per te, Christe Jesu, Salvátor mundi, qui in Trinitáte perfécta vivis et regnas Deus, per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.


Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, qui per Móysen fámulum tuum, puríssimum ólei liquórem ad luminária ante conspéctum tuum júgiter concinnánda praeparári jussísti: bene✠dictiónis tuae grátiam super hos céreos benígnus infúnde; quátenus sic adminístrent lumen extérius, ut, te donánte, lumen Spíritus tui nostris non desit méntibus intérius. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus... ℟. Amen.


Orémus.

Domine Jesu Christe, qui hodiérna die in nostrae carnis substántia inter hómines appárens, a paréntibus in templo es praesentátus: Quem Símeon venerábilis senex, lúmine Spíritus tui irradiátus, agnóvit, suscépit, et benedíxit: praesta propítius; ut ejúsdem Spíritus Sancti grátia illumináti atque edócti, te veráciter agnoscámus, et fidéliter diligámus: Qui cum Deo Patre in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti vivis et regnas Deus, per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.


Finitis Orationibus, Celebrans ponit incensum in thuribulum, deinde ter aspergit aqua benedicta, dicendo Antiphonam Asperges me, *sine cantu et sine Psalmo: et ter adolet incenso. Et cum inceperit distribuere Candelas, a Choro cantatur:*



Deinde repetitur tota Antiphona Lúmen. *quae similiter repetitur post quemlibet versum*



His expletis cantatur:



Sacerdos dicit: Orémus. *Et si fuerit post Septuagesimam, et non in die Dominica, Diaconus dicit:* Flectámus génua. ℟. Leváte.

Oratio.

Exáudi, quaésumus Dómine, plebem tuam: et quae extrínsecus ánnua tríbuis devotióne venerári, intérius ássequi grátiae tuae luce concéde. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde fit Processio. Et primo Celebrans ponit incensum in thuribulum, postea Diaconus vertens se ad populum, dicit :

Procedámus in páce.

Et Chorus respondet :

In nómine Christi. Amen. *vel :* Amen.

Progreditur Processio, et cantantur Antiphonae sequentes :

Ant. 6.

ADórna * thálamum tú- um, Sí- on, et súsci- pe Régem Chrí- stum: ampléctere Ma- rí- am, quae est caelé- stis pórta : ípsa enim pór- tat Ré-gem gló- ri- ae nóvi lúminis : subsístit Vírgo addúcens mánibus Fí- li- um ante lucí- fe- rum : quem accípi- ens Síme- on in úlnas sú- as praedi-cá-vit pópu- lis Dó- minum é- um ésse ví- tae et mórtis, et Salvató-rem mún- di.


Alia Ant. 2.

REspónsum * accépit Síme- on a Spí- ri-tu Sáncto, non vi-sú-rum se mórtem, ni-si vidé-ret Chrístum Dómi- ni : et cum indú-ce- rent pú- e-rum in témplum, accépit é- um in úl- nas sú- as, et bene-dí-xit Dé- um, et díxit : Nunc dimít-tis, Dó- mi-ne, sérvum tú- um in pá- ce.


Et ingrediendo Ecclesiam, cantatur :

Resp. 2.


OBtu-lé-runt * pro é- o Dómino par túrtu- rum, aut dú- os púl- los co- lum- bá- rum : * Sic- ut scrí- ptum est in lé- ge Dómi- ni.




℣. Postquam au- tem implé-ti sunt dí- es purga-ti- ónis Ma-




rí-ae, secúndum légem Mó-y- si, tu-lérunt Jésum in Je-



rúsa-lem, ut síste-rent é- um Dó- mi- no. * Sic-ut.



Gló- ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí- tu- i Sán-




cto. * Sic-ut.


Finita Processione, celebratur Missa. Et Candelae tenentur in manibus accensae dum legitur Evangelium, et iterum ad elevationem Sacramenti usque ad Communionem. Si vero Missa fieret de Dominica, Candelae non accenduntur.

AD MISSAM.


Intr. 1.




Uscé-pimus, * Dé- us, mi-se-ri-córdi- am tú- am




in mé- di- o témpli tú- i : secúndum nó-men




tú- um, Dé- us, i- ta et laus tú- a in fí-nes




tér- rae : justí- ti- a plé- na est déxte-ra tú- a.



Ps. Mágnus Dóminus et laudábi-lis nimis : * in ci-vi-tá-te



Dé- i nóstri, in mónte sáncto é- jus. Gló-ri- a Pátri.



E u o u a e.


Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, majestátem tuam súpplices exorámus : †ut sicut unigénitus Fílius tuus hodiérna die cum nostrae carnis substántia in templo est praesentátus; * ita nos fácias purificátis tibi méntibus praesentári. Per eúmdem Dóminum.


Lectio Malachiae Prophetae. *Malach. 3.*

Haec dicit Dóminus Deus : Ecce ego mitto Angelum meum, et praeparábit viam ante fáciem meam. Et statim véniet ad templum suum Dominátor, quem vos quaéritis, et Angelus testaménti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dóminus exercítuum : et quis póterit cogitáre diem advéntus ejus, et quis stabit ad vidéndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullónum : et sedébit conflans et emúndans argéntum, et purgábit fílios Levi, et colábit eos quasi aurum et quasi argéntum : et erunt Dómino offeréntes sacrifícia in justítia. Et placébit Dómino sacrifícium Juda et Jerúsalem, sicut dies saéculi, et sicut anni antíqui : dicit Dóminus omnípotens.


Grad. 5.




Uscé- pi-mus, * Dé- us, mi-se- ri-córdi- am




tú- am in mé-di- o témpli tú- i : secúndum




nómen tú- um, Dé- us, i- ta et laus tú- a




in fí- nes térrae. ℣. Sicut au-



Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*





✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 2. c.*

In illo témpore : Postquam impléti sunt dies purgatiónis Maríae secúndum legem Móysi, tulérunt Jesum in Jerúsalem, ut sísterent eum Dómino, sicut scriptum est in lege Dómini : Quia omne masculínum adapériens vulvam, sanctum Dómino vocábitur. Et ut darent hóstiam secúndum quod dictum est in lege Dómini, par túrturum, aut duos pullos columbárum. Et ecce homo erat in Jerúsalem, cui nomen Símeon, et homo iste justus et timorátus, exspéctans consolatiónem Israel, et Spíritus Sanctus erat in eo. Et respónsum accéperat a Spíritu Sancto, non visúrum se mortem, nisi prius vidéret Christum Dómini. Et venit in spíritu in templum. Et cum indúcerent púerum Jesum paréntes ejus, ut fácerent secúndum consuetúdinem legis pro eo : et ipse accépit eum in ulnas suas, et benedíxit Deum, et dixit : Nunc dimíttis servum tuum, Dómine secúndum verbum tuum in pace : quia vidérunt óculi mei salutáre tuum : quod parásti ante fáciem ómnium populórum : lumen ad revelatiónem géntium, et glóriam plebis tuae Israel Credo.

Offertorium. Diffúsa est. 1051.

Secreta.

Exáudi, Dómine, preces nostras : et, ut digna sint múnera, quae óculis tuae majestátis offérimus, subsídium nobis tuae pietátis impénde. Per Dóminum nostrum.

Præfatio de Nativitate, 7.

Comm. 8.

R Espónsum * accé-pit Síme- on a Spí-ri-tu Sáncto, non vi-sú-rum se mórtem, ni-si vidéret Chrí-stum Dómi-ni.

Postcommunio.

Quaésumus, Dómine Deus noster : ut sacrosáncta mystéria, quae pro reparatiónis nostrae münímine contulísti, intercedénte beáta María semper Vírgine, et praesens nobis remédium esse fácias, et futúrum. Per Dóminum.

AD SEXTAM.

Ant. Accípiens Símeon. 1253.

Capitulum. *Malach. 3.*

Ecce véniet, dicit Dóminus exercítuum : † et quis póterit cogitáre diem advéntus ejus, et quis stabit ad vidéndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, * quasi herba fullónum.

℟. *br.* Adjuvábit éam. 1085. ℣. Elégit éam.

AD NONAM.

Ant. Obtulérunt. 1253.

Capitulum. *Malach. 3.*

*Et placébit Dómino sacrifícium Juda et Jerúsalem sicut dies saéculi, † et sicut anni antíqui, * dicit Dóminus omnípotens.*

℟. *br.* Elégit éam. 1085. ℣. Diffúsa est.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 3. b. 134. — 2. Laudáte púeri. 7. a. 156. — 3. Laetátus sum. 3. b. 175. — 4. Nisi Dóminus. 8. c. 182. — 5. Láuda Jerúsalem. 8. G. 211.

1. Ant. 3. b

S Ime-on jústus * et timorá-tus, exspectábat redempti-ónem Isra-el, et Spí-ri-tus Sánctus é-rat in é- o.

E u o u a e.

2. Ant. 7. a

R Espónsum accépit Síme-on * a Spí-ri-tu Sáncto, non vi-súrum se mórtem, ni-si vidé-ret Dóminum. E u o u a e.

3. Ant. 3. b

A Ccí-pi- ens Síme- on * púerum in mánibus, grá-ti- as ágens, benedí-xit Dóminum. E u o u a e.

4. Ant. 8. c

L Umen * ad reve-la-ti- ónem génti- um, et gló-ri- am plébis tú-ae Isra-el. E u o u a e.

5. Ant. 8. G

O Btu-lérunt * pro é-o Dómino par túrturum, aut dú-os púllos co-lumbá-rum. E u o u a e.

Capitulum. *Malach. 3.*


Ecce ego mitto Angelum meum, et praeparábit viam ante fáciem meam. † Et statim véniet ad templum sanctum suum Dominátor, quem vos quaéritis, * et Angelus testaménti, quem vos vultis.

Hymnus. Ave máris stélla. 1087.


℣. Respónsum accépit Símeon a Spíritu Sáncto.
℟. Non visúrum se mórtem, nisi vidéret Chrístum Dómini.

Ad Magnif. Ant. 8. G*


H Odi-e * be-á-ta Vírgo Ma-rí- a pú- e-rum



Jésum praesentá-vit in témplo : et Síme-on, replé- tus



Spí- ri-tu Sáncto, accé- pit é-um in úlnas sú-as,



et benedí-xit Dé- um in aetérnum. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G*. 217, *vel* 223.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, majestátem tuam súpplices exorámus : † ut sicut unigénitus Fílius tuus hodiérna die cum nostrae carnis substántia in templo est praesentátus; * ita nos fácias purificátis tibi méntibus praesentári. Per eúmdem Dóminum.

---

3. S. Blasii Episcopi et Martyris. *Simpl.*

Oratio.

DEus, qui nos beáti Blásii Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sacerdótes Déi. 963.

---

4. S. Andreae Corsini Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui in Ecclésia tua nova semper instáuras exémpla virtútum : † da pópulo tuo beáti Andréae Confessóris tui atque Pontíficis ita sequi vestígia,* ut assequátur et praémia. Per Dóminum.


Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de Communi unius Confessoris Pontificis,* 1013.

---


5. S. Agathae Virginis et Martyris. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis.


Ant. 1. D




STans be- á-ta Agatha * in médi- o cárce- ris,




expánsis mánibus, tó-ta ménte o-rá- bat ad Dómi-




num : Dómine Jé-su Chrí-ste, ma- gí-ster bó-ne, grá-ti- as



á-go tí- bi, qui me fe-císti vínce-re torménta carní-



fi-cum : júbe me, Dómi- ne, ad tú- am immarcescí-



bi-lem gló-rí- am fe-lí-ci-ter perve-ní- re.

In I. Vesperis.

℣. Spécie túa et pulchritúdine túa.
℟. Inténde, próspere procéde et régna.

In II. Vesperis.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis túis.
℟. Proptérea benedíxit te Déus in aetérnum.

Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiae tuae mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : † concéde propítius; ut qui beátae Agathae Vírginis et Mártyris tuae natalítia cólimus, * per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Loquébar. 1048.

---

6. S. Titi Episcopi et Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui beátum Titum Confessórem tuum atque Pontíficem apostólicis virtútibus decorásti : † ejus méritis et intercessióne concéde; ut juste et pie vivéntes in hoc saéculo, * ad caeléstem pátriam perveníre mereámur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de Comm. unius Conf. Pont.* 1013.

Eadem die. S. Dorotheae Virginis et Martyris.

Oratio.

INdulgéntiam nobis, quaésumus Dómine, beáta Doróthea Virgo et Martyr implóret : * quae tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis, et tuae professióne virtútis. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Me exspectavérunt. 1052

7. **S. Romualdi Abbatis.** *Duplex.*

Oratio.

INtercéssio nos, quaésumus Dómine beáti Romuáldi Abbátis comméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. *de Communi Abbatum,* 1037.

8. **S. Joannis de Matha Confessoris.** *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui per sanctum Joánnem órdinem sanctíssimae Trinitátis ad rediméndum de potestáte Saracenórum captívos caélitus institúere dignátus es : † praesta, quaésumus; ut ejus suffragántibus méritis, * a captivitáte córporis et ánimae, te adjuvánte, liberémur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

9. **S. Cyrilli Episcopi Alexandrini, Conf. et Eccl. Doct.** *Dupl.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Cyrílle. 1016.

Oratio.

DEus, qui beátum Cyríllum Confessórem tuum atque Pontíficem divínae maternitátis beatíssimae Vírginis Maríae assertórem invíctum effecísti : † concéde, ipso intercedénte; ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, * matérna ejúsdem protectióne salvémur. Per eúmdem Dóminum.

Secreta.

MUnera nostra, omnípotens Deus, benignus réspice : et, intercedénte beáto Cyríllo, praesta; ut Unigénitum tuum Jesum Christum Dóminum nostrum in tua tecum glória coaetérnum, in córdibus nostris digne suscípere mereámur. Qui tecum vivit et regnat.

Postcommunio.

DIvínis, Dómine, refécti mystériis, te súpplices deprecámur : ut exémplis et méritis beáti Cyrílli Pontíficis adjúti, sanctíssimae Genitríci Unigéniti tui digne famulári valeámus : Qui tecum vivit et regnat.

Eadem die. **S. Apolloniae Virginis et Martyris.**

Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiae tuae mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : * concéde propítius; ut qui beátae Apollóniae Vírginis et Mártyris tuae natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Loquébar. 1048.

10. **S. Scholasticae Virginis.** *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui ánimam beátae Vírginis tuae Scholásticae, ad ostendéndam innocéntiae viam, in colúmbae spécie caelum penetráre fecísti : † da nobis ejus méritis et précibus ita innocénter vívere; * ut ad aetérna mereámur gáudia perveníre. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Dilexísti. 1056.

11. Apparitio B. M. V. Immaculatae

Duplex majus.


IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, praeter sequentia :


Hymnus. Ave máris stélla. 1087, *nisi hoc Festum careat II. Vesperis, quia tunc sumitur Hymnus proprius.* Omnis expértem. *iisdem II. Vesperis assignatus,* 1264.

℣. Dignáre me laudáre te, Vírgo sacráta.
℟. Da míhi virtútem contra hóstes túos.

Ad Magnif. Ant. 3. a



I-sta est * co-lúmba mé- a, perfécta mé- a,



immacu-lá-ta mé- a. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 3. a. 213, *vel* 219. — *Oratio.* Deus, per Immaculátam. 1258.


Ad Completorium *et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V*

Ad Primam. *Ant.* Cándor est. 1263. *In* ℟. *br.* ℣. Qui nátus es. *Lect. br.* In me grátia. 1262.


AD TERTIAM.

Ant. Múlier. 1263. *Capitulum.* Surge. *e Vesperis,* 1264.


℟. br.



Quae est ísta quae ascéndit de desérto, * De-lí-ci- is




áfflu-ens? ℣. Inníxa super di-léctum sú-um. Gló-ri- a



Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sáncto.

℣. Vidérunt éam fíliae Síon.
℟. Et beatíssimam praedicavérunt.

AD MISSAM.





Oratio.


Deus, qui per Immaculátam Vírginis Conceptiónem dignum Fílio tuo habitáculum praeparásti : † súpplices a te quaésumus; ut ejúsdem Vírginis apparitiónem celebrántes, * salútem mentis et córporis consequámur. Per eúmdem Dóminum.


Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli. *Apoc. 11. 12.*

Apértum est templum Dei in caelo : et visa est arca testaménti ejus in templo ejus : et facta sunt fúlgura, et voces, et terraemótus, et grando magna. Et signum magnum appáruit in caelo : Múlier amícta sole, et luna sub pédibus ejus, et in cápite ejus coróna stellárum duódecim. Et audívi vocem magnam in caelo dicéntem : Nunc facta est salus, et virtus, et regnum Dei nostri, et potéstas Christi ejus.












Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*




Tempore Paschali :



Evangelium. Missus est. *ut in Missa votiva B. M. V.*, 1093, *sed concluditur ad verba :* nomen ejus Jesum. Credo.






lú- ia.

Secreta.


Hostia laudis, quam tibi Dómine per mérita gloriósae et Immaculátae Vírginis offérimus, sit tibi in odórem suavitátis, et nobis optátam cónferat córporis et ánimae sanitátem. Per Dóminum nostrum.

Praefatio de B. M. V. Et te in Conceptióne Immaculáta. 8.

Comm. 1.



VI-si-tásti térram, * et inebri- ásti é- am, multi-



pli-cásti locupletá- re é- am. *T. P.* Alle- lú- ia.

Postcommunio.

Quos caeléstis Dómine aliménto satiásti, súblevet déxtera Genitrícis tuae Immaculátae : ut ad aetérnam pátriam, ipsa adjuvánte, perveníre mereámur : Qui vivis.


AD SEXTAM.

Ant. Tu glória Jerúsalem. 1263.


Capitulum. *Prov. 8.*

Mecum sunt divítiae et glória, † opes supérbae et justítia : * mélior est enim fructus meus auro et lápide pretióso.

℟. br.



Ego Má-ter * Púlchrae di-le- cti-ó-nis. ℣. Et timó-



ris, et agni-ti- ónis, et sánctae spé- i. Gló-ri- a Pátri.

℣. In me ómnis grátia víae et veritátis.
℟. In me ómnis spes vítae et virtútis.


AD NONAM.

Ant. Hódie nómen túum. 1264.


Capitulum. *Eccli. 24.*

In me grátia omnis viae et veritátis, † in me omnis spes vitae et virtútis. * Transíte ad me omnes qui concupíscitis me, et a generatiónibus meis implémini.

℟. br.



QUI me invéne-rit, * Invé-ni- et ví- tam. ℣. Et háu-




ri- et sa-lútem a Dómi-no. Gló-ri- a Pátri.

℣. Transíte ad me ómnes qui concupíscitis me.
℟. Et a generatiónibus méis implémini.


IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 4. E. 135. — 2. Laudáte púeri. 1. f. 153. — 3. Laetátus sum. 8. c. 178. — 4. Nisi Dóminus. 7. a. 181. — 5. Láuda Jerúsalem. 8. G. 211.


1. Ant. 4. E




CAndor est * lúcis aetérnae, et spécu-lum sine




2. Ant. 1. f




má-cu-la. E u o u a e. MUli-er * amícta só-le,




et lúna sub pé-dibus éjus : et in cápi-te éjus coró- na



3. Ant. 8. c




stellá-rum du- óde-cim. E u o u a e. TU gló-ri- a




Je-rúsa-lem, * tu laetí-ti- a Isra-el, tu hono-ri-ficénti-




4. Ant. 7. a



a pópu-li nóstri. E u o u a e. BEne-dícta




es tu, * Vírgo Ma-rí- a, a Dómino Dé-o excélso, prae




ómnibus mu-li- é-ribus super térram. E u o u a e.


5. Ant. 8. G



Hodi- e nómen tú-um * i-ta magni-ficá-vit Dómi-



nus, ut non recédat laus tú-a de ó- re hóminum.




E u o u a e.


Capitulum. *Cant. 2.*

Surge, amíca mea, speciósa mea, et veni : † colúmba mea in foramínibus petrae, in cavérna macériae, osténde mihi fáciem tuam, sonet vox tua in áuribus meis.


Hymn. 4.




Omnis expértem máculae Ma-rí- am Edocet súm-




mus fíde- i magí-ster : Vírgi-nis gáudens célebrat fidé-




lis Térra tri- úmphum. 2. Ipsa se praébens húmi-li pu-él-




lae Vírgo spectándam, récre- at paventem : Séque concé-




ptam sine lábe, sáncto Praédicat ó-re. 3. O spécus fé- lix,




decorá-te dí-vae Mátris aspéctu ! veneránda rúpes, Unde




vi-tá-les scatu-é-re pléno Gúrgite lýmphae! 4. Huc ca-




tervá- tim pí- a túrba nóstris, Huc ab extérnis peregrí-




na térris Afflu- it súpplex, et ópem poténtis Vírgi-




nis ó-rat. 5. Excipit Má-ter lácrimas precántum, Dónat




optá-tam míse-ris sa-lú-tem : Cómpos hinc vó-ti pá-tri-as




ad óras Túrba revér-tit. 6. Súpplicum, Vírgo, mi-seráta



cá-sus, Semper o nóstros ré-fove labó-res, Impetrans maé-



stis bóna sempi-térnae Gáudi-a ví-tae. 7. Sit décus Pá-tri,



genitaéque Pró- li, Et tí-bi cómpar utri- úsque vír-tus, Spí-

ri-tus semper, Dé-us únus, ómni Témpo-ris aévo. Amen.

℣. Dignáre me laudáre te, Vírgo sacráta.
℟. Da míhi virtútem contra hóstes túos.

Ad Magnif. Ant. 8 G*

Hodi-e * glori-ósa caé-li Regína in térris appá-ru-it : hódi-e pópulo sú-o vérba salú-tis et pígnora pá-cis áttu-lit : hódi-e Ange-lórum et fidé-li-um chó-ri, Immacu-látam Concepti-ónem ce-lebrántes gáudi-o ex-súltant. Alle-lú-ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G*. 217, *vel* 223.

Oratio. Deus, qui per Immaculátam. 1258.

12. SS. VII. Fundatorum Ordinis Servorum B. M. V., Conf.

Duplex.

In I. Vesperis.

Ant. 1. D

NON recé- det * laus tú-a, Vírgo Ma-rí-a, de ó-re hóminum, qui mémo-res fú- e-rint virtú-tis Dómi-ni in

aetérnum, pro quíbus non pepercí-sti ánimae tú- ae.

℣. Hi víri misericórdiae sunt, quórum pietátes non defuérunt.
℟. Sémen eórum et glória eórum non derelinquétur.

In II. Vesperis.

Ant. 8. G

Nomen e- órum * pérmanet in aetér-num, pérmanens ad fí-li- os e-órum, sanctó-rum vi-rórum gló-ri- a. ℣. Hi víri.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui ad recoléndam memóriam dolórum sanctíssimae Genitrícis tuae, per septem beátos Patres nova Servórum ejus família Ecclésiam tuam fecundásti : † concéde propítius; ita nos eórum consociári flétibus, * ut perfruámur et gáudiis. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Secreta.

Accipe, quaésumus Dómine, hóstias quas tibi offérimus : et praesta ; ut, intercedéntibus Sanctis tuis, líbera tibi mente serviámus, et perdoléntis Vírginis Genitrícis Fílii tui amóre inflammémur. Per eúmdem Dóminum.

Postcommunio.

Caeléstibus refécti mystériis te Dómine deprecámur : ut quorum festa percólimus imitántes exémpla; juxta Crucem Jesu cum María Matre ejus fidéliter adstémus, et ejúsdem redemptiónis fructum percípere mereámur. Per eúmdem Dóminum.

14. S. Valentini Presbyteri, Mart. *Simpl.*

Oratio.

Praesta, quaésumus omnípotens Deus : † ut qui beáti Valentíni Mártyris tui natalítia cólimus, * a cunctis malis imminéntibus, ejus intercessióne liberémur. Per Dóminum.

Secreta.

Suscipe, quaésumus Dómine, múnera dignánter obláta : et B. Valentíni Mártyris tui suffragántibus méritis, ad nostrae salútis auxílium proveníre concéde. Per Dóminum.

Postcommunio.

SIT nobis, Dómine, reparátio mentis et córporis caeléste mystérium : ut, cujus exséquimur actiónem, intercedénte beáto Valentíno Mártyre tuo, sentiámus effectum. Per Dóminum.

15. SS. Faustini et Jovitae Martyrum. *Simpl.*

Oratio.

DEus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Faustíni et Jovítae solemnitáte laetíficas : † concéde propítius; ut quorum gaudémus méritis, * accendámur exémplis. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sálus autem. 1000.

18. S. Simeonis Episcopi et Mart. *Simpl.*

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, * beáti Simeónis Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de Comm. unius Mart. Pont.*, 960.

22. Cathedrae Sancti Petri Antiochiae. *Dupl. maj.*

Omnia dicuntur sicut in Festo Cathedrae Romanae, 1228.

23. S. Petri Damiani Episc., Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Pétre. 1016.

Oratio.

COncéde nos, quaésumus omnípotens Deus, beáti Petri Confessóris tui atque Pontíficis mónita et exémpla sectári : † ut per terréstrium rerum contémptum, * aetérna gáudia consequámur. Per Dñum.

Secreta et Postcommunio e Missa In médio. 1021.

24. *vel* 25. S. MATTHIAE APOSTOLI.

Duplex II. Classis.

In Vesperis et ad Horas *omnia de Communi Apostolorum*, 939.

AD MISSAM.

Introitus. Míhi autem. 1206.

Oratio.

DEus, qui beátum Matthíam Apostolórum tuórum collégio sociásti : † tríbue, quaésumus; ut ejus interventióne, * tuae circa nos pietátis semper víscera sentiámus. Per Dóminum.

Lectio Actuum Apostolorum. *Act. 1. c.*

IN diébus illis : Exsúrgens Petrus in médio fratrum, dixit (erat autem turba hóminum simul fere centum vigínti) : Viri fratres, opórtet impléri Scriptúram, quam praedíxit Spíritus Sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eórum qui comprehendérunt Jesum; qui connumerátus erat in nobis, et sortítus est sortem ministérii hujus. Et hic quidem possédit agrum de mercéde iniquitátis, et suspénsus crépuit médius : et diffúsa sunt ómnia víscera ejus. Et notum factum est ómnibus habitántibus Jerúsalem, ita ut appellarétur ager ille, lingua eórum, Hacéldama, hoc est, ager sánguinis. Scriptum est enim in libro Psalmórum : Fiat commorátio eórum desérta, et non sit qui inhábitet in eo : et episcopátum ejus accípiat alter. Opórtet ergo ex his viris, qui nobíscum sunt congregáti in omni témpore, quo intrávit et exívit inter nos Dóminus Jesus, incípiens a baptísmate Joánnis usque in diem qua assúmptus est a nobis, testem resurrectiónis ejus nobíscum fíeri unum ex istis. Et statuérunt duos, Joseph qui vocabátur Bársabas, qui cognominátus est Justus, et Matthíam. Et orántes dixérunt : Tu, Dómine, qui corda nosti ómnium, osténde quem elégeris ex his duóbus unum, accípere locum ministérii hujus et apostolátus, de quo praevaricátus est Judas, ut abíret in locum suum. Et dedérunt sortes eis; et cécidit sors super Matthíam, et annumerátus est cum úndecim Apóstolis.

Graduale. Nimis honoráti sunt. 1225.

Tractus. Desidérium. 959.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 11.*

IN illo témpore : Respóndens Jesus, dixit : Confíteor tibi, Pater, Dómine, caeli et terrae, quia abscondísti haec a sapiéntibus et prudéntibus, et revelásti ea párvulis. Ita, Pater : quóniam sic fuit plácitum ante te. Omnia mihi trádita sunt a Patre meo. Et nemo novit Fílium, nisi Pater; neque Patrem quis novit, nisi Fílius, et cui volúerit Fílius reveláre. Veníte ad me, omnes qui laborátis et oneráti estis, et ego refíciam vos. Tóllite jugum meum super vos, et díscite a me quia mitis sum et húmilis corde : et inveniétis réquiem animábus vestris. Jugum enim meum suáve est, et onus meum leve. Credo.


Offertorium. Constítues éos. *ut in Festo SS. Apost. Petri et Pauli*, 1351.

Secreta.

HOstias tibi, Dómine, quas nómini tuo sacrándas offérimus, sancti Matthíae Apóstoli tui prosequátur orátio : per quam nos expiári fácias, et defendi. Per Dóminum.

Praefatio de Apostolis, 8.

Comm. 1.



Postcommunio.

PRaesta quaésumus, omnípotens Deus : ut per haec sancta súmpsimus, interveniénte beáto Matthía Apóstolo tuo, véniam consequámur, et pacem. Per Dóminum.

FESTA MARTII.

4. **S. Casimiri Confessoris.** *Semid.*

Oratio.

Deus, qui inter regáles delícias et mundi illécebras † sanctum Casimírum virtúte constántiae roborásti : † quaésumus; ut ejus intercessióne fidéles tui terréna despíciant, * et ad caeléstia semper aspírent. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

Eadem die. **S. Lucii I Papae et Martyris.**

Oratio.

Deus, qui nos beáti Lúcii Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas : * concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. 960.

---

6. **SS. Perpetuae et Felicitatis Mart.** *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. Istárum est enim. 1065. ℣. Glória.

Oratio.

Da nobis, quaésumus Dómine Deus noster, sanctárum Mártyrum tuárum Perpétuae et Felicitátis palmas incessábili devotióne venerári : † ut quas digna mente non póssumus celebráre, * humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

Secreta Inténde. *e Missa* Me exspectavérunt. 1066.

Postcommunio.

Mysticis, Dómine, repléti sumus votis et gáudiis : praesta, quaésumus; ut intercessiónibus sanctárum Mártyrum tuárum Perpétuae et Felicitátis, quae temporáliter ágimus, spirituáliter consequámur. Per Dóminum.

---

7. **S. Thomae de Aquino Conf. et Eccl. Doct.** *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Thóma. 1016.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Thomae Confessóris tui mira eruditióne claríficas, et sancta operatióne fecúndas : † da nobis, quaésumus; et quae dócuit, intelléctu conspícere, * et quae egit, imitatióne complére. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa In médio. 1021.

8. **S. Joannis de Deo Conf.** *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui beátum Joánnem tuo amóre succénsum, inter flammas innóxium incédere fecísti, et per eum Ecclésiam tuam nova prole fecundásti : † praesta, ipsíus suffragántibus méritis; ut igne caritátis tuae vítia nostra curéntur, * et remédia nobis aetérna provéniant. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

---

9. **S. Franciscae Viduae Romanae.** *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui beátam Francíscam fámulam tuam, inter cétera grátiae tuae dona, familiári Angeli consuetúdine decorásti : † concéde quaésumus; ut intercessiónis ejus auxílio, * Angelórum consórtium cónsequi mereámur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Cognóvi. 1069.

---

10. **SS. Quadraginta Martyrum.** *Semid.*

Oratio.

Praesta, quaésumus omnípotens Déus : † ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, * pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

Secreta.

Preces, Dómine, tuórum réspice oblationésque fidélium : ut et tibi grata sint pro tuórum festivitáte Sanctórum, et nobis cónferant tuae propitiatiónis auxílium. Per Dóminum.

Postcommunio.

Sanctórum tuórum, Dómine, intercessióne placátus : praesta quaésumus; ut quae temporáli celebrámus actióne, perpétua salvatióne capiámus. Per Dóminum.

---

12. **S. Gregorii I. Papae, Conf. et Eccl. Doct.** *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Doctor... beáte Gregóri. 1016.

Oratio.

Deus, qui ánimae fámuli tui Gregórii aetérnae beatitúdinis praémia contulísti : † concéde propítius; ut qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, * ejus apud te précibus sublevémur. Per Dóminum.

Secreta.

Annue nobis, quaésumus Dómine : ut intercessióne beáti Gregórii haec nobis prosit oblátio, quam immolándo, totíus mundi tribuísti relaxári delícta. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Deus, qui beátum Gregórium Pontíficem sanctórum tuórum méritis coaequásti : concéde propítius; ut, qui commemoratiónis ejus festa percólimus, vitae quoque imitémur exémpla. Per Dóminum.

17. S. Patritii Episcopi, Conf. *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui ad praedicándum géntibus glóriam tuam, beátum Patrítium Confessórem atque Pontíficem míttere dignátus es : † ejus méritis et intercessióne concéde; ut quae nobis agénda praécipis, * te miseránte adimplére possímus. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de Comm. unius Conf. Pont.* 1013.

---

18. S. Cyrilli Episcopi Hierosolymitani, Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Cyrílle. 1016.

Oratio.

Da nobis, quaésumus omnípotens Deus, beáto Cyríllo Pontífice intercedénte, te solum verum Deum, et quem misísti Jesum Christum ita cognóscere : † ut inter oves quae vocem ejus áudiunt, * perpétuo connumerári mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Secreta.

Réspice, Dómine, immaculátam hóstiam, quam tibi offérimus : et praesta; ut méritis beáti Pontíficis et Confessóris tui Cyrílli, eam mundo corde suscípere studeámus. Per Dóminum.

Postcommunio.

Sacraménta Córporis et Sánguinis tui, quae súmpsimus, Dómine Jesu Christe, beáti Cyrílli Pontíficis précibus, mentes et corda nostra sanctíficent : ut divínae consórtes natúrae éffici mereámur : Qui vivis.

DIE 19. MARTII.


S. JOSEPH, SPONSI B. M. V. CONF.

Duplex I. Classis.


IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 1. g. 133. — 2. Confitébor. 2. D. 139. — 3. Beátus vir. 3. a 2. 148. — 4. Laudáte púeri. 4. E. 155. — 5. Laudáte Dóminum. 5. a 173.

1. Ant. 1. g




Jacob autem * génu-it Jó-seph, ví-rum Ma-rí-ae,




de qua ná-tus est Jésus, qui vocá-tur Chrístus. E u o u a e.


2. Ant. 2. D



Missus est * Ange-lus Gábri- el a Dé-o ad Vír-




ginem desponsá-tam ví-ro, cú- i nómen é-rat Jó-seph, de




dómo Dávid : et nómen Vírgi-nis Ma-rí- a. E u o u a e.


3. Ant. 3. a 2



Cum ésset desponsá-ta * Má-ter Jé-su Ma-rí- a Jó-




seph, ántequam conve-ní-rent, invénta est in ú-te-ro




há- bens de Spí- ri-tu Sáncto. E u o u a e.

4. Ant. 4. E




Joseph vir é-jus, cum ésset jústus, et nóllet é- am




tradúce-re, vó-lu-it occúlte dimítte-re é- am. E u o u a e.


5. Ant. 5. a




Angelus Dó-mi-ni * appáru- it Jó-seph, dí-cens : Jó-




seph fí-li Dávid, nó-li timé-re accípe-re Marí- am cónju-



gem tú-am : quod enim in é-a ná-tum est, de Spí-ri-tu Sán-



cto est : pá-ri- et autem fí-li-um, et vo-cá-bis nómen é-jus




Jé-sum. E u o u a e.

Capitulum. Vir fidélis. 1278. — *Hymnus.* Te Jóseph célebrent. 1297.


℣. Constítuit éum dóminum dómus súae.

℟. Et príncipem ómnis possessiónis súae.


Ad Magnif. Ant. 1. g 2



EXsúrgens Jó-seph a sómno, * fé- cit sic-ut prae-



cépit é- i Ange-lus Dómi-ni, et accé- pit cónjugem



sú- am. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. g. 2. 212, *vel* 218. — *Oratio.* Sanctíssimae. 1275.


Commemoratio Feriae.

Ad Primam. *Ant.* Ibant. 1277. *Lect. br.* Prófugum jústum. 1276.


AD TERTIAM.

Ant. Cum redírent. 1277. *Capit.* Vir fidélis. *e Vesperis,* 1278.

℟. br.



COnstí-tu-it é-um * Dóminum dó-mus sú-ae. ℣. Et



príncipem ómnis possessi-ónis sú-ae. Gló-ri-a Pátri.

℣. Mágna est glória éjus in salutári túo.

℟. Glóriam et mágnum decórem impónes super éum.

Tempore Paschali, 1291.

AD MISSAM.

Introitus. Jústus ut pálma. 1032.

Oratio.

SAnctíssimae Genitrícis túae Sponsi, quaésumus Dómine, méritis adjuvémur : † ut quod possibílitas nostra non óbtinet, * ejus nobis intercessióne donétur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Epistola. Diléctus Deo. 1035.

Graduale. Dómine, praevenísti éum. 1035.

Tractus. Beátus vir. 962.

Tempore Paschali, omissis Graduali et Tractu, dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Amávit éum. 1019. Allelúia. ℣. Jústus germinábit. 1020.

Evangelium. Cum esset desponsáta. 329. *Dicitur* Credo.


Offertorium. Véritas méa. 1031.

Secreta.


DEbitum tibi, Dómine, nostrae réddimus servitútis, supplíciter exorántes : ut suffrágiis beáti Joseph Sponsi Genitrícis Filii tui Jesu Christi Dómini nostri, in nobis tua múnera tueáris ; ob cujus venerándam festivitátem laudis tibi hóstias immolámus. Per eúmdem Dóminum.

Praefatio de S. Joseph, 8v.


Comm. 7.




JOseph * fí-li Dá-vid, nó-li timé-re accí-pe-re



Ma-rí- am cón-jugem tú- am : quod enim in é-a ná-



tum est, de Spí- ri-tu Sáncto est. *T. P.* Al-



le- lú- ia.

Postcommunio.

ADésto nobis, quaésumus miséricors Deus : et, intercedénte pro nobis beáto Joseph Confessóre, tua circa nos propitiátus dona custódi. Per Dóminum.

AD SEXTAM.

Ant. Non inveniéntes Jésum. 1277.

Capitulum. *Eccli. 45.*

DIléctus Deo et homínibus, cujus memória in benedictióne est. † In fide et lenitáte ipsíus sanctum fecit illum, * et elégit eum ex omni carne.

℟. br. MAgna est gló-ri- a é-jus * In sa-lu-tá- ri tú- o.

℣. Gló-ri- am et mágnum decó-rem impónes super é- um.

Gló-ri- a Pátri.

℣. Jústus germinábit sicut lílium.
℟. Et florébit in aetérnum ante Dóminum.

Tempore Paschali.

℟. br. MAgna est gló-ri- a é-jus in sa-lu-tá-ri tú-o :

* Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Gló-ri- am et mágnum decó-rem

impónes super é- um. Gló-ri- a Pátri.

℣. Jústus germinábit sicut lílium, allelúia.
℟. Et florébit in aetérnum ante Dóminum, allelúia.

AD NONAM.

Ant. Descéndit. 1278.

Capitulum. *Sap. 10.*

PRófugum justum dedúxit Sapiéntia per vias rectas, † et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctórum : * honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus.

℟. br. JUstus germiná-bit * Sic-ut lí-li- um. ℣. Et flo-ré-

bit in aetérnum ante Dómi-num. Gló-ri- a Pátri.

℣. Plantátus in dómo Dómini. ℟. In átriis dómus Déi nóstri.
Tempore Paschali, 1295.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 1. a 3. 133. — 2. Confitébor. 2. D. 139. — 3. Beátus vir. 3. a 2. 148. — 4. Laudáte púeri. 4. E. 155. — 5. Laudáte Dóminum. 8. G. 173.

1. Ant. 1. a 3

I - bant * pa-réntes Jé-su per ómnes ánnos in Je-

rúsa-lem, in dí- e sol-émni Páschae. E u o u a e.

2. Ant. 2. D

CUM redí-rent, * remánsit pú- er Jé-sus in Jerú-sa-

lem, et non cognové- runt pa-réntes é-jus. E u o u a e.

3. Ant. 3. a 2

NON inve-ni- éntes Jé-sum, * regréssi sunt in Je-rú-

sa-lem requi-réntes é-um : et post trídu-um invené-runt


íllum in témplo sedéntem in médi- o doctórum, audi-én-

tem et interrogántem é- os. E u o u a e.


4. Ant. 4. E

DIxit


Má-ter é-jus ad íllum : * Fí- li, quid fe-císti nó-bis sic?




Ecce pá-ter tú-us et égo do-lén-tes quaerebámus te.



5. Ant. 8. G



E u o u a e. D Escéndit * Jé-sus cum é- is, et



vénit Náza-reth, et é-rat súbdi-tus íl-lis. E u o u a e.

Capitulum. *Prov. 28. et 27.*

VIR fidélis multum laudábitur. * Et qui custos est Dómini sui, glorificábitur.

℟. Deo grátias.

Hymnus. Te Jóseph célebrent. 1297.


℣. Glória et divítiae in dómo éjus.

℟. Et justítia éjus mánet in saéculum saéculi.

Ad Magnif. Ant. 8. G



E Cce fidé-lis sérvus * et prúdens, quem constí-



tu- it Dóminus super famí-li- am sú- am. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223.

Oratio.

SAnctíssimae Genitrícis tuae Sponsi, quaésumus Dómine, méritis adjuvémur : † ut quod possibílitas nostra non óbtinet, * ejus nobis intercessióne donétur : Qui vivis et regnas.

Commemoratio Feriae.

21. S. Benedicti Abbatis. *Dupl. maj.*

Oratio.


INtercéssio nos, quaésumus Dómine, beáti Benedícti Abbátis comméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. *de Communi Abbatum,* 1037.

24. S. Gabrielis, Archangeli. *Dupl. maj.*

In I. Vesperis.


Ad Magnif. Ant. 7. a




A Nge-lus Gábri-el * appáru- it Dani- é-li, et dí-



xit íl-li : ab exórdi-o précum tu-árum egréssus est sér-



mo; égo autem vé- ni ut indi-cá-rem tí-bi : tu ergo



animadvérte sermónem, et intélli-ge vi-si-ó-nem.



E u o u a e.

℣. Stétit Angelus juxta áram témpli.


℟. Hábens thuríbulum áureum in mánu súa.

In II. Vesperis.


Ant. 1.




A Rchánge-lus Gábri-el * á- it ad Ma-rí- am : Non



é-rit impossí-bi-le apud Dé-um ómne vérbum. Dí-xit



autem Ma-rí- a : Ecce ancíl-la Dómi-ni, fí-at mí-hi



secúndum vérbum tú- um. Et discéssit ab é- a Ange-lus.

℣. In conspéctu Angelórum psállam tíbi Déus méus.
℟. Adorábo ad témplum sánctum túum, et confitébor nómini túo.

Oratio.

Deus, qui inter céteros Angelos, ad annuntiándum Incarnatiónis tuae mystérium, Gabriélem Archángelum elegísti : † concéde propítius; ut qui festum ejus celebrámus in terris, * ipsíus patrocínium sentiámus in caelis. Qui vivis et regnas.

Secreta.

Accéptum fiat in conspéctu tuo, Dómine, nostrae servitútis munus, et beáti Archángeli Gabriélis orátio : ut, qui a nobis venerátur in terris, sit apud te pro nobis advocátus in caelis. Per Dóminum.

Postcommunio.

Corporis tui et sánguinis sumptis mystériis, tuam, Dómine Deus noster, deprecámur cleméntiam : ut, sicut Gabriéle nuntiánte, incarnatiónem tuam cognóvimus; ita, ipso adjuvánte, incarnatiónis ejúsdem benefícia consequámur : Qui vivis.

DIE 25. MARTII.

IN ANNUNTIATIONE B. M. V.

Duplex I. Classis.


IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 1280, *praeter sequentia.*


Ad Magnif. Ant. 8. G



S Pí- ri-tus Sánctus * in te descéndet, Ma-rí- a :



et vírtus Altíssimi obumbrábit tí-bi. *T. P.* Alle-lú- ia.



E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio.* Deus, qui de beátae. 1279. *Commemoratio Feriae.*


Ad Completorium *et ad Horas, Hymnus cantatur et concluditur ut in Festis B. M. V.*

AD LAUDES.


Antiphona. Míssus est. *cum reliquis e Vesperis,* 1280. *Psalmi ut in Festis,* 226. *Capitulum.* Ecce virgo. 1281. *Hymnus.* O gloriósa Vírginum. 1213.

℣. Ave María, grátia pléna. ℟. Dóminus técum.


Ad Bened. Ant. 7. a




Q Uómodo fí- et ístud, * Ange-le Dé- i, quó-



ni- am ví-rum non cognósco? Audi Ma-rí- a Vírgo : Spí-



ri-tus Sánctus supervéni- et in te, et vírtus Altíssimi



obumbrá-bit tí-bi. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui de beátae. *ut infra.* — *Commem. Feriae.*

Ad Primam. *Ant.* Míssus est. 1280. *In* ℟. *br.* ℣. Qui nátus es de María Vírgine. 234. *Lect. br.* Egrediétur. 1280.

AD TERTIAM.

Hymnus cantatur in tono Festorum B. M. V., 1083.

Ant. Ave María. 1281. *Capit.* Ecce virgo. *e Vesperis,* 1281. ℟. *br.* Spécie túa. 1084. ℣. Adjuvábit éam.

AD MISSAM.

Introitus. Vúltum túum. 1057.

Oratio.

Deus, qui de beátae Maríae Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : † praesta supplícibus tuis; ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, * ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

Epistola. Locútus est Dóminus. 1097.
Graduale. Diffúsa est grátia. 1068.
Tractus. Audi fília. 1055.

Tempore Paschali, omissis Graduali et Tractu, dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Ave María. 1093. Allelúia. ℣. Virga Jésse. 1095.

Evangelium. Missus est. 1098. *Dicitur* Credo.
Offertorium. Ave María. 1096.
Secreta. In méntibus nostris. 1098.
Praefatio de B. M. V. Et te in Annuntiatióne. 8.
Communio. Ecce vírgo. 323. *Temp. Pasch. additur* Allelúia. *1. toni*, 88.
Postcommunio. Grátiam tuam. 1099.

AD SEXTAM.

Ant. Ne tímeas. *ut infra.*

Capitulum. *Luc. 1. d.*

DAbit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus : † et regnábit in domo Jacob in aetérnum, * et regni ejus non erit finis.

℟. *br.* Adjuvábit éam. 1085. ℣. Elégit éam.

AD NONAM.

Ant. Ecce ancílla Dómini. 1281.

Capitulum. *Isaiae. 11.*

EGrediétur virga de radíce Jesse, † et flos de radíce ejus ascéndet. * Et requiéscet super eum Spíritus Dómini.

℟. *br.* Elégit éam. 1085. ℣. Diffúsa est.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 8. G*. 138. — 2. Laudáte púeri. 1. g. 153. — 3. Laetátus sum. 8. G. 178. — 4. Nisi Dóminus. 1. f. 180. — 5. Láuda Jerúsalem. 8. c. 211.

1. Ant. 8. G*

MIssus est * Gábri- el Ange-lus ad Ma-rí-am Vírginem desponsá-tam Jóseph. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

2. Ant. 1. g

AVe Ma- rí- a, * grá-ti- a pléna : Dóminus técum : benedícta tu † in mu-li- é-ribus. *T. P.* in mu-li- é-ribus, alle-lú- ia. E u o u a e.

3. Ant. 8. G

NE tíme- as, * Ma-rí-a, invenísti grá- ti- am apud Dóminum : ecce concí-pi- es, et pá-ri- es † fí-li- um. *T. P.* fí-li- um, alle-lú- ia. E u o u a e.

4. Ant. 1. f

DAbit é- i Dóminus * sé-dem Dávid pátris é-jus, et regná- bit in aetérnum. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

5. Ant. 8. c

ECce ancílla Dómi-ni ; * fí- at mí- hi secúndum vérbum tú- um. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiae. 7. c.*

ECce virgo concípiet, et páriet fílium, † et vocábitur nomen ejus Emmánuel. * Butýrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et elígere bonum.

Hymnus. Ave máris stélla. 1087.

℣. Ave María grátia pléna. ℟. Dóminus técum.

Ad Magnif. Ant. 7. d

GAbri- el Ange-lus * locútus est Ma- rí- ae dícens : Ave grá-ti- a pléna : Dóminus té-cum : benedícta tu in mu-li-é-ribus. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat 7. d. 216, *vel* 222. — *Oratio.* Deus, qui de beátae. 1279.
Commemoratio Feriae.

27. S. Joannis Damasceni Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Joánnes. 1016.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui ad cultum sacrárum imáginum asseréndum, beátum Joánnem caeléstí doctrína et admirábili spíritus fortitúdine imbuísti : concéde nobis ejus intercessióne et exémplo; ut quorum cólimus imágines, * virtútes imitémur et patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Secreta.

UT, quae tibi Dómine offérimus, dona tuo sint digna conspéctu; beáti Joánnis, et Sanctórum, quos ejus ópera expósitos in templis cólimus, pia suffragátio conspíret. Per Dóminum.

Postcommunio.

SUmpta nos, quaésumus Dómine, dona caeléstibus armis tueántur : et beáti Joánnis patrocínia circúmdent Sanctórum unánimi suffrágio cumuláta; quorum imágines evícit in Ecclésia esse venerándas. Per Dóminum.

28. S. Joannis a Capistrano Confessoris. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui per beátum Joánnem fidéles tuos in virtúte sanctíssimi nóminis Jesu de crucis inimícis triumpháre fecísti : † praesta, quaésumus; ut spirituálium hóstium ejus, intercessióne, superátis insídiis, * corónam justítiae a te accípere mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Secreta.

SAcrifícium, Dómine, quod immolámus placátus inténde : ut, intercedénte beáto Joánne Confessóre tuo, ad conteréndas inimicórum insídias nos in tuae protectiónis secúritáte constítuat. Per Dóminum.

Postcommunio.


REpléti alimónia caeléstí et spirituáli póculo recreáti, quaésumus omnípotens Deus : ut, intercedénte beáto Joánne Confessóre tuo, nos ab hoste malígno defèndas, et Ecclésiam tuam perpétua pace custódias. Per Dóminum.

FERIA VI. POST DOMINICAM PASSIONIS.


Festum Septem Dolorum B. Mariae Virginis. *Dupl. maj.*

In I. Vesperis.

Ant. 6.



TU-am ipsí- us á- nimam * (á-it ad Ma-rí-am




Síme-on) pertransí-bit glá-di-us.


℣. Ora pro nóbis, Vírgo dolorosíssima.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

In II. Vesperis.


Ant. 8. G




CUM vi-dísset Jé-sus * Mátrem stántem juxta



crú-cem, et discípu-lum quem di-ligébat, dí-cit Mátri



sú-ae : Mú-li- er ecce fí- li-us tú-us. De- índe dí-cit di-



scípu-lo : Ecce má-ter tú- a.

Oratio.

DEus, in cujus passióne, secúndum Simeónis prophetíam dulcíssimam ánimam gloriósae Vírginis et Matris Maríae dolóris gládius pertransívit : † concéde propítius : ut qui transfixiónem ejus et passiónem venerándo recólimus, * gloriósis méritis et précibus ómnium Sanctórum cruci fidéliter astántium intercedéntibus, passiónis tuae efféctum felícem consequámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Secreta et Postcommunio ut in Festo Septembris, 1442.

FESTA APRILIS.

2. S. Francisci de Paula Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, humílium celsitúdo, qui beátum Francíscum Confessórem Sanctórum tuórum glória sublimásti : † tríbue, quaésumus; ut ejus méritis et imitatióne, * promíssa humílibus praémia felíciter consequámur. Per Dóminum nostrum.

Secreta.

HAec dona devótae plebis, Dómine, quibus tua cumulámus altária, beáti Francísci méritis tibi grata, nobísque salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum.

Postcommunio.

SUmpta, Dómine, sacraménta caeléstia : beáto Francísco Confessóre tuo intercedénte, precámur; ut et temporális vitae subsídia nobis cónferant, et aetérnae. Per Dóminum.

4. S. Isidori Episc., Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Isidóre. 1016.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Isidórum minístrum tribuísti : † praesta, quaésumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa In médio. 1021.

5. S. Vincentii Ferrerii Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Vincéntii Confessóris tui méritis et praedicatióne illustráre dignátus es : † concéde nobis fámulis tuis; ut et ipsíus instruámur exémplis, * et ab ómnibus ejus patrocínio liberémur advérsis. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

11. S. Leonis I. Papae, Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Léo. 1016.

Oratio.

EXáudi, quaésumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Leónis Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus : † et qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, * ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sacerdótes túi. 1016.

13. S. Hermenegildi Martyris. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui beátum Hermenegíldum Mártyrem tuum caeléstí regno terrénum postpónere docuísti : † da, quaésumus, nobis ejus exémplo cadúca despícere, * atque aetérna sectári. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa In virtúte. 966.

14. S. Justini Martyris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui per stultítiam crucis, eminéntem Jesu Christi sciéntiam beátum Justínum Mártyrem mirabíliter docuísti : † ejus nobis intercessióne concéde; ut errórum circumventióne depúlsa, * fídei firmitátem consequámur. Per eúmdem Dóminum.

Secreta.

MUnera nostra, Dómine Deus, benígnus súscipe; quorum mirábile mystérium sanctus Martyr Justínus advérsus impiórum calúmnias strénue deféndit. Per Dóminum.

Postcommunio.

CAeléstí alimónia reféctí súpplices te, Dómine, deprecámur : ut beáti Justíni Mártyris tui mónitis de accéptis donis semper in gratiárum actióne maneámus. Per Dóminum.

Eadem die. **SS. Tiburtii, Valeriani et Maximi Mart.**

Oratio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : * ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Tibúrtii, Valeriáni et Máximi solémnia cólimus, eórum étiam virtútes imitémur. Per Dóminum.

Secreta.

HAec hóstia, quaésumus Dómine, quam sanctórum Mártyrum tuórum natalítia recenséntes offérimus : et víncula nostrae pravitátis absólvat, et tuae nobis misericórdiae dona concíliet. Per Dóminum.

Postcommunio.

SAcro múnere satiáti, súpplices te Dómine deprecámur : ut, quod débitae servitútis celebrámus offício, salvatiónis tuae sentiámus augméntum. Per Dóminum.

17. S. Aniceti Papae et Martyris.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Anicéti Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sacerdótes Déi. 963.

21. S. Anselmi Episc., Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Anselme. 1016.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Anselmum minístrum tribuísti : † præsta, quaésumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dñum.

Secreta et Postcommunio e Missa In médio. 1021.

22. SS. Soteris et Caii Pontificum et Martyrum. *Semid.*

Oratio.

BEatórum Mártyrum paritérque Pontíficum Sotéris et Caii nos, quaésumus Dómine, festa tueántur : * et eórum comméndet orátio veneránda. Per Dóminum nostrum.

Secreta et Postcommunio e Missa. Intret. 994.

23. S. Georgii Martyris. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui nos beáti Geórgii Mártyris tui méritis et intercessióne laetíficas : † concéde propítius; ut qui tua per eum benefícia póscimus, * dono tuae grátiae consequámur. Per Dóminum.

Secreta.

MUnera, Dómine, obláta sanctífica, et intercedénte beáto Geórgio Mártyre tuo, nos per haec a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per Dóminum.

Postcommunio.

SUpplices te rogámus, omnípotens Deus : ut, quos tuis réficis sacraméntis, intercedénte beáto Geórgio Mártyre tuo, tibi étiam plácitis móribus dignánter tríbuas deservíre. Per Dóminum.

24. S. Fidelis a Sigmaringa Martyris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui beátum Fidélem seráphico spíritus ardóre succénsum in verae fídei propagatióne martýrii palma et gloriósis miráculis decoráre dignátus es : † ejus, quaésumus, méritis et intercessióne, ita nos per grátiam tuam in fide et caritáte confírma; * ut in servítio tuo fidéles usque ad mortem inveníri mereámur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa In virtúte. 966.

25. SANCTI MARCI EVANGELISTAE.

Duplex II. Classis.

LITANIAE MAJORES.

Ad Processionem, 731, *dicitur Missa de Rogationibus,* 737.

In I. et II. Vesperis et ad Horas, *omnia de Communi Apostolorum et Evangelistarum Tempore Paschali,* 946. *Oratio.* Deus, qui beátum. *ut infra.*

Missa. Protexísti. 974, *praeter sequentia :*

Oratio.

DEus, qui beátum Marcum Evangelístam tuum evangélicae praedicatiónis grátia sublimásti : † tríbue, quaésumus : ejus nos semper et eruditióne profícere, * et oratióne deféndi. Per Dóminum.

Lectio Ezechielis Prophetae. *Ezech. 1. c.*

SImilitúdo vultus quátuor animálium : fácies hóminis et fácies leónis a dextris ipsórum quátuor : fácies autem bovis a sinístris ipsórum quátuor, et fácies áquilae désuper ipsórum quátuor. Fácies eórum et pennae eórum exténtae désuper : duae pennae singulórum jungebántur, et duae tegébant córpora eórum : et unumquódque eórum coram fácie sua ambulábat : ubi erat ímpetus spíritus, illuc gradiebántur, nec revertebántur cum ambularént. Et similitúdo animálium, aspéctus eórum quasi carbónum ignis ardéntium, et quasi aspéctus lampadárum. Haec erat vísio discúrrens in médio animálium, splendor ignis, et de igne fulgur egrédiens. Et animália ibant, et revertebántur in similitúdinem fúlguris coruscántis.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 10.*

IN illo témpore : Designávit Dóminus et álios septuagínta duos : et misit illos binos ante fáciem suam in omnem civitátem et locum, quo erat ipse ventúrus. Et dicébat illis : Messis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo dóminum messis, ut mittat operários in messem suam. Ite : ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolíte portáre sácculum, neque peram, neque calceaménta : et néminem per viam salutavéritis. In quamcúmque domum intravéritis, primum dícite : Pax huic dómui : et si ibi fúerit fílius pacis, requiéscet super illum pax vestra : sin autem, ad vos revertétur. In eádem autem domo manéte, edéntes, et bibéntes quae apud illos sunt : dignus est enim operárius mercéde sua. Nolíte transíre de domo in domum. Et in quamcúmque civitátem intravéritis, et suscéperint vos, manducáte quae apponúntur vobis : et curáte infírmos qui in illa sunt, et dícite illis : Appropinquávit in vos regnum Dei. Credo.

Secreta.

BEáti Marci Evangelístæ tui solemnitáte, tibi múnera deferéntes, quaésumus, Dómine : ut, sicut illum praedicátio evangélica fecit gloriósum; ita nos ejus intercéssio, et verbo et ópere tibi reddat accéptos. Per Dóminum.

Praefatio de Apostolis, 8.

Postcommunio.

TRíbuant nobis, quaésumus Dómine, contínuum tua sancta praesídium : quo beáti Marci Evangelístae tui précibus, nos ab ómnibus semper tueántur advérsis. Per Dóminum.

26. SS. Cleti et Marcellini Pontificum et Mart. *Semid.*

Oratio.

BEatórum Mártyrum paritérque Pontíficum Cleti et Marcellíni nos, Dómine, fóveat pretiósa conféssio : * et pia júgiter intercéssio tueátur. Per Dóminum.

Secreta. Adésto Dómine. *Postcommunio.* Quaésumus. e *Missa* Sáncti túi. 977.

27. S. Petri Canisii Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

In I. et II. Vesp. Ant. O Dóctor... beáte Pétre. 1016.

Oratio.

Deus, qui ad tuéndam cathólicam fidem beátum Petrum, Confessórem tuum, virtúte et doctrína roborásti : † concéde propítius : ut ejus exémplis et mónitis errántes ad salútem resipíscant, * et fidéles in veritátis confessióne persevérent. Per Dóminum.

Secreta.

Sancti Petri Confessóris tui atque Doctóris nobis, Dómine, pia non desit orátio : quae et múnera nostra concíliet; et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum.

Postcommunio.

Ut nobis, Dómine, tua sacrifícia dent salútem : beátus Petrus Conféssor tuus et Doctor egrégius, quaésumus, precátor accédat. Per Dóminum nostrum.

---

28. **S. Pauli a Cruce Confessoris.** *Duplex.*

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui ad mystérium crucis praedicándum, sanctum Paulum singulári caritáte donásti, et per eum novam in Ecclésia famíliam floréscere voluísti : † ipsíus nobis intercessióne concéde; ut passiónem tuam júgiter recoléntes in terris, * ejúsdem fructum cónsequi mereámur in caelis. Qui vivis et regnas cum Deo.

Secreta.

Caeléstem nobis, Dómine, praébeant mystéria haec passiónis et mortis tuae fervórem : quo sanctus Paulus, ea offeréndo, corpus suum hóstiam vivéntem, sanctam, tibíque placéntem exhíbuit : Qui vivis.

Postcommunio.

Sumpsimus, Dómine, divínum sacraméntum, imménsae caritátis tuae memoriále perpétuum : *tribue, quaésumus*; ut sancti Pauli *méritis et imitatióne*, aquam de fóntibus tuis hauriámus in vitam aetérnam saliéntem, et tuam sacratíssimam passiónem córdibus nostris impréssam móribus et vita teneámus : Qui vivis.

Eadem die. **S. Vitalis Martyris.**

Oratio.

Praesta, quaésumus omnípotens Deus : * ut qui beáti Vitális Mártyris tui natalítia cólimus, intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa In virtúte. 366.

---

29. **S. Petri Martyris.** *Duplex.*

Oratio.

Praesta, quaésumus omnípotens Deus : † ut beáti Petri Mártyris tui fidem cóngrua devotióne sectémur; * qui pro ejúsdem fídei dilatatióne, martýrii palmam méruit obtinére. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

Secreta.

Preces, quas tibi, Dómine, offérimus, intercedénte beáto Petro Mártyre tuo, cleménter inténde : et propugnatóres fídei sub tua protectióne custódi. Per Dóminum.

Postcommunio.

Fidéles tuos, Dómine, custódiant sacraménta, quae súmpsimus : et intercedénte beáto Petro Mártyre tuo, contra omnes advérsos tueántur incúrsus Per Dóminum.

---

30. **S. Catharinae Senensis Virg.** *Duplex.*

Oratio.

Da, quaésumus omnípotens Deus : † ut qui beátae Catharínae Vírginis tuae natalítia cólimus; * et ánnua solemnitáte laetémur, et tantae virtútis proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Secreta.

Ascéndant ad te Dómine, quas in beátae Catharínae solemnitáte offérimus preces, et hóstia salutáris, virgíneo fragrans odóre. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Aeternitátem nobis Dómine cónferat, qua pasti sumus, mensa caeléstis : quae beátae Catharínae Vírginis vitam étiam áluit temporálem. Per Dóminum nostrum.

FERIA IV. INFRA HEBDOMADAM II. POST OCTAVAM PASCHAE.

IN SOLEMNITATE SANCTI JOSEPH
Sponsi B. Mariae Virginis, Confessoris et Ecclesiae Universalis Patroni.


Duplex I. Classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 1296, *praeter sequentia :*

℣. Constítuit éum dóminum dómus súae, allelúia.
℟. Et príncipem ómnis possessiónis súae, allelúia.

Ad Magnif. Ant. 3. a 2



há- bens de Spí-ri-tu Sáncto, al-le-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 3. a. 2. 214, *vel* 220. — *Oratio.* Deus, qui ineffábili providéntia. 1292.

AD LAUDES.

Antiphona. Jácob autem. *cum reliquis e II. Vesperis,* 1296. *Psalmi ut in Festis,* 226.

Capitulum. Benedictiónes. 1297.

Hymn. 1.

CAélitum Jó-seph décus, atque nóstrae Cérta spes ví-tae, columénque múndi, Quas tíbi laéti cánimus, be-nígnus Sú- scipe láudes. 2. Te Sátor ré-rum státu- it pudí-cae Vírginis spónsum, volu- ítque Vérbi Te pátrem dí-ci, dédit et mi-nístrum Es- se salú- tis. 3. Tu Redemptó-rem stábu-lo jacéntem, Quem chórus Vá-tum cé-ci-nit futú-rum, Aspí-cis gáudens, humi-lísque ná- tum Nú- men ad-ó-ras. 4. Rex Dé- us ré-gum, Dominátor órbis, Cú-jus ad

nú-tum trémit inferórum Túr-ba, cui prónus famulátur aéther, Se tí-bi súbdit. 5. Laus sit excélsae Trí- adi perén-nis, Quae tí-bi praébens súperos honóres, Det tú- is nó-bis mé-ri-tis be- á-tae Gáu- di- a ví-tae. Amen.

℣. Dedísti míhi protectiónem salútis túae, allelúia.
℟. Et déxtera túa suscépit me, allelúia.

Ad Bened. Ant. 7. a

JOseph fí-li Dávid, * nó-li timére accípere Ma-rí- am cónjugem tú-am : quod enim in é- a nátum est, de Spí-ri-tu Sáncto est, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui ineffábili. 1292.


Ad Primam. *Ant.* Jácob autem. 1296. *Lect. br.* Fílius accréscens. 1295.

AD TERTIAM.

Ant. Míssus est. 1296. *Capitulum.* Benedictiónes. *e Vesperis,* 1297.


℟. br.

COnstí-tu- it é-um dóminum dómus sú-ae : * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Et príncipem ómnis possessi- ónis sú-



℣. Confitébor nómini túo, allelúia.
℟. Quóniam adjútor et protéctor fáctus es míhi, allelúia.

AD MISSAM.




Oratio.

Deus, qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctíssimae Genitrícis tuae sponsum elígere dignátus es : † praesta, quaésumus; ut quem protectórem venerámur in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Lectio libri Genesis. *Gen. 49. c.*

Filius accréscens, Joseph, fílius accréscens, et decórus aspéctu : fíliae discurrérunt super murum. Sed exasperavérunt eum, et jurgáti sunt, invidérúntque illi habéntes jácula. Sedit in forti arcus ejus, et dissolúta sunt víncula brachiórum, et mánuum illíus per manus poténtis Jacob : inde pastor egréssus est, lapis Israel, Deus patris tui erit adjútor tuus, et omnípotens benedícet tibi benedictiónibus caeli désuper, benedictiónibus abýssi jacéntis deórsum, benedictiónibus úberum et vulvae. Benedictiónes patris tui confortáte sunt benedictiónibus patrum ejus, donec veníret desidérium cóllium aeternórum : fiant in cápite Joseph, et in vértice Nazaraéi inter fratres suos.



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 3. d.*


IN illo témpore : Factum est autem cum baptizarétur omnis pópulus, et Jesu baptizáto, et oránte, apértum est caelum : et descéndit Spíritus Sanctus corporáli spécie sicut colúmba in ipsum : et vox de caelo facta est : Tu es Fílius meus diléctus, in te complácui mihi. Et ipse Jesus erat incípiens quasi annórum trigínta, ut putabátur fílius Joseph. Credo.




Secreta.

SAnctíssimae Genitrícis tuae sponsi patrocínio suffúlti, rogámus, Dómine, cleméntiam tuam : ut corda nostra fácias terréna cuncta despícere, ac te verum Deum perfécta caritáte dilígere : Qui vivis et regnas.

Praefatio de S. Joseph, 8v.





Postcommunio.

DIvíni múneris fonte refécti, quaésumus, Dómine Deus noster : ut, sicut nos facis beáti Joseph protectióne gaudére ; ita ejus méritis et intercessióne, caeléstis glóriae fácias esse partícipes. Per Dóminum.


¶ *In Missis votivis, extra Tempus Paschale, omnia dicuntur ut supra, detractis tantummodo* Allelúia *ab Introitu, Offertorio et Communione, ac substituto sequenti Graduali :* Dómine praevenísti. 1035. Allelúia, allelúia. ℣. Fac nos innócuam. 1293. *Post Septuagesimam, omissis* Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur Tractus* Beátus vir. 962. *Tempore Paschali, omnia ut in Festo.*

AD SEXTAM.

Ant. Ascéndit autem Jóseph. 1296.

Capitulum. *Gen. 49. c.*

DEus patris tui erit adjútor tuus, † et Omnípotens benedícet tibi * benedictiónibus caeli désuper.




℣. Jústus germinábit sicut lílium, allelúia.
℟. Et florébit in aetérnum ante Dóminum, allelúia.

AD NONAM.

Ant. Et ípse Jésus. 1297.

Capitulum. *Gen. 49. c.*

FIlius accréscens Joseph, † fílius accréscens, et decórus aspéctu : * fíliae discurrérunt super murum.



lú-ia. ℣. Et florébit in aetérnum ante Dóminum. Gló-

ri- a Pátri.

℣. Plantátus in dómo Dómini, allelúia.
℟. In átriis dómus Déi nóstri, allelúia.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 1. g. 133. — 2. Confitébor. 1. D. 2. 138. — 3. Beátus vir. 6. F. 151. — 4. Laudáte púeri. 7. d. 156. — 5. Laudáte Dóminum. 7. d. 173.

1. Ant. 1. g

JAcob autem * génu- it Jó-seph, ví-rum Ma-rí- ae,

de qua ná-tus est Jésus, qui vocátur Chrí-stus, alle- lú- ia.

E u o u a e.

2. Ant. 1. D 2

MIssus est * Ange-lus Gábri- el a Dé-o in ci-vi-tá-tem Ga- lilaéae, cú- i nómen Náza-reth, ad Vírginem desponsá-tam ví- ro, cú- i nómen é- rat Jóseph, alle-lú- ia. E u o u a e.

3. Ant. 6. F

A-scéndit autem Jóseph * a Ga-lilaé-a de ci-vi- tá-te Náza-reth, in Judaé-am

in ci-vi- tá-tem Dá- vid, quae vocátur Béthlehem, alle-lú- ia. E u o u a e.

4. Ant. 7. d

ET venérunt * festinántes, et invenérunt Ma-rí- am et Jóseph, et infántem pó-si-tum in praesépi- o, alle-lú- ia. E u o u a e.

5. Ant. 7. d


ET ípse Jésus * é-rat incí-pi- ens qua-si annórum tri-gínta, ut pu-tabá-tur fí-li- us Jóseph, alle-lú- ia. E u o u a e.


Capitulum. *Gen. 49. d.*

BEnedictiónes patris tui confortátae sunt benedictiónibus patrum ejus : * donec veníret desidérium cóllium aeternórum : * fiant in cápite Joseph, et in vertíce Nazaraéi inter fratres suos.


Hymn. 1.

TE Jó-seph cé-lebrent ágmina caéli-tum : Te cúncti résonent christí- adum chó-ri, Qui clá-rus mé-ri-tis, júnctus est ínclytae Cásto foéde-re Vírgi-ni. 2. Almo cum túmi-





℣. Sub úmbra illíus quem desideráveram sédi, allelúia.
℟. Et frúctus éjus dúlcis gútturi méo, allelúia.



Cant. Magníficat. 3. b. 213, *vel* 219.

Oratio.

Deus, qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctíssimae Genitrícis tuae Sponsum elígere dignátus es : † praesta, quaésumus; ut quem protectórem venerámur in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis : Qui vivis et regnas.

FESTA MAII.

1. SS. PHILIPPI ET JACOBI APOSTOLORUM.


Duplex II. Classis.


IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 7. c. 2. 137. — 2. Confitébor 7. a. 144. — 3. Beátus vir. 3. a. 147. — 4. Laudáte púeri. 7. a. 156. — 5. Laudáte Dóminum. 3. a. 172.

Antiphonae ut in II. Vesperis, 1302.

Capitulum, Hymnus et ℣. de Communi Apostolorum Tempore Paschali, 946.






Cant. Magníficat. 6. F. 216, *vel* 218. — *Oratio.* Deus, qui nos. *ut infra*, 1301.

Ad Primam. *Ant.* Dómine. 1302. *Lect. br.* Scimus quóniam. *ut in Communi*, 947.

Ad Tertiam. *Ant.* Philíppe. 1302. *Capitulum.* Stabunt justi. *de Communi*, 949. ℟. *br.* Sáncti et jústi. ℣. Lux perpétua. 947.

AD MISSAM.




Oratio.

Deus, qui nos ánnua Apostolórum tuórum Philíppi et Jacóbi solemnitáte laetíficas : † praesta, quaésumus ; ut quorum gaudémus méritis, * instruámur exémplis. Per Dóminum.

Epistola. Stabunt justi. 975.

Allelúia, allelúia. ℣. Confitebúntur. 975.



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joañ. 14.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Non turbétur cor vestrum. Créditis in Deum, et in me crédite. In domo Patris mei mansiónes multae sunt. Si quo minus dixíssem vobis : Quia vado paráre vobis locum. Et si abíero, et praeparávero vobis locum : íterum vénio, et accípiam vos ad meípsum, ut ubi sum ego, et vos sitis. Et quo ego vado scitis, et viam scitis. Dicit ei Thomas : Dómine, nescímus quo vadis : et quómodo póssumus viam scire? Dicit ei Jesus : Ego sum via, véritas et vita ; nemo venit ad Patrem nisi per me. Si cognovissétis me, et Patrem meum útique cognovissétis : et ámodo cognoscétis eum, et vidístis eum. Dicit ei Philíppus : Dómine, osténde nobis Patrem, et súfficit nobis. Dicit ei Jesus : Tanto témpore vobíscum sum, et non cognovístis me? Philíppe, qui videt me, videt et Patrem. Quómodo tu dicis : Osténde nobis Patrem? Non créditis, quia ego in Patre, et Pater in me est? Verba, quae ego loquor vobis, a meípso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit ópera. Non créditis, quia ego in Patre, et Pater in me est? Alióquin propter ópera ipsa crédite. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, ópera quae ego fácio, et ipse fáciet, et majóra horum fáciet : quia ego ad Patrem vado. Et quodcúmque petiéritis Patrem in nómine meo, hoc fáciam. Credo.

Offertorium. Confitebúntur. 976.

Secreta.

Munera, Dómine, quae pro Apostolórum tuórum Philíppi et Jacóbi solemnitáte deférimus, propítius súscipe : et mala ómnia, quae merémur, avérte. Per Dóminum.

Praefatio de Apostolis, 8.

Comm. 4.

Tanto témpore * vobís-cum sum, et non cogno-vístis me? Phi-líppe, qui vídet me, vídet et Pá- trem, alle-lú- ia : non cré- dis qui- a é-go in Pátre, et Páter in me est? alle-lú-ia, al-le- lú- ia.

Postcommunio.

Quaésumus Dómine, salutáribus repléti mystériis : ut, quorum solémnia celebrámus, eórum oratiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

Ad Sextam. *Ant.* Tánto témpore. 1303. *Capitulum,* ℟. *et* ℣. 947.

Ad Nonam. *Ant.* Si dilígitis me. 1303. *Capitulum,* ℟. *et* ℣. 947.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 7. c. 2. 137. — 2. Laudáte púeri. 7. a. 156. — 3. Crédidi. 3. a. 167. — 4. In converténdo. 7. a. 179. — 5. Dómine probásti me. 3. a. 192.

1. Ant. 7. c 2

Domine, * osténde nóbis Pátrem, et súf-fi-cit nó-bis, alle-lú- ia. E u o u a e.

2. Ant. 7. a

Philíppe, * qui ví-det me, vídet et Pá-trem mé-um, alle-lú- ia. E u o u a e.

3. Ant. 3. a

Tanto témpo-re * vobíscum sum et non cogno-ví-stis me? Phi-líppe, qui ví-det me, vídet et Pátrem mé- um, alle-lú- ia. E u o u a e.

4. Ant. 7. a

Si cogno- vis-sé-tis me, * et Pátrem mé-um ú-tique cogno-vissé-tis, et ámodo cognoscé-tis é- um, et vi-dístis é- um, alle-lú- ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

5. Ant. 3. a


Si di-lí-gi-tis me, * mandáta mé- a serváte, alle-lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

Capitulum et Hymnus de Communi, 949.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Mors sanctórum éjus, allelúia.

A Magnif. Ant. 7. a

Si mansé-ri-tis in me, * et vérba mé- a in vó-



Cant. Magníficat. 7. a. 216, *vel* 222.
Oratio. Deus, qui ánnua. 1301.

2. S. Athanasii Episc., Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Athanási. 1016.

Oratio.

Exáudi, quaésumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Athanásii Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus : † et qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, * ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sacerdótes túi. 1016.


3. FESTUM INVENTIONIS SANCTAE CRUCIS.


Duplex II. Classis.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 1309, *praeter .*

Ad Magnif. Ant. 1. D





Cant. Magníficat. 1. D. 212, *vel* 218. — *Oratio.* Deus, qui in praeclára. 1306.


Ad Primam. *Ant.* O mágnum. 1309. *Lect. br.* Humiliávit semetípsum. 1309.

AD TERTIAM.

Ant. Sálva nos. 1309. *Capitulum.* Fratres : Hoc enim. *e Vesperis,* 1310.

Tempore Paschali.


℟. br.




℣. Adorámus te Christe, et benedícimus tíbi, allelúia.
℟. Quia per Crúcem túam redemísti múndum, allelúia.

Extra Tempus Paschale.

℟. br.






℣. Adorámus te Chríste, et benedícimus tíbi.
℟. Quia per Crúcem túam redemísti múndum.

AD MISSAM.

Intr. 4.



Oratio.

Deus, qui in praeclára salutíferae Crucis Inventióne, Passiónis tuae mirácula suscitásti : † concéde : ut vitális ligni prétio * aetérnae vitae suffrágia consequámur : Qui vivis et regnas.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Philippenses. *Phil. 2.*


Fratres : Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se aequálem Deo : sed semetípsum exinanívit formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo. Humiliávit semetípsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum : et donávit illi nomen, quod est super omne nomen : (*Hic genuflectitur*) ut in nómine Jesu omne genu flectátur caeléstium, terréstrium, et infernórum : et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 3.*

IN illo témpore : Erat homo ex pharisaéis, Nicodémus nómine, princeps Judaeórum. Hic venit ad Jesum nocte, et dixit ei : Rabbi, scimus quia a Deo venísti magíster : nemo enim potest haec signa fácere quae tu facis, nisi fúerit Deus cum eo. Respóndit Jesus, et dixit ei : Amen, amen dico tibi, nisi quis renátus fúerit dénuo, non potest vidére regnum Dei. Dicit ad eum Nicodémus : Quómodo potest homo nasci, cum sit senex? Numquid potest in ventrem matris suae iteráto introíre et renásci? Respóndit Jesus : Amen, amen dico tibi, nisi quis renátus fúerit ex aqua et Spíritu Sancto, non potest introíre in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est : et quod natum est ex spíritu, spíritus est. Non miréris quia dixi tibi : Opórtet vos nasci dénuo. Spíritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, sed nescis unde véniat, aut quo vadat : sic est omnis qui natus est ex spíritu. Respóndit Nicodémus, et dixit ei : Quómodo possunt haec fíeri? Respóndit Jesus et dixit ei : Tu es magíster in Israel, et haec ignóras? Amen, amen dico tibi, quia quod scimus lóquimur, et quod vídimus testámur, et testimónium nostrum non accípitis. Si terréna dixi vobis, et non créditis : quómodo, si díxero vobis caeléstia, credétis? Et nemo ascéndit in caelum, nisi qui descéndit de caelo, Fílius hóminis, qui est in caelo. Et sicut Móyses exaltávit serpéntem in desérto, ita exaltári opórtet Fílium hóminis : ut omnis qui credit in ipsum, non péreat, sed hábeat vitam aetérnam. Credo.

Offert. 2.




Secreta.

SAcrifícium, Dómine, quod tibi immolámus, placátus inténde : ut ab omni nos éruat bellórum nequítia, et per vexíllum sanctae Crucis Fílii tui, ad conteréndas potestátis advérsae insídias, nos in tuae protectiónis securitáte constítuat. Per eúmdem Dóminum.

Praefatio de Cruce, 7

Comm. 4.



Postcommunio.

REpléti alimónia caélesti, et spiritáli póculo recreáti, quaésumus omnípotens Deus : ut ab hoste malígno defendas, quos per lignum sanctae Crucis Fílii tui, arma justítiae pro salúte múndi, triumpháre jussísti. Per eúmdem Dóminum.

AD SEXTAM.


Ant. Ecce Crúcem Dómini. 1310.

Capitulum. *Gal. 6. d.*

MIhi autem absit gloriári, † nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi : * per quem mihi mundus crucifíxus est, et ego mundo.

Tempore Paschali.

℟. br.



℣. Omnis térra adóret te, et psállat tíbi, allelúia.
℟. Psálmum dícat nómini túo Dómine, allelúia.

Extra Tempus Paschale.

℟. br. A D-orámus te Chríste, * Et benedí-cimus tí- bi.

℣. Qui-a per Crúcem tú-am redemísti múndum. Glóri- a Pátri.

℣. Omnis terra adóret te, et psállat tíbi.
℟. Psálmum dícat nómini túo Dómine.

AD SEXTAM.

Ant. Per signum Crúcis. 1310.

Capitulum. *Philipp. 2.*

Humiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. † Propter quod et Deus exaltávit illum, * et donávit illi nomen quod est super omne nomen.

Tempore Paschali.

℟. br. O -mnis térra adóret te, et psállat tí-bi : * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Psálmum dí-cat nómi-ni tú-o Dómine. Gló-ri- a Pátri.

℣. Hoc sígnum Crúcis érit in caélo, allelúia.
℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit, allelúia.

Extra Tempus Paschale.

℟. br. O -mnis térra adóret te, * Et psál- lat tí-bi. ℣. Psál-mum dícat nómi-ni tú-o Dómine. Gló-ri- a Pátri.

℣. Hoc sígnum Crúcis érit in caélo.
℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit.


IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 7. c. 137. — 2. Confitébor. 3. a. 140. — 3. Beátus vir. 1. f. 145. — 4. Laudáte púeri. 7. c. 156. — 5. Laudáte Dóminum. 8. c. 173.

1. Ant. 7. c O mágnum * pi- e-tá-tis ópus! mors mórtu-a tunc est, in lí- gno quando mórtu-a ví-ta fú- it. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

2. Ant. 3. a S Alva nos, * Chríste Salvá-tor, per virtú-tem Crúcis : qui salvásti Pétrum in má-ri, mi-se-ré-re nó-bis. *T. P.* Alle- lú-ia. E u o u a e.


3. Ant. 1. f E Cce Crúcem Dómi-ni, * fú-gi-te pártes advérsae : ví-cit lé-o de tríbu Júda, rádix Dávid, alle- lú- ia.




Capitulum. *Philipp. 2.*

FRatres : Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se aequálem Deo : † sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, * et hábitu invéntus ut homo.

Hymnus. Vexílla Régis. 511. *In stropha* O Crux áve, *loco :* Hoc Passiónis témpore, *dicitur :* Paschále quae fers gáudium. *Quae stropha dicitur flexis genibus : ultima numquam mutatur.*



℣. Hoc sígnum Crúcis érit in caélo. Allelúia.
℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit. Allelúia.



Cant. Magníficat. 2. D. 213, *vel* 219. — *Oratio.* Deus, qui. 1306.

4. S. Monicae Viduae. *Duplex.*

Oratio.

DEus, moeréntium consolátor, et in te sperántium salus, qui beátae Mónicae pias lácrimas in conversióne fílii sui Augustíni misericórditer suscepísti : † da nobis utriúsque interventu peccáta nostra deploráre, * et grátiae tuae indulgéntiam inveníre. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Cognóvi. 1069.

5. S. Pii V. Papae et Conf. *Duplex.*


Oratio.

DEus, qui ad conteréndos Ecclésiae tuae hostes, et ad divínum cultum reparándum, beátum Pium Pontíficem Máximum elígere dignátus es : † fac nos ipsíus defendi praesídiis, et ita tuis inhaerére obséquiis ; * ut ómnium hóstium superátis insídiis, perpétua pace laetémur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de Confess. Pont.* 1013.

6. S. Joannis ante Portam Latinam. *Dupl. maj.*

In I. et II. Vesperis.



Oratio.

Deus, qui cónspicis, quia nos úndique mala nostra pertúrbant : praesta, quaésumus; ut beáti Joánnis Apóstoli tui et Evangelístae intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Secreta.

Munéribus nostris, quaésumus Dómine, precibúsque suscéptis : et caeléstibus nos munda mystériis, et cleménter exáudi. Per Dóminum.

Postcommunio.

Reféctí, Dómine, pane caelésti : ad vitam, quaésumus, nutriámur aetérnam. Per Dóminum nostrum.

7. S. Stanislai Episc. et Mart. *Duplex.*

Oratio.

Deus, pro cujus honóre gloriósus Póntifex Stanisláus gládiis impiórum occúbuit : † praesta, quaésumus; ut omnes qui ejus implórant auxílium, * petitiónis suae salutárem consequántur efféctum. Per Dñum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sacerdótes Déi. 963.

8. In Apparitione S. Michaelis Archangeli. *Dupl. maj.*

Omnia ut in ejus Dedicatione, die 29. Septembris; sed Tempore Paschali additur Allelúia, *ubi non est, juxta ritum paschalem.*

9. S. Gregorii Nazianzeni Episc., Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Gregóri. 1016.

Oratio.

Deus, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Gregórium minístrum tribuísti : † praesta, quaésumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dñum.

Secreta et Postcommunio e Missa In médio. 1021.

10. S. Antonini Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

Sancti Antoníni, Dómine, Confessóris tui atque Pontíficis méritis adjuvémur : † ut sicut te in illo mirábilem praedicámus, * ita in nos misericórdem fuísse gloriémur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de Confess. Pont.* 1013.

Eadem die. SS. Gordiani et Epimachi Martyrum.

Oratio.

Da, quaésumus omnípotens Deus : * ut qui beatórum Mártyrum tuórum Gordiáni et Epímachi solémnia cólimus, eórum apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

Secreta.

Hostias tibi, Dómine, beatórum Mártyrum tuórum Gordiáni et Epímachi dicátas méritis, benígnus assúme : et ad perpétuum nobis tríbue proveníre subsídium. Per Dóminum.

Postcommunio.

Quaésumus omnípotens Deus : ut qui caeléstia aliménta percépimus, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Gordiáno et Epímacho per haec contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum nostrum.

12. SS. Nerei, Achillei et Domitillae Virg. atque Pancratii Mm.

Semiduplex.

Oratio.

Semper nos, Dómine, Mártyrum tuórum Nérei, Achíllei, Domitíllae atque Pancrátii fóveat, quaésumus, beáta solémnitas : * et tuo dignos reddat obséquio. Per Dóminum.

Secreta.

Sanctórum Mártyrum tuórum, quaésumus Dómine, Nérei, Achíllei, Domitíllae atque Pancrátii sit tibi grata conféssio : quae et múnera nostra comméndet, et tuam nobis indulgéntiam semper implóret. Per Dóminum.

Postcommunio.

Quaésumus Dómine : ut beatórum Mártyrum tuórum Nérei, Achíllei, Domitíllae atque Pancrátii deprecatiónibus, sacraménta sancta, quae súmpsimus, ad tuae nobis profíciant placatiónis augméntum. Per Dóminum.

13. S. Roberti Bellarmino, Ep., Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Robérte. 1016.

Oratio.

Deus, qui ad errórum insídias repelléndas et Apostólicae Sedis jura propugnánda, beátum Robértum Pontíficem tuum atque Doctórem mira eruditióne et virtúte decorásti : † ejus méritis et intercessióne concéde : * ut nos in veritátis amóre crescámus et errántium corda ad Ecclésiae tuae rédeant unitátem. Per Dóminum.

Secreta.

Hostias tibi, Dómine, in odórem suavitátis offérimus; et praesta : ut beáti Robérti mónitis et exémplis edócti, per sémitam mandatórum tuórum dilatáto corde currámus. Per Dóminum.

Postcommunio.

Sacraménta, quae súmpsimus, Dómine Deus noster, in nobis fóveant caritátis ardórem : quo beátus Robértus veheménter accénsus, pro Ecclésia tua se júgiter impendébat. Per Dóminum.

14 **S. Bonifatii Martyris.** *Simpl.*

Oratio.

Da, quaésumus omnípotens Deus : † ut qui beáti Bonifátii Mártyris tui solémnia cólimus, * ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

Secreta. Munéribus nostris. 966. *Postcommunio.* Refécti. 969.

---

15. **S. Joannis Baptistae de la Salle Conf.** *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui ad christiánam páuperum eruditiónem, et ad juvéntam in via veritátis firmándam, sanctum Joánnem Baptístam Confessórem excitásti, et novam per eum in Ecclésia famíliam collegísti : † concéde propítius; ut ejus intercessióne et exémplo, stúdio glóriae tuae in animárum salúte fervéntes, * ejus in caelis corónae partícipes fíeri valeámus. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

---

16. **S. Ubaldi Episc. et Conf.** *Semid.*

Oratio.

Auxílium tuum nobis, Dómine quaésumus, placátus impénde : † et intercessióne beáti Ubáldi Confessóris tui atque Pontíficis, * contra omnes diáboli nequítias déxteram super nos tuae propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de Conf. Pont.* 1013.

---

17. **S. Pascalis Baylon Conf.** *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui beátum Paschálem Confessórem tuum mirífica erga Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria dilectióne decorásti : † concéde propítius; ut quam ille ex hoc divíno convívio spíritus percépit pinguédinem, * eámdem et nos percípere mereámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

---

18. **S. Venantii Mart.** *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui hunc diem beáti Venántii Mártyris tui triúmpho consecrásti : † exáudi preces pópuli tui, et praesta; ut qui ejus mérita venerámur, * fídei constántiam imitémur. Per Dóminum.

Secreta.

Hanc oblatiónem, omnípotens Deus, beáti Venántii mérita tibi reddant accéptam : ut ipsíus subsídiis adjúti, glóriae ejus consórtes efficiámur. Per Dóminum.

Postcommunio.

Sumpsimus, Dómine, aetérnae vitae sacraménta, te humíliter deprecántes : ut beáto Venántio Mártyre tuo pro nobis deprecánte, véniam nobis concílient, et grátiam. Per Dóminum.

19. **S. Petri Caelestini Papae et Conf.** *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Caelestínum ad summi pontificátus ápicem sublimásti, quique illum humilitáti postpónere docuísti : † concéde propítius; ut ejus exémplo cuncta mundi despícere, * et ad promíssa humílibus praémia perveníre felíciter mereámur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de Conf. Pont.* 1013.

Eadem die. **S. Pudentianae Virginis.**

Oratio, Secreta et Postcommunio e Missa Dilexísti. 1056.

---

20. **S. Bernardini Senensis Conf.** *Semid.*

Oratio.

Domine Jesu, qui beáto Bernardíno Confessóri tuo exímium sancti Nóminis tui amórem tribuísti : † ejus, quaésumus, méritis et intercessióne, * spíritum nobis tuae dilectiónis benígnus infúnde. Qui vivis et regnas.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

---

25. **S. Gregorii VII. Papae et Conf.** *Duplex.*

Oratio.

Deus in te sperántium fortitúdo, qui beátum Gregórium Confessórem tuum atque Pontíficem, pro tuénda Ecclésiae libertáte virtúte constántiae roborásti : † da nobis ejus exémplo et intercessióne, * ómnia adversántia fórtiter superáre. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de Conf. Pont.* 1013.

Eadem die. **S. Urbani I. Papae et Martyris.**

Oratio.

Da, quaésumus omnípotens Deus : * ut qui beáti Urbáni Mártyris tui atque Pontíficis solémnia cólimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

Secreta.

Haec hóstia, Dómine quaésumus, emúndet nostra delícta : et ad sacrifícium celebrándum, subditórum tibi córpora, mentésque sanctíficet. Per Dóminum.

Postcommunio e Missa Lætábitur.

---

26. **S. Philippi Nerii Conf.** *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui beátum Philíppum Confessórem tuum Sanctórum tuórum glória sublimásti : † concéde propítius, ut, cujus solemnitáte laetámur, * ejus virtútum proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Secreta.

SAcrifíciis praeséntibus, quaésumus Dómine, inténde placátus : et praesta ; ut illo nos igne Spíritus Sanctus inflámmet, quo beáti Philíppi cor mirabíliter penetrávit. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem.

Postcommunio.

CAeléstibus, Dómine, pasti delíciis : quaésumus; ut beáti Philíppi Confessóris tui méritis et imitatióne, semper éadem, per quae veráciter vívimus, appetámus. Per Dóminum.

Eadem die. S. Eleutherii Papae et Martyris.

Oratio, Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. 960.

27. S. Bedae Venerabilis Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. O Dóctor... beáte Béda. 1016.

Oratio.

DEus qui Ecclésiam tuam beáti Bedae Confessóris tui atque Doctóris eruditióne cláríficas : † concéde propítius fámulis tuis, * ejus semper illustrári sapiéntia et méritis adjuvári. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa In médio. 1021.

Eadem die. S. Joannis I. Papae et Martyris.

Oratio, Secreta et Postcommunio e Missa Sacerdótes Déi. 963.

28. S. Augustini Cant. Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui Anglórum gentes praedicatióne et miráculis beáti Augustíni Confessóris tui atque Pontíficis, verae fídei luce illustráre dignátus es : † concéde ; ut ipso interveniénte, errántium corda ad veritátis tuae rédeant unitátem, * et nos in tua simus voluntáte concórdes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

Secreta.

SAcrifícium tibi offérimus, Dómine, in solemnitáte beáti Augustíni Pontíficis et Confessóris tui humíliter deprecántes : ut oves, quae periérunt, ad unum ovíle revérsae, hoc salutári pábulo nutriántur. Per Dóminum.

Postcommunio.

hOstia salutári reflécti : te Dómine súpplices exorámus; ut éadem, beáti Augustíni interveniénte suffrágio, in omni loco nómini tuo júgiter immolétur. Per Dóminum.

29. S. Mariae Madaglenae de Pazzis Virg. *Semid.*

Oratio.

DEus, virginitátis amátor, qui beátam Maríam Magdalénam Vírginem, tuo amóre succénsam, caeléstibus donis decorásti : † da, ut quam festíva celebritáte venerámur, * puritáte et caritáte imitémur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Dilexísti. 1056.

30. S. Felicis I. Papæ et Mart. *Simpl.*

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, * beáti Felícis Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de uno Mart. Pont.* 960.

31. S. Angelæ Mericiæ Virg. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui novum per beátam Angelam sacrárum vírginum collégium in Ecclésia tua doréscere voluísti : † da nobis ejus intercessióne angélicis móribus vívere ; ut terrénis ómnibus abdicátis, gáudiis pérfrui mereámur aetérnis. Per Dóminum.

Secreta.

hOstia, Dómine, quam tibi beátae Angelae memóriam recoléntes offérimus, et nostrae pravitátis véniam implóret, et grátiae tuae nobis dona concíliet. Per Dóminum.

Postcommunio.

CAelésti alimónia reflécti, súpplices te, Dómine, deprecámur : ut, beátae Angelae précibus et exémplo, ab omni labe mundáti, et córpore tibi placeámus, et mente. Per Dóminum.

Eadem die. S. Petronillæ Virginis.

Oratio.

EXáudi nos, Deus salutáris noster : * ut, sicut de beátae Petronillae Vírginis tuae festivitáte gaudémus; ita piae devotiónis erudiámur affectu. Per Dóminum.

Secreta.

ACcépta tibi sit, Dómine, sacrátae plebis oblátio, pro tuórum honóre sanctórum : quorum se méritis de tribulatióne percepísse cognóscit auxílium. Per Dóminum.

Postcommunio.

SAtiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris : ejus quaésumus semper interventióne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum.

FESTA JUNII.

2. SS. Marcellini, Petri atque Erasmi Martyrum. *Simpl.*

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beatórum Mártyrum tuórum Marcellíni, Petri atque Erásmi solemnitáte laetíficas : † praesta, quaésumus; ut quorum gaudémus méritis, * accendámur exémplis. Per Dóminum.

Secreta.

Haec hóstia, quaésumus Dómine, quam sanctórum Mártyrum tuórum natalítia recenséntes offérimus : et víncula nostrae pravitátis absólvat, et tuae nobis misericórdiae dona concíliet. Per Dóminum.

Postcommunio.

Sacro múnere satiáti súpplices te, Dómine, deprecámur : ut, quod débitae servitútis celebrámus offício, salvatiónis tuae sentiámus augméntum. Per Dóminum.

---

4. ## S. Francisci Caracciolo Conf. *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui beátum Francíscum, novi Ordinis institutórem, orándi stúdio et paeniténtiae amóre decorásti : † da fámulis tuis in ejus imitatióne ita profícere; ut semper orántes, et corpus in servitútem redigéntes, * ad caeléstem glóriam perveníre mereántur. Per Dóminum.

Secreta.

Da nobis, clementíssime Jesu : ut praeclára beáti Francísci mérita recoléntes, eódem nos, ac ille, caritátis igne succénsi, digne in circúitu sacrae hujus ménsae tuae esse valeámus : Qui vivis.

Postcommunio.

Sacrosáncti sacrifícii, quaésumus Dómine, quod hódie in solemnitáte beáti Francísci tuae obtúlimus majestáti, grata semper in méntibus nostris memória persevéret, et fructus. Per Dóminum.

---

5. ## S. Bonifatii Episcopi et Martyris. *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui multitúdinem populórum, beáti Bonifátii Mártyris tui atque Pontíficis zelo, ad agnitiónem tui nóminis vocáre dignátus es : † concéde propítius; ut cujus solémnia cólimus, * étiam patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Secreta.

Super has hóstias, Dómine, quaésumus, benedíctio copiósa descéndat : quae et sanctificatiónem nostram misericórditer operétur, et de sancti Bonifátii Mártyris tui atque Pontíficis fáciat solemnitáte gaudére. Per Dóminum.

Postcommunio.

Sanctificáti Dómine, salutári mystério : quaésumus; ut nobis sancti Bonifátii Mártyris tui atque Pontíficis pia non desit orátio, cujus nos donásti patrocínio gubernári. Per Dóminum.

---

6. ## S. Norberti Episcopi et Conf. *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui beátum Norbértum Confessórem tuum atque Pontíficem, verbi tui praecónem exímium effecísti, et per eum Ecclésiam tuam nova prole fecundásti : † praesta, quaésumus; ut, ejúsdem suffragántibus méritis, * quod ore simul et ópere dócuit, te adjuvánte exercére valeámus. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de Confess. Pontifice*, 1013.

9. ## SS. Primi et Feliciani Martyrum. *Simpl.*

Oratio.

Fac nos, quaésumus Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Primi et Feliciáni semper festa sectári : * quorum suffrágiis protectiónis tuae dona sentiámus. Per Dóminum.

Secreta.

Fiat tibi, quaésumus Dómine, hóstia sacránda placábilis, pretiósi celebritáte martýrii : quae et peccáta nostra puríficet, et tuórum tibi vota concíliet famulórum. Per Dóminum.

Postcommunio.

Quaésumus omnípotens Deus : ut sanctórum Mártyrum tuórum Primi et Feliciáni caeléstibus mystériis celebráta solémnitas, indulgéntiam nobis tuae propitiatiónis acquírat. Per Dóminum.

---

10. ## S. Margaritae Reginae Scotiae, Viduae. *Simpl.*

Oratio.

Deus, qui beátam Margarítam regínam exímia in páuperes caritáte mirábilem effecísti : † da, ut ejus intercessióne et exémplo, * tua in córdibus nostris cáritas júgiter augeátur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Cognóvi. 1069.

---

11. ## S. Barnabae Apostoli. *Dupl. maj.*

Oratio.

Deus, qui nos beáti Bárnabae Apóstoli tui méritis et intercessióne laetíficas : † concéde propítius; ut qui tua per eum benefícia póscimus, * dono tuae grátiae consequámur. Per Dóminum.

Secreta.

Munera, Dómine, obláta sanctífica : et, intercedénte beáto Bárnaba Apóstolo tuo, nos per haec a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per Dóminum.

Postcommunio.

Supplices te rogámus, omnípotens Deus : ut, quos tuis réficis sacraméntis, intercedénte beáto Bárnaba Apóstolo tuo, tibi étiam plácitis móribus dignánter tríbuas desérvíre. Per Dóminum.

---

12. ## S. Joannis a S. Facundo Conf. *Duplex.*

Oratio.

Deus auctor pacis, et amátor caritátis, qui beátum Joánnem Confessórem tuum mirífica dissidéntes componéndi grátia decorásti : † ejus méritis et intercessióne concéde; ut in tua caritáte firmáti, * nullis a te tentatiónibus separémur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

Eadem die. SS. Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii Mm.

Oratio.

SAnctórum Mártyrum tuórum Basilídis, Cyríni, Náboris atque Nazárii, quaésumus Dómine, natalítia nobis votíva respléndeant : * et quod illis cóntulit excelléntia sempitérna, frúctibus nostrae devotiónis accréscat. Per Dóminum.

Secreta.

PRO sanctórum tuórum Basílidis, Cyríni, Nabóris atque Nazárii sánguine venerándo, hóstias tibi, Dómine, solémniter immolámus, tua mirabília pertractántes : per quem talis est perfécta victória. Per Dñum.

Postcommunio.

SEmper, Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Basílidis, Cyríni, Nabóris atque Nazárii solémnia celebrántes : praesta quaésumus; ut eórum patrocínia júgiter sentiámus. Per Dóminum.

---

13. S. Antonii de Padua Conf. *Duplex.*

Oratio.

ECclésiam tuam, Deus, beáti Antónii Confessóris tui solémnitas votíva laetíficet : † ut spirituálibus semper muniátur auxíliis, * et gáudiis pérfrui mereátur aetérnis. Per Dóminum.

Secreta.

PRaesens oblátio fiat, Dómine, pópulo tuo salutáris : pro quo dignátus es Patri tuo te vivéntem hóstiam immoláre : Qui cum eódem Deo Patre, et Spíritu sancto vivis et regnas Deus, per ómnia.

Postcommunio.

DIvínis, Dómine, munéribus satiáti : quaésumus; ut beáti Antónii Confessóris tui méritis et intercessióne, salutáris sacrifícii sentiámus effectum. Per Dóminum.

---

14. S. Basilii Magni Episc., Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Basíli. 1016.

Oratio.

EXáudi, quaésumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Basílii Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus : † et qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, * ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sacerdótes túi. 1016.

---

15. SS. Viti, Modesti atque Crescentiae Mart. *Simpl.*

Oratio.

DA Ecclésiae tuae, quaésumus Dómine, sanctis Martýribus tuis Vito, Modésto atque Crescéntia intercedéntibus, supérbe non sápere, sed tibi plácita humilitáte profícere : † ut prava despíciens, * quaecúmque recta sunt, líbera exérceat caritáte. Per Dóminum.

Secreta.

SIcut glóriam divínae poténtiae múnera pro Sanctis obláta testántur : sic nobis effectum, Dómine, tuae salvatiónis impéndant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Postcommunio.

REpléti, Dómine, benedictióne solémni : quaésumus; ut per intercessiónem sanctórum Mártyrum tuórum Viti, Modésti et Crescéntiae, medicína Sacraménti et corpóribus nostris prosit, et méntibus. Per Dóminum.

---

18. S. Ephraem Syri, Diaconi, Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Ephraem. 1016.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Ephraem Confessóris tui et Doctóris mira eruditióne et praecláris vitae méritis illustráre voluísti : te súpplices exorámus; ut, ipso intercedénte, eam advérsus erróris et pravitátis insídias perénni tua virtúte deféndas. Per Dñum.

Secreta et Postcommunio e Missa In médio. 1021.

Eadem die. SS. Marci et Marcelliani Martyrum.

Oratio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : † ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Marci et Marcelliáni natalítia cólimus, * a cunctis malis imminéntibus eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum.

Secreta.

MUnera tibi, Dómine, dicáta sanctífica : et, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Marco et Marcelliáno, per éadem nos placátus inténde. Per Dóminum.

Postcommunio.

SAlutáris tui, Dómine, múnere satiáti, súpplices exorámus : ut, cujus laetámur gustu, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Marco et Marcelliáno, renovémur effectu. Per Dóminum.

---

19. S. Julianae de Falconeriis Virginis. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui beátam Juliánam Vírginem tuam, extrémo morbo laborántem, pretióso Fílii tui córpore mirabíliter recreáre dignátus es : † concéde, quaésumus; ut, ejus intercedéntibus méritis, nos quoque eódem in mortis agóne refécti ac roboráti, * ad caeléstem pátriam perducámur. Per eúmdem Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Dilexísti. 1056.

Eadem die. SS. Gervasii et Protasii Martyrum.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Gervásii et Protásii solemnitáte laetíficas : * concéde propítius; ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sálus autem. 1000.

---

20. S. Silverii Papae et Martyris. *Simpl.*

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, * beáti Silvérii Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de Communi unius Mart. Pont.* 960.

21. S. Aloisii Gonzagae Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

CAeléstium donórum distribútor Deus, qui in angélico júvene Aloísio miram vitae innocéntiam pari cum paeniténtia sociásti : † ejus méritis et précibus concéde; ut innocéntem non secúti, * paeniténtem imitémur. Per Dóminum.

Secreta.

CAelésti convívio fac nos, Dómine, nuptiáli veste indútos accúmbere : quam beáti Aloísii pia praeparátio, et juges lácrimae inaestimabílibus ornábant margarítis. Per Dóminum.

Postcommunio.

ANgelórum esca nutrítos, angélicis étiam, Dómine, da móribus vívere : et ejus, quem hódie cólimus, exémplo, in gratiárum semper actióne manére. Per Dóminum.

22. S. Paulini Episcopi et Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui ómnia pro te in hoc saéculo relinquéntibus, céntuplum in futúro et vitam aetérnam promisísti : † concéde propítius; ut sancti Pontíficis Paulíni vestígiis inhaeréntes, * valeámus terréna despícere, et sola caeléstia desideráre. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Secreta.

DA nobis Dómine perféctae caritátis sacrifícium, exémplo sancti Pontíficis Paulíni, cum altáris oblatióne conjungére : et beneficéntiae stúdio sempitérnam misericórdiam promeréri. Per Dóminum.

Postcommunio.

TRíbue nobis per haec sancta, Dómine, illum pietátis et humilitátis affectum, quem ex hoc divíno fonte hausit sanctus Póntifex tuus Paulínus : et ipsíus intercessióne, in omnes qui te deprecántur, grátiae tuae divítias benígnus effúnde. Per Dóminum.

DIE 24. JUNII.


IN NATIVITATE S. JOANNIS BAPTISTAE.

Duplex I. Classis cum Octava.


IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 7. a. 137. — 2. Confitébor. 8. G. 145. — 3. Beátus vir. 1. f. 145. — 4. Laudáte púeri. 4. A*. 155. — 5. Laudáte Dóminum. 5. a. 173.

1. Ant. 7. a




I-pse prae-íbit * ante íl-lum in spí-ri-tu et virtú-




te E-lí- ae, pará-re Dómino plébem perféctam. E u o u a e.


2. Ant. 8. G



JO-ánnes * est nómen éjus : vínum et sí-ce-ram non




bíbet, et múl- ti in na-ti-vitá-te é-jus gaudé-bunt.



E u o u a e.

3. Ant. 1. f




EX útе-ro senectútis * et sté-ri-li




Jo-ánnes nátus est, Praecúrsor Dómi-ni. E u o u a e.

4. Ant. 4. A*




I-ste pú-er * mágnus coram Dómi-no : nam et má-



nus é-jus cum í-pso est. E u o u a e.


5. Ant. 5. a




NAzaraé-us *



vocábi-tur pú-er íste : vínum et sí-ceram non bí-bet, et



ómne immúndum non manducábit ex úte-ro mátris



sú- ae. E u o u a e.

Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 1341.

℣. Fúit hómo míssus a Déo. ℟. Cúi nómen érat Joánnes

Ad Magnif. Ant. 8. G

INgrésso * Zacha-rí- a témplum Dómi-ni, appá-ru- it é- i Gábri- el Ange-lus, stans a déxtris altá- ris incénsi. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8 G. 217, *vel* 223. — *Oratio.* Deus, qui praeséntem. 1338.

AD LAUDES.

Antiphona. Elísabeth Zacharíae. *cum reliquis e II. Vesperis*, 1340. *Psalmi ut in Festis*, 226. *Capitulum.* Audíte ínsulae. 1341.

Hymn. 2.

O nimis fé-lix me-ri-tíque célsi, Nésci- ens lábem níve- i pudó-ris : Praé-po-tens Mártyr, nemorúmque cúltor, Má-xime vátum. 2. Sérta ter dénis á-li-os corónant Aucta креméntis, duplicá-ta quósdam : Trí- na te frúctu cumu-láta céntum Né-xi-bus órnant. 3. Nunc pótens nóstri mé-ri- tis opímis Pécto-ris dú-ros lápides revélle, Aspe-rum plánans í-ter, et refléxos Dí- ri-ge cálles.

4. Ut pí- us múndi Sátor et Redémptor, Méntibus cúlpae sine lábe pú-ris, Ri- te digné-tur véni- ens be-átos Pó-ne-re gréssus. 5. Láudibus cíves cé-lebrent supérni Te Dé-us símplex, pa-ri-térque trí-ne : Súppli-ces et nos véni- am precámur, Párce redémptis. Amen.

Alter Tonus.

1.

O nimis fé- lix me-ri- tíque cél-si, Nésci- ens lábem ní-ve- i pudó-ris : Praépo-tens Mártyr, nemorúmque cúl-tor, Má- xime vá-tum. 2. Sér-ta ter dé- nis á-li-os corónant Aucta креméntis, duplicá-ta quósdam : Trína te frúctu cumu-lá-ta céntum Né- xibus órnant. 3. Nunc pótens

nóstri mé-ri-tis opímis Pécto-ris dú-ros lá-pides revél-

le, Asperum plánans í-ter, et reflé-xos Dí- rige cál-les.

4. Ut pí- us múndi Sátor et Redémptor, Méntibus cúlpae

si-ne lábe pú-ris, Ri-te dignétur véni- ens be- á- tos Pó-

nere gréssus. 5. Láudibus cí- ves cé-lebrent supérni

Te Dé-us símplex, pa- ri-térque trí-ne : Súppli-ces et nos

véni- am precámur, Pár-ce redémptis. Amen.

℣. Iste púer mágnus coram Dómino.
℟. Nam et mánus éjus cum ípso est.

Ad Bened. Ant. 8. g

A-pértum est * os Zacha-rí-ae, et prophe-tá-vit

dí- cens : Bene-dí-ctus Dé-us Isra-el. E u o u a e.

Oratio. Deus qui praeséntem diem. 1338.

Ad Primam. *Ant.* Elísabeth Zacharíae. 1340. *Lect. br.* Reges vidébunt. 1340.

AD TERTIAM.

Ant. Innuébant. 1341. *Capitulum.* Audíte ínsulae. *e Vesperis*, 1341.

℟. br.

F U-it hómo * Míssus a Dé- o. ℣. Cú- i nómen

érat Jo-ánnes. Glo-ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-

tu- i Sáncto.

℣. Inter nátos mulíerum non surréxit májor. ℟. Joánne Baptísta.

AD MISSAM.

Intr. 1.

D E vén-tre * mátris mé- ae vocá- vit me Dó-

mi- nus nó- mine mé- o : et pó-su- it os mé- um

ut gládi- um a- cú- tum : sub teguménto má-nus sú-

ae pro- té- xit me, pó- su- it me qua-si sagít-tam

e- lé-ctam. *Ps.* Bónum est confitéri Dómi-no : * et psálle-

re nómini tú- o, Altíssi- me. Glóri- a Pátri. E u o u a e.


Oratio.


Deus, qui praeséntem diem honorábilem nobis in beáti Joánnis Nativitáte fecísti : † da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum : * et ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis aetérnae. Per Dñum.

Lectio Isaiae Prophetae. *Is. 49.*

Audíte ínsulae, et atténdite pópuli de longe : Dóminus ab útero vocávit me, de ventre matris meae recordátus est nóminis mei. Et pósuit os meum quasi gládium acútum : in úmbra manus suae protéxit me, et pósuit me sicut sagíttam eléctam : in pháretra sua abscóndit me. Et dixit mihi : Servus meus es tu, Israel, quia in te gloriábor. Et nunc dicit Dóminus, formans me ex útero servum sibi : Ecce dedi te in lucem géntium, ut sis salus mea usque ad extrémum terrae. Reges vidébunt, et consúrgent príncipes, et adorábunt propter Dóminum, et sanctum Israel qui elégit te.

Grad. 5.





✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 1. f.*


Elísabeth implétum est tempus pariéndi, et péperit fílium. Et audiérunt vicíni et cognáti ejus, quia magnificávit Dóminus misericórdiam suam cum illa, et congratulabántur ei. Et factum est in die octávo, venérunt circumcídere púerum, et vocábant eum nómine patris sui Zacharíam. Et respóndens mater ejus, dixit : Nequáquam, sed vocábitur Joánnes. Et dixérunt ad illam : Quia nemo est in cognatióne tua, qui vocétur hoc nómine. Innuébant autem patri ejus, quem vellet vocári eum. Et póstulans pugilláre m, scripsit dicens : Joánnes est nomen ejus. Et miráti sunt univérsi. Apértum est autem íllico os ejus, et lingua ejus, et loquebátur benedícens Deum. Et factus est timor super omnes vicínos eórum : et super ómnia montána Judaéae divulgabántur ómnia verba haec : et posuérunt omnes qui audíerant in corde suo dicéntes : Quis, putas, puer iste erit? Etenim manus Dómini erat cum illo. Et Zacharías pater ejus replétus est Spíritu Sancto et prophetávit dicens : Benedíctus Dóminus Deus Israel, quia visitávit et fecit redemptiónem plebis suae.

Offertorium. Jústus ut pálma. 1021.

Secreta.

Tua, Dómine, munéribus altária cumulámus : illíus Nativitátem honóre débito celebrántes, qui Salvatórem mundi et cécinit ad futúrum, et adésse monstrávit, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum.

Comm. 2.



Postcommunio.



Sumat Ecclésia tua, Deus, beáti Joánnis Baptístae generatióne laetítiam : per quem suae regeneratiónis cognóvit auctórem, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum.

AD SEXTAM.

Ant. Joánnes vocábitur. 1341.

Capitulum. *Isaiae 49. l.*

Et nunc haec dicit Dóminus, formans me ex útero servum sibi : † Dedi te in lucem géntium, * ut sis salus mea usque ad extrémum terrae.

℟. br.

Inter ná-tos mu-lí- e-rum * Non surré- xit má-jor.

℣. Jo- ánne Baptísta. Gló-ri- a Pátri. 1337.




℣. Elísabeth Zacharíae mágnum vírum génuit.
℟. Joánnem Baptístam Praecursórem Dómini.

AD NONAM.

Ant. Tu púer. 1341.

Capitulum. *Isaiae 49. b.*


Reges vidébunt et consúrgent príncipes, † et adorábunt Dóminum Deum tuum, * et sanctum Israël, qui elégit te.


℟. br.

E- lí-sabeth Zacha-rí- ae * Mágnum ví- rum gé-

nu- it. ℣. Jo- ánnem Baptístam Praecursó-rem Dómi-ni.

Gló-ri- a Pátri. 1337.




℣. Iste púer mágnus coram Dómino.
℟. Nam et mánus éjus cum ípso est.



IN II. VESPERIS.



Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 3. a. 134. — 2. Confitébor. 4. E. 142. — 3. Beátus vir. 1. f. 145. — 4. Laudáte púeri. 3. b. 154. — 5. Laudáte Dóminum. 3. b. 172.




1. Ant. 3. a

E- lí-sabeth Zacha-rí-ae * mágnum ví-rum génu- it,


Jo-ánnem Baptístam Praecursó-rem Dómi-ni. E u o u a e.

2. Ant. 4. E

I Nnu-ébant * pátri é-jus quem véllet vo-cá- ri

é- um : et scrípsit dí-cens : Jo-ánnes est nómen é- jus.

E u o u a e.

3. Ant. 1. f

J O-ánnes vocábi-tur * nómen é-jus,

et in na-ti-vi-tá-te é-jus múlti gaudé-bunt. E u o u a e.

4. Ant. 3. b

I Nter ná-tos * mu-lí- e- rum non surréxit má-jor

Jo-ánne Baptí-sta. E u o u a e.

5. Ant. 3. b

T U pú- er, *

prophé- ta Altíssimi vo-cábe-ris : prae-í-bis ante Dóminum

pará-re ví- as é- jus. E u o u a e.

Capitulum. *Isaiae. 49. b.*

Audíte ínsulae, et atténdite pópuli de longe : † Dóminus ab útero vocávit me, * de ventre matris meae recordátus est nóminis mei.

Hymn. 2.

UT qué-ant láxis re-soná-re fíbris Mí- ra gestó- rum fámu-li tu-ó-rum, Sól-ve pollú-ti lábi- i re-á-tum, Sáncte Jo-ánnes. 2. Núnti- us célso véni- ens Olýmpo, Te pátri mágnum fó-re nasci-tú-rum, Nó-men, et vítae sé-ri- em ge-réndae Ordi-ne prómit. 3. Ille promíssi dúbi- us supérni, Pérdi-dit prómptae módu-los loqué- lae : Sed re-formásti géni-tus per-émptae Organa vó- cis. 4. Véntris obstrúso récubans cubí-li Sénse-ras Ré- gem thá-lamo manéntem : Hinc pá-rens ná-ti mé-ri-tis u-térque Abdi-ta pándit. 5. Sit décus Pátri, genitaé- que Pró-li. Et tí-bi cómpar utri- úsque vírtus, Spí- ri-

tus semper, Dé-us únus, ómni Témpo-ris aévo. Amen.

℣. Iste púer mágnus coram Dómino.
℟. Nam et mánus éjus cum ípso est.

Ad Magnif. Ant. 7. d

PU-er * qui nátus est nóbis, plus quam prophé- ta est : hic est enim de quo Salvátor á- it : Inter nátos mu-lí- erum non surréxit má- jor Jo-ánne Baptí-sta.

E u o u a e.

Cant. Magníficat. 7. d. 216, *vel* 222.

Oratio.

DEus, qui praeséntem diem honorábilem nobis in beáti Joánnis Nativitáte fecísti : † da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum : * et ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis aetérnae. Per Dñum.

25. S. Gulielmi Abbatis. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui infirmitáti nostrae ad teréndam salútis viam in Sanctis tuis exémplum et praesídium collocásti : da nobis ita beáti Guliélmi Abbátis mérita venerári; * ut ejúsdem excipiámus suffrágia, et vestígia prosequámur. Per Dóminum.


Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. *de Abbatibus*, 1031.

26. SS. Joannis et Pauli Martyrum. *Duplex.*


In I. Vesperis.

Ant. 1. g

A-sti-té-runt * jústi ante Dómi-num, et ab in-



vicem non sunt sepa-rá-ti : cá- li-cem Dó- mini bi-




bé- runt, et amí-ci Dé- i appel-lá-ti sunt. E u o u a e.


℣. Laetámini in Dómino, et exsultáte jústi.
℟. Et gloriámini ómnes récti córde.

In II. Vesperis.


Ant. 1. D




I - sti sunt * dú-ae o-lívae, et dú- o cande-lábra



lucénti- a ante Dóminum : há-bent pot-e-stá- tem cláude-



re caélum núbibus, et ape-rí-re pórtas é- jus : qui-a



línguae e- ó-rum cláves caéli fáctae sunt. E u o u a e.

℣. Exsultábunt Sáncti in glória. ℟. Laetabúntur in cubílibus súis.

Oratio.

Quaésumus omnípotens Deus : ut nos gemináta laetítia hodiérnae festivitátis excípiat, † quae de beatórum Joánnis et Pauli glorificatióne procédit ; * quos éadem fides et pássio vere fecit esse germános. Per Dóminum.

Secreta.

Hostias tibi, Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Joánnis et Pauli dicátas méritis, benígnus assúme : et ad perpétuum nobis tríbue provenire subsídium. Per Dóminum.

Postcommunio.

Sumpsimus, Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Joánnis et Pauli solémnia celebrántes, sacraménta caeléstia : praesta, quaésumus ; ut quod temporáliter gérimus, aetérnis gáudiis consequámur. Per Dóminum.

28. S. Irenaei, Ep. et Mart. *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui beáto Irenaéo Mártyri tuo atque Pontífici tribuísti, ut et veritáte doctrínae expugnáret haéreses, et pacem Ecclésiae felíciter confirmáret : † da, quaésumus, plebi tuae in sancta religióne constántiam : * et pacem tuam nostris concéde tempóribus. Per Dóminum.

Secreta.

Deus, qui credéntes in te pópulos nullis sinis cóncuti terróribus : dignáre preces et hóstias dicátae tibi plebis suscípere ; ut pax a tua pietáte concéssa, christianórum fines ab ómni hoste fáciat esse secúros. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Postcommunio.

Deus, auctor pacis et amátor, quem nosse, vívere, cui servíre, regnáre est : prótege ab ómnibus impugnatiónibus súpplices tuos ; ut, qui in defensióne tua confídimus, beáti Irenaéi Mártyris tui atque Pontíficis intercessióne, nullíus hostilitátis arma timeámus. Per Dóminum.

DIE 29 JUNII.

SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

Duplex I. Classis cum Octava.


IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Confitébor. 7. b. 144. — 3. Beátus vir. 8. c. 152. — 4. Laudáte púeri. 7. c. 2. 156. — 5. Laudáte Dóminum. 7. c. 173.

1. Ant. 8. G




P Etrus et Jo-ánnes * ascendébant in témplum,




ad hó- ram ora-ti- ó-nis nó-nam. E u o u a e.

2. Ant. 7 b




A Rgén-tum * et áurum non est mí- hi : quod autem




hábe-o, hoc tíbi do. E u o u a e.

3. Ant. 8. c



D Ixit Ange-



lus ad Pétrum : * Circúmda tí-bi vestiméntum tú- um, et

séquere me. E u o u a e.

4. Ant. 7. c 2

Misit Dóminus * An-ge-lum sú-um, et libe-rávit me de mánu He-ródis, al-le-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant. 7. c

Tu es Pétrus, * et super hanc pétram aedi-ficábo Ecclé-si-am mé-am.

E u o u a e.

Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 1351.

℣. In ómnem térram exívit sónus eórum.

℟. Et in fines órbis térrae vérba eórum.

Ad Magnif. Ant. 1. f

Tu es pástor óvi-um, * Prínceps Aposto-ló-rum: tíbi tráditae sunt clá-ves régni caeló-rum. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. f. 212, *vel* 218.

Oratio. Deus, qui hodiérnam diem. 1348. *Et non fit commemoratio S. Pauli, cum Oratio sit communis.*

AD LAUDES.

Antiphona. Pétrus et Joánnes. *cum reliquis e I. Vesperis*, 1345. *Psalmi ut in Festis*, 226. *Capitulum.* Misit Heródes. 1351.

Hymn. 4.


Be-á-te Pástor Pétre, clémens áccipe Vó-ta pre-

cántum, crimi-númque víncu-la Vér-bo re-sólve cui pot-é-stas trá-di-ta Ape-rí-re térris caélum, apértum cláude-re. 2. E-gré-gi-e Dóctor Páule, mó-res ínstru-e, Et nó-stra técum péctora in caé-lum tráhe: Ve-lá-ta dum me-rí-di-em cérnat fídes, Et só-lis instar só-la régnet cá-ri-tas. 3. Sit Tri-ni-tá-ti sempi-térna gló-ri-a, Hónor, pot-éstas, atque ju-bi-lá-ti-o, In uni-tá-te quae gubér-nat ómni-a, Per univérsa aeterni-tá-tis saécu-la. Amen.

℣. Annuntiavérunt ópera Déi. ℟. Et fácta éjus intellexérunt.

Ad Bened. Ant. 8. G

Quodcúmque * ligáve-ris super térram, é-rit li-gá-tum et in caé-lis: et quodcúmque sólve-ris super tér-



Oratio. Deus qui hodiérnam. *ut infra.*


Ad Primam. *Ant.* Pétrus et Joánnes. 1345. *Lect. br.* Et Pétrus ad se revérsus. 1351.

AD TERTIAM.

Ant. Argéntum. 1345. *Capitulum.* Misit Heródes. *e Vesperis,* 1351. ℟. *br.* In ómnem térram. 941. ℣. Constítues éos.

AD MISSAM.

Intr. 3.




Oratio.


Deus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri et Pauli martýrio consecrásti : † da Ecclésiae tuae, eórum in ómnibus sequi praecéptum, * per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

Lectio Actuum Apostolorum. *Act. 12.*


In diébus illis : Misit Heródes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclésia. Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. Videns autem quia placéret Judaéis, appósuit ut apprehénderet et Petrum. Erant autem dies Azymórum. Quem cum apprehendísset, misit in cárcerem, tradens quátuor quaterniónibus mílitum custodiéndum, volens post Pascha prodúcere eum pópulo. Et Petrus quidem servabátur in cárcere. Orátio autem fiébat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo. Cum autem productúrus eum esset Heródes, in ipsa nocte erat Petrus dórmiens inter duos mílites, vinctus caténis duábus : et custódes ante óstium custodiébant cárcerem. Et ecce Angelus Dómini ádstitit : et lumen refúlsit in habitáculo : percussóque látere Petri, excitávit eum dicens : Surge velóciter. Et cecidérunt caténae de mánibus ejus. Dixit autem Angelus ad eum : Praecíngere, et cálcea te cáligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi : Circúmda tibi vestiméntum tuum, et séquere me. Et éxiens sequebátur eum, et nesciébat quia verum est quod fiébat per Angelum : existimábat autem se visum vidére. Transeúntes autem primam et secúndam custódiam, venérunt ad portam férream quae ducit ad civitátem : quae ultro apérta est eis. Et exeúntes processérunt vicum unum : et contínuo discéssit Angelus ab eo. Et Petrus ad se revérsus, dixit : Nunc scio vere, quia misit Dóminus Angelum suum, et erípuit me de manu Heródis, et de omni exspectatióne plebis Judaeórum.

Grad. 5.






2.




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.** *Matth. 16.*

IN illo témpore : Venit Jesus in partes Caesaréae Philíppi, et interrogábat discípulos suos, dicens : Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? At illi dixérunt : Alii Joánnem Baptístam, álii autem Elíam, álii vero Jeremíam, aut unum ex prophétis. Dicit illis Jesus : Vos autem quem me esse dícitis? Respóndens Simon Petrus, dixit : Tu es Christus Fílius Dei vivi. Respóndens autem Jesus, dixit ei : Beátus es, Simon Bar Jona : quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus qui in caelis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificábo Ecclésiam meam, et portae ínferi non praevalébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni caelórum. Et quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in caelis : et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in caelis. Credo.

Offert. 3.






Secreta.

HOstias, Dómine, quas nómini tuo sacrándas offérimus, apostólica prosequátur orátio : per quam nos expiári tríbuas, et deféndi. Per Dóminum.

Praefatio de Apostolis, 8.

Comm. 6.



Postcommunio.

QUos caeléstí, Dómine, aliménto satiásti : apostólicis intercessiónibus ab omni adversitáte custódi. Per Dóminum.

AD SEXTAM.

Ant. Dixit Angelus ad Pétrum. 1345.

Capitulum. *Act. 12.*

PEtrus quidem servabátur in cárcere. † Orátio autem fiébat sine intermissióne* ab Ecclésia ad Deum pro eo.

℟. *br.* Constítues éos. 941. ℣. Nimis.

AD NONAM.

Ant. Tu es Pétrus. 1346.

Capitulum. *Act. 12. b.*

ET Petrus ad se revérsus, dixit : Nunc scio vere, quia misit Dóminus Angelum suum, † et erípuit me de manu Heródis, * et de omni exspectatióne plebis Judaeórum.

℟. *br.* Nimis honoráti sunt. 942. ℣ Annuntiavérunt.

IN II. VESPERIS.

Ubi non est faciendum Officium S. Pauli in ecclesia propria.

Antiphonae et Psalmi ut in II. Vesp. de Communi Apostolorum, 942.

Capitulum. *Act. 12.*

MIsit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia. † Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. * Videns autem quia placéret Judaéis, appósuit ut apprehénderet et Petrum.


Hymn. 4.

DE-có-ra lux aeterni- tá- tis áure- am Dí-em be- á-tis irri-gá-vit ígnibus, A-posto- lórum quae coró-nat Príncipes, Re- ísque in ástra líberam pándit ví- am. 2. Mún-di Ma-gíster, atque caé-li Jáni-tor, Ró-mae paréntes, arbi-tríque génti- um, Per énsis ille, hic per crú-cis víctor nécem, Ví-tae sená-tum laure-á- ti póssident. 3. O Róma fé-lix, quae du- ó-rum Príncipum Es consecrá-ta glo-ri- ó-so sánguine: Hó- rum cru- ó-re purpurá-ta cé-te-ras Excéllis órbis úna pulchri-tú-di-nes. 4. Sit Tri-ni- tá-ti sempi- térna gló-ri- a, Hónor, pot-


éstas, atque ju-bi- lá-ti-o, In uni- táte quae gu-bérnat ómni- a, Per univérsa ae-terni-tá-tis saécu-la. Amen.

Alter Tonus.


1. DEcóra lux aeterni-tá- tis áure- am Dí- em be- á-tis irrigávit ígnibus, Aposto-ló-rum quae corónat Prín-cipes, Re- ísque in ástra líberam pándit ví- am. 2. Mún-di Magíster, atque caéli Já-ni- tor, Rómae parén-tes, ar-bitríque génti- um, Per énsis íl-le, hic per crúcis víctor nécem, Vítae sená- tum laure- á-ti póssident. 3. O Róma fé-lix, quae du- ó-rum Prínci- pum Es con-secrá- ta glo-




ri-óso sánguine : Hórum cru-ó-re purpuráta cé-teras




Excél- lis ór-bis úna pulchritúdines. 4. Sit Trini-tá-ti



sempi-térna gló-ri- a, Hónor, poté- stas, atque jubi- lá-




ti- o, In u-ni-tá-te quae gubérnat ómni- a, Per u- nivér-




sa aeterni-tá-tis saécu-la. Amen.

℣. Annuntiavérunt ópera Déi.
℟. Et fácta éjus intellexérunt.


Ad Magnif.
Ant. 1. D




Hodi- e * Sí-mon Pétrus ascén-dit crú-cis pa-




tí-bu-lum, alle- lú- ia : hó-di- e Clavi-cu-lá-ri- us régni,




gáudens migrávit ad Chrí-stum : hódi- e Páulus Apó-



sto-lus, lúmen órbis térrae, incli-ná-to cá-pi-te, pro



Chrísti nómi-ne martý-ri- o coroná-tus est, alle- lú- ia.



E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D. 212, *vel* 218.

Oratio.

Deus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri et Pauli martýrio consecrásti : † da Ecclésiae tuae eórum in ómnibus sequi praecéptum, * per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

Et non fit commemoratio S. Pauli.

Ubi vero fit Officium S. Pauli in ecclesia propria.

In I. Vesperis.

Omnia ut in Festo Conversionis S. Pauli, 1233, *praeter :*

Capitulum. *2. Tim. 4. b.*

Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. † In réliquo repósita est mihi coróna justítiae, * quam reddet mihi Dóminus in illa die justus judex.

Ad Magnificat. Ant. Sáncte Páule Apóstole. 1240. — *Oratio.* Deus, qui multitúdinem. *ut infra.*

Commemoratio S. Petri. Ant. Tu es Pástor. 1228. ℣. Tu es Pétrus. — *Oratio.* Deus qui beáto Petro. 1228.

---

30. In Commemoratione S. Pauli Apostoli.

Duplex majus.

Ad Primam. *Ant.* Ego plantávi. 1238. *Lect.br.* Ego enim. *ut infra,* 1357.

AD TERTIAM.

Ant. Libénter gloriábor. 1238. *Capitulum.* Bonum certámen. *ut supra.* ℟. *br.* In ómnem térram. 941. ℣. Constítues.

AD MISSAM.

Introitus. Scio cúi crédidi. 1233.

Oratio.


Deus, qui multitúdinem géntium beáti Pauli Apóstoli praedicatióne docuísti : † da nobis, quaésumus; ut cujus natalítia cólimus, * ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Et fit commemoratio S. Petri. Oratio. Deus, qui beáto Petro. 1228.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Galatas. *Gal. 1. b.*

FRatres : Notum vobis fácio Evangélium, quod evangelizátum est a me, quia non est secúndum hóminem : neque enim ego ab hómine accépi illud neque dídici, sed per revelatiónem Jesu Christi. Audístis enim conversatiónem meam aliquándo in judaísmo : quóniam supra modum persequébar Ecclésiam Dei, et expugnábam illam, et proficiébam in judaísmo supra multos coaetáneos meos in génere meo, abundántius aemulátor exsístens paternárum meárum traditiónum. Cum autem plácuit ei qui me segregávit ex útero matris meae, et vocávit per grátiam suam, ut revelá-ret Fílium suum in me, ut evangelizárem illum in géntibus : contínuo non acquiévi carni et sánguini : neque veni Jerosólymam ad antecessóres meos Apóstolos : sed ábii in Arábiam; et íterum revérsus sum Damáscum : deínde post annos tres, veni Jerosólymam vidére Petrum, et mansi apud eum diébus quíndecim : álium autem Apostolórum vidi néminem, nisi Jacóbum fratrem Dómini. Quae autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non méntior.

Graduale. Qui operátus est. 1235.



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 10. b*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Ecce ego mitto vos sicut oves in médio lupórum. Estóte ergo prudéntes sicut serpéntes et símplices sicut colúmbae. Cavéte autem ab homínibus. Tradent enim vos in concíliis, et in synagógis suis flagellábunt vos : et ad praésides, et ad reges ducémini propter me, in testimónium illis et géntibus. Cum autem tradent vos, nolíte cogitáre quómodo aut quid loquámini : dábitur enim vobis in illa hora quid loquámini. Non enim vos estis qui loquímini, sed Spíritus Patris vestri, qui lóquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater fílium : et insúrgent fílii in paréntes, et morte eos affícient : et éritis ódio ómnibus propter nomen meum : qui autem perseveráverit usque in finem, hic salvus erit. Credo.

Offertorium. Míhi autem. 1207.

Secreta.

APóstoli tui Pauli précibus, Dómine, plebis tuae dona sanctífica : ut quae tibi tuo grata sunt institúto, gratióra fiant patrocínio supplicántis. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Petro. Secreta. Ecclésiae tuae. 1229.

Praefatio de Apostolis, 8.

Communio. Amen díco vóbis. 1034.

Postcommunio.

PErcéptis Dómine sacraméntis, beáto Paulo Apóstolo tuo interveniénte, deprecámur : ut quae pro illíus celebráta sunt glória, nobis profíciant ad medélam. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Petro. Postcommunio. Laetíficet nos. 1229.

AD SEXTAM.

Ant. Grátia Déi. 1238.

Capitulum. *2. Cor. 12. b.*

NE magnitúdo revelatiónum extóllat me, datus est mihi stímulus carnis meae, ángelus sátanae, qui me colaphízet. † Propter quod ter Dóminum rogávi, ut discéderet a me : * et dixit mihi : Súfficit tibi grátia mea.

℟. *br.* Constítues éos. 941. ℣. Nimis honoráti sunt.

AD NONAM.

Ant. Ter vírgis caésus sum. 1239.

Capitulum. *1. Cor. 15. b.*

EGO enim sum mínimus Apostolórum, qui non sum dignus vocári Apóstolus, quóniam persecútus sum Ecclésiam Dei. † Grátia autem Dei sum id quod sum, * et grátia ejus in me vácua non fuit.

℟. *br.* Nimis honoráti sunt. 942. ℣. Annuntiavérunt.

Vesperae de sequenti, commemoratio praecedentis, S. Petri Apost., et diei Octavae S. Joannis.

¶ *Sicubi tamen II. Vesperae S. Pauli dicendae sint integrae, Antiphonae et Psalmi sumuntur de Communi Apostolorum,* 942; *Capitulum, Hymnus, Versus et Antiphona ad Magnificat et commemoratio S. Petri ut in I. Vesperis.*

FESTA JULII.

DIE I. JULII.

PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. J. C.

Duplex II. Classis.

IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 7. a. 137. — 2. Confitébor. 8. c. 145. — 3. Beátus vir. 4. A. 149. — 4. Laudáte púeri. 8. c. 157. — 5. Laudáte Dóminum. 2. D. 171.

1. Ant. 7. a

Quis est íste * qui vénit de Edom, tínctis véstibus de Bósra? Iste formó-sus in stó-la sú-a. E u o u a e.

2. Ant. 8. c

Ego * qui lóquor justí-ti-am, et propugná-tor sum ad salvándum. E u o u a e.

3. Ant. 4. A

Vestí-tus é-rat * véste aspérsa sánguine, et vocá-tur nómen é-jus Vérbum Dé-i. E u o u a e.

4. Ant. 8. c

Qua-re ergo * rúbrum est induméntum tú-um, et vestiménta tú-a sic-ut calcánti-um in torcu-lá-ri? E u o u a e.

5. Ant. 2. D

Torcu-lar * calcávi só-lus, et de géntibus non est vir mé-cum.

E u o u a e.

Capitulum. *Hebr. 9. c.*

Fratres : Christus assístens póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manufáctum, id est, non hujus creatiónis : † neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, * aetérna redemptióne invénta.

Hymn. 8.

Festívis résonent cómpi-ta vócibus, Cíves laetí-ti-am fróntibus éxplicent : Taédis flammí-fe-ris órdi-ne próde-ant Instrúcti pú-eri et sénes. 2. Quem dú-ra móri-ens Chrístus in árbore Fúdit mul-típlici vúlnere sánguinem, Nos fácti mémores dum có-limus, dé-cet Saltem fúndere lácrimas. 3. Humáno géneri perní-ci-es grávis Adámi véte-ris crímine cón-ti-git : Adámi intégri-tas et pí- etas nóvi Ví-tam rédidit

ómnibus. 4. Clamórem vá-lidum súmmus ab aéthere

Languéntis Géni-ti si Pá-ter áu-di- it, Placá-ri pó-ti- us

sángui-ne débu-it, Et nóbis véni- am dáre. 5. Hoc qui-

cúmque stó-lam sánguine pró-lu-it, Abstérgit máculas,

et róse- um décus, Quo fí-at sími-lis pró- tinus Ange-lis,

Et Régi pláce-at, cápit. 6. A récto instábi-lis trámi-te

póstmodum Se núllus rétra-hat, mé-ta sed úl- tima Tan-

gátur : tríbu-et nó- bi- le praémi- um, Qui cúrsum Dé-us ád-

juvat. 7. Nóbis pro-pí-ti- us sis, Géni- tor pótens, Ut quos

u- nígenae sánguine Fí- li- i Emísti, et plácido

Flá-mi-ne récre-as, Caéli ad cúlmina tránsferas. Amen.

℣. Redemísti nos Dómine in sánguine túo.
℟. Et fecísti nos Déo nóstro régnum.

Ad Magnif. Ant. 3. a

ACcessí-stis * ad Sí-on móntem, et ci-vi-tátem

Dé- i vivéntis, Jerúsalem caeléstem, et testaménti nó-

vi medi- atórem Jésum, et sánguinis aspersi- ónem mé-

li- us loquéntem quam Abel. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 3. a. 213, *vel* 219. — *Oratio.* Omnípotens sempitérne Deus. 1363.

Et fit commemoratio praecedentis. Ant. Sáncte Páule. 1240. ℣. Tu es vas. *Oratio.* Deus, qui multitúdinem. 1355.

Deinde S. Petri. Ant. Tu es pástor. 1228. ℣. Tu es Pétrus. *Oratio.* Deus, qui beáti Petri. 1228.

Postea diei Octavae S. Joannis. Ant. Ingrésso Zacharía. 1334. ℣. Fúit hómo. *Oratio.* Deus, qui praeséntem diem.

AD PRIMAM.

Ant. 1. g

HI qui amícti sunt * stó-lis álbis, qui sunt, et unde ve-né-runt? E u o u a e.

In ℟. *br.* ℣. Qui tú-o nos sánguine redemísti.

Lect. br. Accípiens Móyses. *ut infra,* 1367.

AD TERTIAM.

Ant. 1. a 3

HI sunt, * qui venérunt de tribu-la-ti- óne mágna, et lavé- runt stó-las sú-as in sánguine Agni. E u o u a e.

Capitulum. Fratres : Christus. *e Vesperis,* 1359.

℟. br.

REdemísti nos Dómine * In sángui-ne tú- o. ℣. Ex ómni tríbu, et língua, et pópu-lo, et na-ti- óne. Gló- ri- a Pátri.

℣. *Sánguis Jésu Chrísti Fílii Déi.* ℟. Emúndat nos ab ómni peccáto.

AD MISSAM.

Intr. 3.

REd-e-místi nos, * Dó- mi-ne, in sángui- ne tú- o, ex ómni trí- bu, et língua, et pópu- lo, et na-ti- ó- ne : et fe- cí- sti nos Dé- o nó-

stro ré- gnum. *Ps.* Mi-se-ri-córdi-as Dómi-ni in aetérnum cantá-bo : * in gene-ra-ti-ónem et gene-ra-ti-ó- nem annunti- ábo ve-ri-tá-tem tú-am in ó-re mé-o. Gló- ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui unigénitum Fílium tuum mundi Redemptórem constituísti, ac ejus Sánguine placári voluísti : † concéde, quaésumus, salútis nostrae prétium solémni cultu ita venerári, atque a praeséntis vitae malis, ejus virtúte deféndi in terris; * ut fructu perpétuo laetémur in caelis. Per eúmdem Dóminum.

Et fit commem. diei Octavae S. Joannis. Oratio. Deus, qui praésentem diem. 1338.

Epistola. Christus assístens. 506.


Grad. 3.

HIC est * qui vé- nit per á- quam et sán-gui- nem, Jé- sus Chrí- stus : non in á- qua so-lum, sed in á- qua et sán- gui-ne. ℣. Tres



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 19. f.*

IN illo témpore : Cum accepísset Jesus acétum, dixit : Consummátum est. Et inclináto cápite trádidit spíritum. Judaéi ergo (quóniam Parascéve erat), ut non remanérent in cruce córpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mílites, et primi quidem fregérunt crura, et altérius qui crucifíxus est cum eo. Ad Jesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura ; sed unus mílitum láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit : et verum est testimónium ejus. Credo.




Secreta.

PER haec divína mystéria, ad novi, quaésumus, testaménti mediatórem Jesum accedámus : et super altária tua, Dómine virtútum, aspersiónem sánguinis mélius loquéntem, quam Abel, innovémus. Per eúmdem Dóminum.

Pro S. Joanne. Secreta. Tua, Dómine. 1339.

Praefatio de Cruce, 7.



exhauri- énda peccá-ta : secúndo sine peccá-to appa-

ré- bit exspectántibus se in sa-lú- tem.

Postcommunio.

AD sacram Dómine mensam ad-míssi, háusimus aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris : Sanguis ejus fiat nobis, quaésumus, fons aquae in vitam aetérnam saliéntis : Qui tecum.

Pro S. Joanne. Postcommunio. Sumat Ecclésia. 1340.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F

I D-e-o * sunt ante thró-num Dé- i, et sérvi- unt

é- i dí- e ac nócte. E u o u a e.

Capitulum. *Hebr. 9. d.*

SI sanguis hircórum et taurórum, et cinis vítulae aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis : † quanto magis sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, * emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti !

℞. br.

S Anguis Jésu Chrísti Fí-li- i Dé- i * Emúndat nos.

℣. Ab ómni peccá-to. Gló-ri- a Pátri.

℣. Chrístus diléxit nos. ℞. Et lávit nos in sánguine súo.

AD NONAM.

Ant. 8. G

B E-á-ti * qui lá-vant stó-las sú- as in sán- guine

Agni. E u o u a e.

Capitulum. *Hebr. 9. c.*

ACcípiens Móyses sánguinem vitulórum et hircórum cum aqua, et lana coccínea, et hyssópo : † ipsum quoque librum, et omnem pópulum aspérsit, dicens :* Hic sanguis testaménti, quod mandávit ad vos Deus.

℞. br.

C Hrístus di-léxit nos, et lávit nos * In sánguine

sú- o. ℣. Et fé-cit nos régnum, et sacerdó-tes Dé- o et Pá-

tri. Gló-ri- a Pátri.

℣. Justificáti in sánguine Christi. ℞. Sálvi érimus ab íra per ípsum.

Vesperae de sequenti, commemoratio praecedentis, et diei Octavae.

¶ *Sicubi tamen hoc Festum habeat II. Vesperas integras omnia dicuntur ut in I. Vesperis, exceptis Versu et Antiphona ad* Magníficat. (*Cant.* Magnif. 1. D 2 212, *vel* 218.) *ut infra.*

---

2. IN VISITATIONE B. MARIAE VIRGINIS.

Duplex II. Classis.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 1370, *praeter :*

Ad Magnif. Ant. 8. G

B E-á-ta es * Ma-rí- a, quae credi-dísti : perfi-


ci- éntur in te quae dícta sunt tí-bi a Dómino, alle-

lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio.* Fámulis tuis. 1368.

Et fit Commemoratio praecedentis.

Ant. 1. D 2



℣. Te ergo quaésumus, túis fámulis súbveni.
℟. Quos pretióso sánguine redemísti.

Oratio. Omnípotens sempitérne Deus. 1363. — *Deinde diei Octavae S. Joannis. Ant.* Púer. ℣. Iste puer. *Oratio.* Deus qui praeséntem 1338.

Ad Completorium, *et per Horas Hymni terminantur* Jésu, tíbi sit glória, *et cantantur in tono B. M. V.*

Ad Primam. *Ant.* Exsúrgens María. 1370. *In* ℟. *br.* ℣. Qui nátus es de María Vírgine. *Lect. br.* In platéis. 1085.

Ad Tertiam. *Ant.* Intrávit María. 1370. *Capitulum.* Ab inítio. 1087. ℟. *br.* Spécie túa. 1084. ℣. Adjuvábit éam.

AD MISSAM.

Introitus. Sálve sáncta párens. 1091.

Oratio.


FAmulis tuis, quaésumus Dómine, caeléstis grátiae munus impertíre: †ut quibus beátae Vírginis partus éxstitit salútis exórdium, * Visitatiónis ejus votíva solémnitas pacis tríbuat increméntum. Per Dñum.


Lectio libri Sapientiae. *Cant. 2. b.*

ECce iste venit sáliens in móntibus, transíliens colles : símilis est diléctus meus cápreae, hinnulóque cervórum. En ípse stat post paríetem nostrum, respíciens per fenéstras, prospíciens per cancéllos. En diléctus meus lóquitur mihi : Surge, própera, amíca mea, colúmba mea, formósa mea, et veni. Jam enim hiems tránsiit, imber ábiit et recéssit. Flores apparuérunt in terra nostra : tempus putatiónis advénit : vox túrturis audíta est in terra nostra : ficus prótulit grossos suos : víneae floréntes dedérunt odórem suum. Surge, amíca mea, speciósa mea, et veni : colúmba mea in foramínibus petrae, in cavérna macériae, osténde mihi fáciem tuam, sonet vox tua in áuribus meis : vox enim tua dulcis, et fácies tua decóra.

Graduale. Benedícta. 1092.

8.





✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 1. d.*

IN illo témpore : Exsúrgens María ábiit in montána cum festinatióne in civitátem Juda : et intrávit in domum Zacharíae, et salutávit Elísabeth. Et factum est ut audívit salutatiónem Maríae Elísabeth, exsultávit infans in útero ejus : et repléta est Spíritu Sancto Elísabeth : et exclamávit voce magna, et dixit : Benedícta tu inter mulíeres, et benedíctus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut véniat mater Dómini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutatiónis tuae in áuribus meis, exsultávit in gáudio infans in útero meo. Et beáta quae credidísti, quóniam perficiéntur ea quæ dicta sunt tibi a Dómino. Et ait María : Magníficat ánima mea Dóminum : et exsultávit spíritus meus in Deo salutári meo. Credo.

Offertorium. Beáta es, *sine* Allelúia, 1100.

Secreta.

UNigéniti tui Dómine nobis succúrrat humánitas : ut qui natus de Vírgine matris integritátem non mínuit, sed sacrávit, in Visitatiónis ejus solémniis, nostris nos piáculis éxuens, oblatiónem nostram tibi fáciat accéptam Jesus Christus Dóminus noster : Qui tecum vivit.

Praefatio de B. M. V. Et te in Visitatióne. 8.

Communio. Beáta víscera. 1096.

Postcommunio.

SUmpsimus Dómine celebritátis ánnuae votíva sacraménta : praesta quaésumus; ut et temporális vitae nobis remédia praébeant, et aetérnae. Per Dóminum.

Ad Sextam. *Ant.* Ut audívit 1370. *Capitulum.* Et sic in Sion. 1085. ℟. *br.* Adjuvábit éam. 1085. ℣. Elégit éam.

Ad Nonam. *Ant.* Ex quo fácta est. 1370. *Capitulum.* In platéis. 1085. ℟. *br.* Elégit éam. 1085. ℣. Diffúsa est.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Laudáte púeri. 2. D. 153. — 3. Lætátus sum. 3. a. 2. 175. — 4. Nisi Dóminus. 7. a. 181. — 5. Lauda Jerúsalem. 1. f. 207.

1. Ant. 8. G

EXsúrgens Ma-rí-a * ábi-it in montá-na cum festina-ti-óne in ci-vi-tátem Jú-da. E u o u a e.

2. Ant. 2. D

INtrávit Ma- rí-a * in dómum Zacha-rí-ae, et sa-lu-tá-vit E-lí-sabeth. E u o u a e.

3. Ant. 3. a 2

UT audí-vit * sa-lu-ta-ti-ónem Ma-rí-ae E-lí-sabeth, exsultá-vit ín-fans in ú-te-ro é-jus, et replé-ta est Spí- ri-tu Sáncto, alle-lú- ia. E u o u a e.

4. Ant. 7. a

BEnedícta tu * inter mu-lí- e-res, et bene-díctus frúctus véntris tú- i. E u o u a e.

5. Ant. 1. f

EXquo fácta est * vox sa-lu-ta-ti-ónis tú-ae in áuribus mé-is, exsultá-vit ínfans in ú-tero mé- o, alle-lú- ia. E u o u a e.

Capitulum et Hymnus ut in Festis B. M. V. 1087.

℣. Benedícta tu in muliéribus. ℟. Et benedíctus frúctus véntris túi.

Ad Magnif. Ant. 8. G

BE-á-tam me dí-cent * ómnes gene-ra-ti-ónes, qui- a ancíllam húmi-lem respéxit Dé- us, alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio.* Fámulis tuis. 1368.

---

3. **S. Leonis II. Papae et Confessoris.** *Semid.*

Oratio.

DEus, qui beátum Leónem Pontíficem Sanctórum tuórum méritis coaequásti : † concéde propítius; ut qui commemoratiónis ejus festa percólimus, * vitae quoque imitémur exémpla. Per Dóminum.

Secreta.

ANnue nobis, quaésumus Dómine, ut intercessióne beáti Leónis haec nobis prosit oblátio : quam immolándo tótius mundi tribuísti relaxári delícta. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

DEus, qui ánimae fámuli tui Leónis aetérnae beatitúdinis praémia contulísti : concéde propítius; ut qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, ejus apud te précibus sublevémur. Per Dóminum.

Infra Octavam SS. Apost. Petri et Pauli.

Ant. Pétrus Apóstolus. *et* ℣. Constítues. 1372.

Oratio. Deus, qui hodiérnam diem. 1355.

5. S. Antonii Mariae Zaccaria Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

FAC nos, Dómine Deus, supereminéntem Jesu Christi sciéntiam spíritu Pauli Apóstoli edíscere : † qua beátus Antónius María mirabíliter erudítus, * novas in Ecclésia tua clericórum et vírginum famílias congregávit. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Secreta.

AD mensam caeléstis convívii fac nos, Dómine, eam mentis et córporis puritátem afférre, qua beátus Antónius María, hanc sacratíssimam hóstiam ófferens, mirífice ornátus enítuit. Per Dóminum.


Postcommunio.

CAeléstí dape qua pasti sumus, Dómine Jesu Christe, eo corda nostra caritátis igne flammescant; quo beátus Antónius María salutáris hóstiae vexíllum, contra Ecclésiae tuae hostes éxtulit ad victóriam : Qui vivis.

6. In Octava SS. Apost. Petri et Pauli. *Dupl. maj.*

In I. et II. Vesperis.

Ant. 8. G



℣. Constítues éos príncipes super ómnem térram.
℟. Mémores érunt nóminis túi Dómine.

Oratio.

DEus, cujus déxtera beátum Petrum ambulántem in flúctibus, ne mergerétur eréxit, et coapóstolum ejus Paulum tértio naufragántem, de profúndo pélagi liberávit : † exáudi nos propítius, et concéde; * ut ambórum méritis, aeternitátis glóriam consequámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Secreta.

OFférimus tibi Dómine preces et múnera : quae ut tuo sint digna conspéctu, Apostolórum tuórum Petri et Pauli précibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.


Postcommunio.

PRótege Dómine pópulum tuum : et Apostolórum tuórum Petri et Pauli patrocínio confiténtem, perpétua defensióne consérva. Per Dóminum nostrum.

7. SS. Cyrilli et Methodii Pont. et Conf. *Duplex.*

In I. Vesperis.

Ant. 6. F



℣. Sacerdótes túi induántur justítiam. ℟. Et sáncti túi exsúltent.

In II. Vesperis.

Ant. 1. D



℣. Sacerdótes túi.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui Slavóniae gentes per beátos Confessóres tuos atque Pontífices Cyríllum et Methódium ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti : praesta; ut quorum festivitáte gloriámur, eórum consórtio copulémur. Per Dóminum.

Secreta.

PReces nostras, quaésumus Dómine, et tuórum réspice oblatiónes fidélium : ut tibi gratae sint in tuórum festivitáte sanctórum, et nobis cónferant tuae propitiatiónis auxílium. Per Dóminum.


Postcommunio.

QUaésumus, omnípotens Deus : ut, qui nobis múnera dignáris praebére caeléstia, intercedéntibus sanctis tuis Cyríllo et Methódio, despícere terréna concédas. Per Dóminum nostrum.

8. S. Elisabeth Reginae Portugalliae, Viduae. *Semid.*

In I. Vesperis.


Ant. 8.



℣. Ora pro nóbis beáta Elísabeth.
℟. Ut dígni efficiámur promissiónibus Chrísti.

In II. Vesperis.

Ant. 5.



℣. Ora pro nóbis.

Oratio.

Clementíssime Deus, qui beátam Elísabeth regínam, inter céteras egrégias dotes, béllici furóris sedándi praerogatíva decorásti : † da nobis ejus intercessióne, post mortális vitae, quam supplíciter pétimus pacem, * ad aetérna gáudia perveníre. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Cognóvi. 1069.

---

10. SS. Septem Fratrum Martyrum, ac Rufinae et Secundae Virginum et Martyrum. *Semid.*

Oratio.

Praesta, quaésumus omnípotens Deus : † ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, * pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Secreta. Sacrifíciis. *Postcommunio.* Quaésumus. *ut in die 10 Martii.* 1271.

---

11. S. Pii I. Papae et Martyris. *Simpl.*

Oratio.

Infirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, * beáti Pii Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de uno Mart. Pont.* 960.

12. S. Joannis Gualberti Abbatis. *Duplex.*

Oratio.

Intercéssio nos, quaésumus Dómine, beáti Joánnis Abbátis comméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, * éjus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. *de Abbatibus,* 1037.

Eadem die. SS. Naboris et Felicis Martyrum.

Oratio.

Praesta, quaésumus Dómine : * ut sicut nos sanctórum Mártyrum tuórum Náboris et Felícis natalítia celebránda non déserunt, ita júgiter suffrágiis comiténtur. Per Dóminum.

Secreta.

Munera plebis tuae, quaésumus Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Náboris et Felícis fiant grata suffrágiis : et quorum triúmphis tuo nómini offerúntur, ipsórum digna perficiántur et méritis. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Natalítiis Sanctórum tuórum, quaésumus Dómine : ut sacraménti múnere vegetáti, bonis, quibus per tuam grátiam nunc fovémur, perfruámur aetérnis. Per Dóminum.

---

13. S. Anacleti Papae et Martyris. *Semid.*

Oratio.

Deus, qui nos beáti Anacléti Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sacerdótes Déi. 963.

---

14. S. Bonaventurae Episc., Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Bonaventúra. 1016.

Oratio.

Deus, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Bonaventúram minístrum tribuísti : † praesta, quaésumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dñum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sacerdótes túi. 1016.

---

15. S. Henrici Imperatoris, Confessoris. *Semid.*

Oratio.

Deus, qui hodiérna die beátum Henrícum Confessórem tuum e terréni cúlmine impérii ad regnum aetérnum transtulísti : † te súpplices exorámus; ut sicut illum, grátiae tuae ubertáte praevéntum, illécebras saéculi superáre fecísti, * ita nos fácias ejus imitatióne, mundi hujus blandiménta vitáre, et ad te puris méntibus perveníre. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.


16. Commem. B. M. V. de Monte Carmelo. *Dupl. maj.*

In I. Vesperis.

Ant. Sáncta María. 1082, *in cujus fine dicitur :* quicúmque célebrant túam solémnem Commemoratiónem.

℣. Dignáre me laudáre te, Vírgo sacráta.
℟. Da míhi virtútem contra hóstes túos.

In II. Vesperis.



℟. Dignáre.

Oratio.

Deus, qui beatíssimae semper Vírginis et Genitrícis tuae Maríae singulári título Carméli órdinem decorásti : † concéde propítius; ut cujus hódie Commemoratiónem solémni celebrámus offício, ejus muníti praesídiis, * ad gáudia sempitérna perveníre mereámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Secreta.

Sanctífica, Dómine quaésumus, obláta libámina : et beátae Dei Genitrícis Maríae salubérrima intercessióne, nobis salutária fore concéde. Per eúmdem Dóminum.

Postcommunio.

Adjuvet nos, quaésumus Dómine, gloriósae tuae Genitrícis, sempérque Vírginis Maríae intercéssio veneránda : ut quos perpétuis cumulávit benefíciis, a cunctis perículis absolútos, sua fáciat pietáte concórdes : Qui vivis.

17. S. Alexii Confessoris. *Semid.*

Oratio.

Deus, qui nos beáti Aléxii Confessóris tui ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

18. S. Camilli de Lellis Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui sanctum Camíllum, ad animárum in extrémo agóne luctántium subsídium, singulári caritátis praerogatíva decorásti : † ejus, quaésumus, méritis spíritum nobis tuae dilectiónis infúnde; * ut in hora éxitus nostri hostem víncere, et ad caeléstem mereámur corónam perveníre. Per Dóminum.

Secreta.

Hostia immaculáta, qua illud Dómini nostri Jesu Christi imménsae caritátis opus renovámus, sit, Deus Pater omnípotens, sancto Camíllo intercedénte, contra omnes córporis et ánimae infirmitátes salutáre remédium, et in extrémo agóne solátium et tutéla. Per eúmdem.

Postcommunio.

Per haec caeléstia aliménta quae sancti Camílli Confessóris tui solémnia celebrántes, pia devotióne suscépimus : da, quaésumus Dómine; ut in hora mortis nostrae sacraméntis refécti, et culpis ómnibus expiáti, in sinum misericórdiae tuae laeti súscipi mereámur : Qui vivis et regnas.

Eadem die. SS. Symphorosae et septem Filiorum ejus Mart.

Oratio.

Deus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Symphorósae et Filiórum ejus natalítia cólere : da nobis in aetérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

Secreta.

Munera tibi, Dómine, nostrae devotiónis offérimus : quae et pro tuórum tibi grata sint honóre justórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum.

Postcommunio.

Praesta nobis, quaésumus Dómine : intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Symphorósa et Fíliis ejus : ut quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

19. S. Vincentii a Paulo Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui ad evangelizándum paupéribus, et ecclesiástici órdinis decórem promovéndum, beátum Vincéntium apostólica virtúte roborásti : † praesta, quaésumus; ut cujus pia mérita venerámur, * virtútum quoque instruámur exémplis. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Jústus. 1034.

20. S. Hieronymi Aemiliani Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

Deus, misericordiárum Pater, per mérita et intercessiónem beáti Hierónymi, quem órphanis adjutórem et patrem esse voluísti : † concéde; ut spíritum adoptiónis, quo fílii tui nominámur et sumus, * fidéliter custodiámus. Per Dóminum.

Secreta.

Clementíssime Deus, qui véteri hómine consúmpto, novum secúndum te in beáto Hierónymo creáre dignátus es : da, per mérita ipsíus; ut nos páriter renováti, hanc placatiónis hóstiam in odórem tibi suavíssimum offerámus. Per Dóminum.

Postcommunio.

Angelórum pane reffécti te, Dómine, supplíciter deprecámur : ut qui ánnuam beáti Hierónymi Confessóris tui memóriam celebráre gaudémus ; ejúsdem étiam et exémplum imitémur, et amplíssimum in regno tuo praémium obtinére valeámus. Per Dóminum.

Eadem die.

S. Margaritae Virginis et Martyris.

Oratio.

Indulgéntiam nobis, quaésumus Dómine, beáta Margaríta Virgo et Martyr implóret : * quae tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis, et tuae professióne virtútis. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Me exspectavérunt. 1052.

21. S. Praxedis Virginis. *Simpl.*

Oratio.


Exáudi nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae Praxédis Vírginis tuae festivitáte gaudémus ; * ita piae devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.


Secreta et Postcommunio e Missa Dilexísti. 1056.

22. S. Mariae Magdalenae Paenitentis. *Duplex.*

In I. Vesperis.

Ant. 7. a






℣. Diffúsa est grátia in lábiis túis.
℟. Proptérea benedíxit te Déus in aetérnum.

In II. Vesperis.

Ant. 8. G



℣. Elégit éam Déus, et praeelégit éam.
℟. In tabernáculo súo habitáre fácit éam

Oratio.

Beátae Maríae Magdalénae, quaésumus Dómine, suffrágiis adjuvémur : † cujus précibus exorátus, * quatriduánum fratrem Lázarum vivum ab ínferis resuscitásti. Qui vivis et regnas cum Deo Patre

Secreta.

Múnera nostra, quaésumus Dómine, beátae Maríae Magdalénae gloriósa mérita tibi reddant accépta : cujus oblatiónis obséquium unigénitus Fílius tuus cleménter suscépit impénsum : Qui tecum vivit.

Postcommunio.

Sumpto, quaésumus Dómine, único ac salutári remédio, córpore et sánguine tuo pretióso : ab ómnibus malis, sanctae Maríae Magdalénae patrocíniis, eruámur : Qui vivis.

¶ *Si vero contigerit hoc Festum celebrari sub ritu I. vel II. classis, omnia dicuntur de Communi non Virginum, 1059, praeter sequentia.*

In I. Vesperis. *Hymnus.* Páter supérni lúminis. 1381. *Ad* Magníficat. *Ant.* In diébus íllis. *ut supra. Cant.* Magníficat. 7. a. 216, *vel* 222. *Oratio.* Beátae Maríae Magdalénae. *ut supra,* 1379.

Ad Missam.

Introitus. Me exspectavérunt. 1048.

Oratio. Beátae Maríae Magdalénae. *ut supra,* 1379.

Lectio libri Sapientiae. *Cant. 3. et 8.*

Surgam, et circuíbo civitátem : per vicos et platéas quaeram quem díligit ánima mea : quaesívi illum, et non invéni. Invenérunt me vígiles qui custódiunt civitátem. Num quem díligit ánima mea vidístis? Páululum cum pertransíssem eos, invéni quem díligit ánima mea : ténui eum, nec dimíttam, donec introdúcam illum in domum matris meae, et in cubículum genitrícis meae. Adjúro vos, fíliae Jerúsalem, per cápreas cervósque campórum, ne suscitétis, neque evigiláre faciátis diléctam donec ipsa velit. Pone me ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super bráchium tuum : quia fortis est ut mors diléctio, dura sicut inférnus aemulátio : lámpades ejus, lámpades ignis atque flammárum. Aquae multae non potuérunt exstínguere caritátem, nec flúmina óbruent illam : si déderit homo omnem substántiam domus suae pro dilectióne, quasi nihil despíciet éam.


Graduale. Dilexísti. 1044. — Allelúia, allelúia. ℣. Diffúsa est. 1385.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 7. f.*

In illo témpore : Rogábat Jesum quidam de pharisaéis, ut manducáret cum illo. Et ingréssus domum pharisaéi, discúbuit. Et ecce múlier, quae erat in civitáte peccátrix, ut cognóvit quod accubuísset in domo pharisaéi, áttulit alabástrum unguénti : et stans retro secus pedes ejus, lácrimis coepit rigáre pedes ejus, et capíllis cápitis sui tergébat, et osculabátur pedes ejus, et unguénto ungébat. Videns autem pharisaéus qui vocáverat eum, ait intra se, dicens : Hic, si esset prophéta, sciret útique, quae et qualis est múlier quae tangit eum : quia peccátrix est. Et respóndens Jesus, dixit ad illum : Simon, hábeo tibi áliquid dícere. At ille ait : Magíster, dic. Duo debitóres erant cuidam foeneratóri : unus debébat denários quingéntos, et álius quinquagínta. Non habéntibus illis unde rédderent, donávit utrísque. Quis ergo eum plus díligit? Respóndens Simon, dixit : Aéstimo quia is cui plus donávit. At ille dixit ei : Recte judicásti. Et convérsus ad mulíerem, dixit Simóni : Vides hanc mulíerem? Intrávi in domum tuam, aquam pédibus meis non dedísti : haec autem lácrimis rigávit pedes meos, et capíllis suis tersit. Osculum mihi non dedísti : haec autem, ex quo intrávit, non cessávit osculári pedes meos. Oleo caput meum non unxísti : haec autem unguénto unxit pedes meos. Propter quod dico tibi : Remittúntur ei peccáta multa, quóniam diléxit multum. Cui autem minus dimíttitur, minus díligit. Dixit autem ad illam : Remittúntur tibi peccáta. Et coepérunt qui simul accumbébant, dícere intra se : Quis est hic, qui étiam peccáta dimíttit? Dixit autem ad mulíerem : Fides tua te salvam fecit : vade in pace. Credo.

Offertorium. Fíliae régum. 1056. — *Secreta.* Múnera nostra. 1379.
Communio. Féci judícium. 1052. — *Postcommunio.* Sumpto. 1379.

In II. Vesperis.



Ad Magníficat. *Ant.* Múlier. 1379. *Cant.* Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio.* Beátae Maríae Magdalénae. 1379.

23. S. Apollinaris Episcopi et Martyris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, fidélium remunerátor animárum, qui hunc diem beáti Apollináris Sacerdótis tui martýrio consecrásti : † tríbue nobis, quaésumus, fámulis tuis; ut cujus venerándam celebrámus festivitátem, * précibus ejus indulgéntiam consequámur. Per Dóminum.

Secreta.

REspice Dómine propítius super haec múnera, quae pro beáti Sacerdótis et Mártyris tui Apollináris commemoratióne deférimus, et pro nostris offensiónibus immolámus. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

TUA sancta suméntes, quaésumus Dómine, ut beáti Apollináris nos fóveant continuáta praesídia : quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári. Per Dóminum nostrum.

Eadem die. S. Liborii Episcopi et Confessoris.

Oratio.

DA, quaésumus omnípotens Deus : * ut beáti Libórii Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de uno Conf. Pont.* 1013.

24. S. Christinae Virginis et Martyris.

Oratio.

INdulgéntiam nobis, quaésumus Dómine, beáta Christína Virgo et Martyr implóret : * quae tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis, et tuae professióne virtútis. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Me exspectavérunt. 1052.

25. SANCTI JACOBI APOSTOLI.

Duplex II. Classis.

In Vesperis et ad Horas, *omnia de Communi Apost.*, 939. *Oratio.* Esto Dómine. *ut infra.*

AD MISSAM.

Introitus. Míhi autem. 1206.


Oratio.

ESto Dómine plebi tuae sanctificátor et custos : † ut Apóstoli tui Jacóbi muníta praesídiis, * et conversatióne tibi pláceat, et secúra mente desérviat. Per Dóminum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *1. Cor. 4. b.*

FRatres : Puto quod Deus nos Apóstolos novíssimos osténdit, tamquam morti destinátos : quia spectáculum facti sumus mundo, et Angelis et homínibus. Nos stulti propter Christum vos autem prudéntes in Christo : nos infírmi, vos autem fortes : vos nóbiles, nos autem ignóbiles. Usque in hanc horam et esurímus, et sitímus, et nudi sumus, et cólaphis caédimur, et instábiles sumus, et laborámus operántes mánibus nostris : maledícimur, et, benedícimus : persecutiónem pátimur, et sustinémus : blasphemámur, et obsecrámus : tamquam purgaménta hujus mundi facti sumus ómnium peripséma usque adhuc. Non ut confúndam vos haec scribo, sed ut fílios meos caríssimos móneo. Nam si decem míllia paedagogórum habeátis in Christo : sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangélium ego vos génui.

Graduale. Constítues éos. 1349.



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 20. c*

IN illo témpore : Accéssit ad Jesum mater filiórum Zebedaéi cum fíliis suis, adórans et petens áliquid ab eo. Qui dixit ei : Quid vis? Ait illi : Dic, ut sédeant hi duo fílii mei, unus ad déxteram tuam, et unus ad sinístram in regno tuo. Respóndens autem Jesus, dixit : Nescítis, quid petátis. Potéstis bíbere cálicem, quem ego bibitúrus sum? Dicunt ei : Póssumus. Ait illis : Cálicem quidem meum bibétis; sedére autem ad déxteram meam vel sinístram, non est meum dare vobis, sed quibus parátum est a Patre meo.

Credo.

Offertorium. In ómnem térram. 1226.

Secreta.

OBlatiónes pópuli tui, quaésumus Dómine, beáti Jacóbi Apóstoli pássio beáta concíliet : et quae nostris non aptae sunt méritis, fiant tibi plácitae ejus deprecatióne. Per Dóminum.

Praefatio de Apostolis, 8.

Communio. Vos qui secúti. 1269.

Postcommunio.

BEáti Apóstoli tui Jacóbi, quaésumus Dómine, intercessióne nos ádjuva : pro cujus festivitáte percépimus tua sancta laetántes. Per Dóminum.

---


26. S. ANNAE MATRIS B. MARIAE VIRGINIS.

Duplex II. Classis.

In Vesperis et ad Horas, *omnia de Communi non Virginum,* 1059, *praeter orationem.*

AD MISSAM.

Intr. 1.




Oratio.

DEus, qui beátae Annae grátiam conférre dignátus es, ut Genitrícis unigéniti Fílii tui mater éffici mererétur : † concéde propítius; ut cujus solémnia celebrámus, * ejus apud te patrocíniis adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

Epistola. Mulíerem fortem. 1067. — *Graduale.* Dilexísti. 1044.

8.




Evangelium. Símile est regnum caelórum. 1051.

Offertorium. Fíliae régum. 1056.

Secreta.

SAcrifíciis praeséntibus quaésumus Dómine, placátus inténde : ut per intercessiónem beátae Annae, quae Genitrícis Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi mater éxstitit, et devotióni nostrae profíciant et salúti. Per eúmdem Dóminum.

Comm. 6.



Postcommunio.

Caeléstibus sacraméntis vegetáti, quaésumus Dómine Deus noster : ut intercessióne beátae Annae, quam Genitrícis Fílii tui matrem esse voluísti, ad aetérnam salútem perveníre mereámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

27. S. Pantaleonis Martyris. *Simpl.*

Oratio.

Praesta, quaésumus omnípotens Deus : † ut intercedénte beáto Pantaleóne Mártyre tuo, et a cunctis adversitátibus liberémur in córpore, * et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Laetábitur. 969.

28. SS. Nazarii et Celsi Martyrum, Victoris I. Papae, Mart., ac Innocentii I. Papae, Conf. *Semid.*

Oratio.

Sanctórum tuórum nos, Dómine, Nazárii, Celsi, Victóris et Innocéntii conféssio beáta commúniat : * et fragilitáti nostrae subsídium dignánter exóret. Per Dóminum.

Secreta.

Concéde nobis, omnípotens Deus: ut his munéribus, quae in sanctórum tuórum Nazárii, Celsi, Victóris et Innocéntii honóre deférimus, et te placémus exhíbitis, et nos vivificémur accéptis. Per Dñum.

Postcommunio.

Sanctórum Nazárii, Celsi, Victóris et Innocéntii, Dómine, intercessióne placátus : praesta, quaésumus; ut quod temporáli celebrámus actióne, perpétua salvatióne capiámus. Per Dóminum.

29. S. Marthae Virginis.

Semiduplex (Duplex majus in Gallia).

Oratio.

Exáudi nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae Marthae Vírginis tuae festivitáte gaudémus; * ita piae devotiónis erudiámur affectu. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Dilexísti. 1056.

Eadem die. SS. Martyrum Felicis et Sociorum.

Oratio.

Praesta, quaésumus Dómine : ut sicut pópulus christiánus Mártyrum tuórum Felícis, Simplícii, Faustíni et Beátricis temporáli solemnitáte congáudet, ita perfruátur aetérna; * et quod votis célebrat, comprehéndat efféctu. Per Dóminum.

Secreta.

Hostias tibi, Dómine, pro sanctórum Mártyrum tuórum Felícis, Simplícii, Faustíni et Beátricis commemoratióne deférimus : suppliciter deprecántes; ut indulgéntiam nobis páriter cónferant, et salútem. Per Dóminum.

Postcommunio.

Praesta, quaésumus omnípotens Deus : ut sanctórum Mártyrum tuórum Felícis, Simplícii, Faustíni et Beatrícis caeléstibus mystériis celebráta solémnitas, indulgéntiam nobis tuae propitiatiónis acquírat. Per Dóminum.

30. SS. Abdon et Sennen Martyrum.

Oratio.

Deus, qui sanctis tuis Abdon, et Sennen ad hanc glóriam veniéndi copiósum munus grátiae contulísti : † da fámulis tuis suórum véniam peccatórum; * ut Sanctórum tuórum intercedéntibus méritis, ab ómnibus mereántur adversitátibus liberári. Per Dóminum.

Secreta.

Haec hóstia, quaésumus Dómine, quam sanctórum Mártyrum tuórum natalítia recenséntes offérimus : et víncula nostrae pravitátis absólvat, et tuae nobis misericórdiae dona concíliet. Per Dóminum.

Postcommunio.

Per hujus, Dómine, operatiónem mystérii, et vítia nostra purgéntur : et, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Abdon et Sennen, justa desidéria compleántur. Per Dóminum.

31. S. Ignatii Confessoris. *Dupl. maj.*

Oratio.

Deus, qui ad majórem tui nóminis glóriam propagándam, novo per beátum Ignátium subsídio militántem Ecclésiam roborásti : † concéde; ut ejus auxílio et imitatióne certántes in terris, * coronári cum ipso mereámur in caelis. Per Dóminum.

Secreta.

Adsint, Dómine Deus, oblatiónibus nostris sancti Ignátii benígna suffrágia : ut sacrosáncta mystéria, in quibus omnis sanctitátis fontem constituísti, nos quoque in veritáte sanctíficent. Per Dóminum.

Postcommunio.

Laudis hóstia, Dómine, quam pro sancto Ignátio grátias agéntes obtúlimus : ad perpétuam nos majestátis tuae laudatiónem, ejus intercessióne, perdúcat. Per Dóminum nostrum.

FESTA AUGUSTI.

1. Festum S. Petri ad Vincula.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Confitébor. 3. g. 141. — 3. Beátus vir. 8. c. 145. — 4. Laudáte púeri. 7. c. 2. 156. — 5. Laudáte Dóminum. 7. c. 173.

Antiphonae, Capitulum, Hymnus et ℣. *ut in II. Vesperis,* 1389.

Ad Magnificat. Ant. Tu es pástor óvium. 1228. — *Oratio.* Deus, qui beátum Petrum. *ut infra.*

Et fit commemoratio S. Pauli. Ant. Sáncte Páule. 1240. ℣. Tu es vas. — *Oratio.* Deus qui multitúdinem. 1355.

Pro Commemoratione SS. Machabaeorum Martyrum. Ant. Istórum est. 982. ℣. Laetámini. *Oratio.* Fratérna nos. *ut infra.*

Ad Horas, *Antiphonae e Vesperis*, 1389. *Capitula*, ℟℟. *br. et* ℣℣. *ut in Festo SS. Apostolorum Petri et Pauli*, 1348. *Oratio.* Deus qui beátum. *ut infra.*

AD MISSAM.

Omnia ut in Festo SS. Petri et Pauli, 1345, *praeter sequentia :*


Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Apóstolum, a vínculis absolútum, illaésum abíre fecísti : † nostrórum, quaésumus, absólve víncula peccatórum; * et ómnia mala a nobis propitiátus exclúde. Per Dóminum.

Commemoratio S. Pauli. Oratio. Deus qui multitúdinem. 1355.

Pro SS. Machabaeis. Oratio.

Fratérna nos Dómine Mártyrum tuórum coróna laetíficet : * quae et fídei nostrae praébeat increménta virtútum, et multíplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum nostrum.



Secreta.

Oblátum, tíbi Dómine sacrifícium intercedénte beáto Petro Apóstolo tuo, vivíficet nos semper et múniat. Per Dóminum.

Pro S. Paulo. Secreta. Apóstoli tui. 1357.

Pro SS. Machabaeis. Secreta.

Mystéria tua Dómine pro sanctórum Mártyrum tuórum honóre, devóta mente tractémus : quibus et praesídium nobis crescat, et gáudium. Per Dóminum nostrum.

Praefatio de Apostolis, 8.

Postcommunio.

Corporis sacri et pretiósi sánguinis repléti libámine, quaésumus Dómine Deus noster : ut quod pia devotióne gérimus, certa redemptióne capiámus. Per eúmdem Dóminum.


Pro S. Paulo. Postcommunio. Percéptis Dómine. 1357.

Pro SS. Machabaeis. Postcommunio.

Praesta, quaésumus omnípotens Deus : ut quorum memóriam sacraménti participatióne recólimus, fidem quoque proficiéndo sectémur. Per Dóminum nostrum.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Laudáte púeri. 3. g. 154. — 3. Crédidi. 8. c. 170. — 4. In converténdo. 7. c. 2. 179. — 5. Dómine probásti me. 7. c. 193.



Dé- um pro é- o. E u o u a e.

3. Ant. 8. c

Dixit Angelus ad Pétrum : * Circúmda tíbi vestiméntum túum, et séquere me. E u o u a e.

4. Ant. 7. c 2

Misit Dóminus * Angelum súum, et liberávit me de mánu Heródis, allelúia. E u o u a e.

5. Ant. 7. c

Tu es Pétrus, * et super hanc pétram aedificábo Ecclésiam méam. E u o u a e.

Capitulum. *Act. 12.*

Misit Heródes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclésia. † Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. * Videns autem quia placéret Judaéis, appósuit ut apprehénderet et Petrum.

Hymn. 4.

Miris módis repénte líber, férrea, Chrísto jubénte, víncla Pétrus éxuit : Ovílis ílle pástor et réctor grégis, Vítae reclúdit páscua et fóntes sácros, Ovésque sérvat créditas, árcet lúpos. 2. Pátri perénne sit per aévum glória, Tibíque láudes concinámus ínclytas, Aetérne Náte : sit, supérne Spíritus, Hónor tíbi decúsque : sáncta júgiter Laudétur ómne Trínitas per saéculum. Amen.

℣. Tu es Pétrus.
℟. Et super hanc pétram aedificábo Ecclésiam méam.

Ad Magnif. Ant. 4. E

Solve, * jubénte Déo, terrárum Pétre caténas : qui fácis ut páteant caeléstia régna beátis. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 4. E. 215, *vel* 221. — *Oratio.* Deus, qui beátum Petrum. 1388.

Commemoratio S. Pauli ut supra. 1388.

2. S. Alphonsi Maria de Ligorio Ep., Conf. et Eccl. Doct. *Dupl.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Alphónse María. 1016.

Oratio.

DEus, qui per beátum Alphónsum Maríam Confessórem tuum atque Pontíficem, animárum zelo succénsum, Ecclésiam tuam nova prole fecundásti : † quaésumus; ut ejus salutáribus mónitis edócti et exémplis roboráti, * ad te perveníre felíciter valeámus. Per Dóminum.

Secreta.

CAeléstis, Dómine Jesu Christe, sacrifícii igne corda nostra in odórem suavitátis exúre : qui beáto Alphónso Maríae tribuísti et haec mystéria celebráre, et per éadem hóstiam tibi sanctam seípsum exhibére : Qui vivis et regnas.

Postcommunio.

DEus, qui beátum Alphónsum Maríam Confessórem tuum atque Pontíficem fidélem divíni mystérii dispensatórem et praecónem effecísti : ejus méritis precibúsque concéde ; ut fidéles tui et frequénter percípiant, et percipiéndo sine fine colláudent. Per Dóminum.

Eadem die. S. Stephani I. Papae et Martyris.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Stéphani Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas : * concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sacerdótes Déi. 963.

3. In Inventione Corporis S. Stephani Protomartyris. *Semid.*

Omnia ut in die 26 Decembris, 380, *praeter Orationem sequentem.*

Oratio.

DA nobis, quaésumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus et inimícos dilígere : † quia ejus Inventiónem celebrámus, * qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

4. S. Dominici Confessoris. *Dupl. maj.*

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Domínici Confessóris tui illumináre dignátus es méritis et doctrínis : † concéde; ut ejus intercessióne temporálibus non destituátur auxíliis, * et spirituálibus semper profíciat increméntis. Per Dóminum.

Secreta.

MUnera tibi, Dómine, dicáta sanctífica : ut méritis beáti Domínici Confessóris tui nobis profíciant ad medélam. Per Dóminum

Postcommunio.

COncéde quaésumus omnípotens Deus : ut qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, beáti Domínici Confessóris tui patrocínio sublevémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

5. In Dedicatione S. Mariae ad Nives. *Dupl. maj.*


Omnia de Communi Festorum B. M. V. 1082.

6. TRANSFIGURATIO D. N. JESU CHRISTI.

Duplex II. Classis.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 1397, *praeter :*



Cant. Magníficat. 4. E. 215, *vel* 221. — *Oratio.* Deus, qui fídei. 1394.


Ad Completorium *et per Horas, Hymni cantantur ut in Ascensione,* 741, *et terminantur* Jésu tibi sit glória. *sicut ad Vesperas.*

Ad Primam. *Ant.* Assúmpsit Jésus. 1397. *In* ℟. *br.* ℣. Qui apparuísti hódie. 234. *Lect. br.* Sústulit me. 1397.

AD TERTIAM.

Ant. Resplénduit. 1397. *Capitulum.* Salvatórem *e Vesperis*, 1398.

℟. br.



℣. Glória et honóre coronásti éum Dómine, allelúia.
℟. Et constituísti éum super ópera mánuum tuárum, allelúia.

AD MISSAM.

Intr. 3.



Oratio.


DEus, qui fídei sacraménta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratióne patrum testimónio roborásti, et adoptiónem filiórum perféctam voce delápsa in nube lúcida, mirabíliter praesignásti : † concéde propítius; ut ipsíus Regis glóriae nos cohaerédes effícias, * et ejúsdem glóriae tríbuas esse consórtes. Per eúmdem Dóminum.

Lectio Epistolae beati Petri Apostoli. *2. Petr. 1. c.*

CAríssimi : Non doctas fábulas secúti, notam fácimus vobis Dómini nostri Jesu Christi virtútem et praeséntiam : sed speculatóres facti illíus magnitúdinis. Accípiens enim a Deo Patre honórem et glóriam voce delápsa ad eum hujuscémodi a magnífica glória : Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi complácui; ipsum audíte. Et hanc vocem nos audívimus de caelo allátam, cum essémus cum ipso in monte sancto. Et habémus firmiórem prophéticum sermónem cui bene fácitis attendéntes, quasi lucérnae lucénti in caliginóso loco, donec dies elucéscat, et lúcifer oriátur in córdibus vestris.

Graduale. Speciósus. 400.


7.



Credo.

Evangelium. Assúmpsit Jesus. 487.


Offert. 6.



Secreta.

OBláta, quaésumus Dómine, múnera, gloriósa Unigéniti tui Transfiguratióne sanctífica : nosque a peccatórum máculis, splendóribus ipsíus illustratiónis emúnda. Per eúmdem Dóminum.

Praefatio de Nativitate, 7.



Postcommunio.


PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : ut sacrosáncta Fílii tui Transfiguratiónis mystéria, quae solémni celebrámus offício, purificátae mentis intelligéntia consequámur. Per eúmdem Dóminum.

AD SEXTAM.

Ant. Et ecce. 1397.

Capitulum. *2. Cor. 3. d.*

NOS omnes, reveláta fácie glóriam Dómini speculántes, † in eámdem imáginem transformámur a claritáte in claritátem, * tamquam a Dómini Spíritu.




℣. Mágna est glória éjus in salutári túo, allelúia.
℟. Glóriam et mágnum decórem impónes super éum, allelúia.

AD NONAM.

Ant. Adhuc éo loquénte. 1398.

Capitulum. *Apoc. 21. c.*


SUstulit me in spíritu in montem magnum et altum, † et osténdit mihi civitátem sanctam Jerúsalem, descendéntem de caelo a Deo, habéntem claritátem Dei : * et lucérna ejus est Agnus.





℣. Coróna áurea super cáput éjus, allelúia.
℟. Expréssa sígno sanctitátis, glóriae et honóris, allelúia.


IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 1. g. 133. — 2. Confitébor. 8. G. 145. — 3. Beátus vir. 4. E. 149. — 4. Laudáte púeri. 6. F. 156. — 5. Laudáte Dóminum. 3. g. 172.









Mó- yses et E-lí- as, loquéntes cum Jésu. E u o u a e.

4. Ant. 6. F

REspóndens autem Pétrus, * díxit ad Jésum : Dómine, bó-num est nos hic ésse. E u o u a e.

5. Ant. 3. g

ADhuc é- o loquénte, * ecce núbes lúcida obumbrávit é- os. E u o u a e.

Capitulum. *Philip. 3. d.*

SAlvatórem exspectámus Dóminum nostrum Jesum Christum, † qui reformábit corpus humilitátis nostrae, * configurátum córpori claritátis suae.

Hymn. 4.

QUicúmque Chrístum quaéri-tis, Ocu-los in áltum tól-li-te : Illic li-cébit ví-se-re Sígnum perénnis gló-ri-ae.

2. Illústre quíddam cérnimus, Quod nésci- at fínem pá-ti Sublíme, célsum, intérminum, Antíqui-us caélo et chá-o.

3. Hic íl- le Rex est génti- um, Popu-líque Rex Judá- i-ci, Promíssus Abrahae pátri, Ejúsque in aévum sémi-ni.

4. Hunc et prophé- tis té-stibus, Iisdémque signató-ribus, Testátor et Pá-ter júbet Audí-re nos et cré-dere. 5. Jésu tíbi sit gló- ri- a, Qui te revé- las párvu-lis, Cum Pátre et álmo Spí-ri-tu, In sempi-térna saécu-la. Amen.

℣. Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini.
℟. Proptérea decórem índuit te Dóminus.

Ad Magnif. Ant. 8. G


ET audi- éntes * discípu-li, ce-cidé-runt in fá-ci- em sú-am, et timu- érunt valde : et accéssit Jé-sus, et té-ti-git é- os, dixítque é- is : Súr-gi-te, et no-lí- te timé-re, alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio.* Deus, qui fídei. 1394.


7. **S. Cajetani Confessoris.** *Duplex.*

In I. et II. Vesperis.

Ant. 1. g



Q Uaéri-te primum * régnum Dé- i, et justí-ti- am



é-jus : et haec ómni- a adji- ci- éntur vó-bis. E u o u a e.

In I. Vesp. ℣. Amávit éum. — *In II. Vesp.* ℣. Jústum dedúxit.

Oratio.

Deus, qui beáto Cajetáno Confessóri tuo apostólicam vivéndi formam imitári tribuísti : † da nobis ejus intercessióne et exémplo in te semper confídere, * et sola caeléstia desideráre. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa. Jústus. 1034.

Eadem die. **S. Donati Episcopi et Martyris.**

Oratio.

Deus, tuórum glória Sacerdótum : * praesta, quaésumus; ut sancti Mártyris tui et Epíscopi Donáti, cujus festa gérimus, sentiámus auxílium. Per Dóminum.

Secreta.

Praesta, quaésumus Dómine : ut sancti Mártyris tui et Epíscopi Donáti intercessióne, quem ad laudem nóminis tui dicátis munéribus honorámus, piae nobis fructus devotiónis accréscat. Per Dóminum.

Postcommunio.

Omnípotens et miséricors Deus, qui nos sacramentórum tuórum et partícipes éfficis, et minístros : praesta, quaésumus; ut intercedénte beáto Donáto Mártyre tuo atque Pontífice, ejúsdem proficiámus et fídei consórtio, et digno servítio. Per Dóminum.

8. **SS. Cyriaci, Largi et Smaragdi Martyrum.** *Semid.*

Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Cyríaci, Largi et Smarágdi solemnitáte laetíficas : † concéde propítius; ut quorum natalítia cólimus, * virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum nostrum.

Secreta.

Accépta sit in conspéctu tuo, Dómine, nostra devótio : et eórum nobis fiat supplicatióne salutáris, pro quórum solemnitáte defértur. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Refécti participatióne múneris sacri, quaésumus Dómine Deus noster : ut, cujus exséquimur cultum, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Cyríaco, Largo et Smarágdo, sentiámus efféctum. Per Dóminum.

9. **S. Joannis Mariae Vianney Confessoris.** *Duplex.*

Oratio.

Omnípotens et miséricors Deus, qui sanctum Joánnem Maríam pastoráli stúdio et jugi oratiónis ac poeniténtiae ardóre mirábilem effecísti : † da, quaésumus; ut, ejus exémplo et intercessióne, ánimas fratrum lucrári Christo, * et cum eis aetérnam glóriam cónsequi valeámus. Per eúmdem Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

Eadem die. **S. Romani Martyris.**

Oratio Praesta. 964. *Secreta.* Munéribus. 966.

Postcommunio.

Quaésumus, omnípotens Deus : ut, qui caeléstia aliménta percépimus, intercedénte beáto Románo Mártyre tuo, per haec contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum.

10. **SANCTI LAURENTII MARTYRIS.**

Duplex II. Classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.


Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 1. f. 133. — 2. Confitébor. 8. G. 145. — 3. Beátus vir. 8. G. 152. — 4. Laudáte púeri. 7. c². 156. — 5. Laudáte Dóminum. 8. G. 173.

Antiphonae, Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 1405.


℣. Glória et honóre coronásti éum Dómine.

℟. Et constituísti éum super ópera mánuum tuárum.


Ad Magnif. Ant. 8. G



L Eví-ta Laurén-ti- us * bó-num ópus ope-rátus



est, qui per sígnum crú- cis caécos illuminávit, et



thesáuros Ecclé- si- ae dédit paupé-ribus. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio.* Da nóbis. 1402.


Ad Primam. *Ant.* Lauréntius ingréssus est. 1405. *Lect. br.* Potens est. 1404.

AD TERTIAM.

Lauréntius bónum ópus. 1405. *Capitulum.* Fratres : Qui parce. *e Vesperis*, 1406. ℟. *br.* Glória et honóre. 952. ℣. Posuísti.

AD MISSAM.

Intr. 3.




Oratio.


Da nobis, quaésumus omnípotens Deus : † vitiórum nostrórum flammas exstínguere ; * qui beáto Lauréntio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. Per Dóminum nostrum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *2. Cor. 9. b.*

Fratres : Qui parce séminat, párce et metet : et qui séminat in benedictiónibus, de benedictiónibus et metet. Unusquísque prout destinávit in corde suo, non ex tristítia aut ex necessitáte : hílarem enim datórem díligit Deus. Potens est autem Deus omnem grátiam abundáre fácere in vobis, ut in ómnibus semper omnem sufficiéntiam habéntes, abundétis in omne opus bonum, sicut scriptum est : Dispérsit, dedit paupéribus : justítia ejus manet in saéculum saéculi. Qui autem adminístrat semen seminánti, et panem ad manducándum praestábit, et multiplicábit semen vestrum, et augébit increménta frugum justítiae vestrae.

Grad. 5.






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joann. 12. d.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Amen, amen dico vobis, nisi granum fruménti cadens in terram mórtuum fúerit, ipsum solum manet. Si autem mórtuum fúerit, multum fructum affert. Qui

amat ánimam suam, perdet eam : et qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam aetérnam custódit eam. Si quis mihi minístrat, me sequátur : et ubi sum ego, illic et miníster meus erit. Si quis mihi ministráverit, honorificábit eum Pater meus.



Secreta.

Accipe, quaésumus Dómine, múnera dignánter obláta : et beáti Lauréntii suffragántibus méritis, ad nostrae salútis auxílium proveníre concéde. Per Dóminum nostrum.

Communio. Qui míhi minístrat. 969.

Postcommunio.

Sacro múnere satiáti, súpplices te Dómine deprecámur : ut quod débitae servitútis celebrámus offício, intercedénte beáto Lauréntio Mártyre tuo, salvatiónis tuae sentiámus augméntum. Per Dóminum nostrum.

AD SEXTAM.

Ant. Adhaésit. 1405.

Capitulum.

2. Cor. 9. b.

Unusquísque prout destinávit in corde suo, † non ex tristítia, aut ex necessitáte : * hílarem enim datórem díligit Deus.

℟. *br.* Posuísti Dómine. 952. ℣. Mágna est.

AD NONAM.

Ant. Beátus Lauréntius. 1405.

Capitulum.


2. Cor. 9. c.


Potens est autem Deus omnem grátiam abundáre fácere in vobis : † ut in ómnibus semper omnem sufficiéntiam habéntes, abundétis in omne opus bonum, sicut scriptum est : Dispérsit, dedit paupéribus : * justítia ejus manet in saéculum saéculi.

℟. *br.* Mágna est. 953. ℣. Jústus.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 1. f. 133. — 2. Confitébor. 8. G. 145. — 3. Beátus vir. 8. G. 152. — 4. Laudáte púeri. 7. c. 2. 156. — 5. Crédidi. 8. G. 170.






Capitulum. *2. Cor. 9. b.*

FRatres : Qui parce séminat, parce et metet : † et qui séminat in benedictiónibus, * de benedictiónibus et metet.

Hymnus. Déus tuórum mílitum. 954.

℣. Levíta Lauréntius bónum ópus operátus est.
℟. Qui per sígnum crúcis caécos illuminávit.

Ad Magnif. Ant. 8. G



Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio.* Da nóbis. 1402.

11. SS. Tiburtii et Susannae Martyrum. *Simpl.*

Oratio.

SAnctórum Mártyrum tuórum Tibúrtii et Susánnae nos, Dómine, fóveant continuáta praesídia : * quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári. Per Dóminum.

Secreta.

ADésto, Dómine, précibus pópuli tui, adésto munéribus : ut quae sacris sunt obláta mystériis, tuórum tibi pláceant intercessióne Sanctórum. Per Dóminum.

Postcommunio.

SUmpsimus, Dómine, pignus redemptiónis aetérnae : quod sit nobis, quaésumus, interveniéntibus sanctis Mártyribus tuis, vitae praeséntis auxílium páriter et futúrae. Per Dóminum.

12. S. Clarae Virginis. *Duplex.*

Oratio.

EXáudi nos, Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae Clarae Vírginis tuae festivitáte gaudémus ; * ita piae devotiónis erudiámur affèctu. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Dilexísti. 1056.

13. SS. Hippolyti et Cassiani Martyrum. *Simpl.*

Oratio.

DA, quaésumus omnípotens Deus : * ut beatórum Mártyrum tuórum Hippólyti et Cassiáni veneránda solémnitas et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

Secreta.

REspice Dómine múnera pópuli tui, Sanctórum festivitáte votíva : et tuae testificátio veritátis nobis profíciat ad salútem. Per Dñum.

Postcommunio.

SAcramentórum tuórum Dómine commúnio sumpta nos salvet : et in tuae veritátis luce confírmet. Per Dóminum.

14. S. Eusebii Confessoris.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Eusébii Confessóris tui ánnua solemnitáte laetíficas : * concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum nostrum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

DIE 15. AUGUSTI.


IN ASSUMPTIONE B. M. V.

Duplex I. Classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis 1413, *praeter :*

Ad Magnif. Ant. 1. f



quasi auró- ra valde rú- ti- lans? Fí-li- a Sí- on, tó-ta formósa et su-ávis es: púlchra ut lú- na, e-lé- cta ut sol. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. f. 212, *vel* 218. — *Oratio.* Famulórum. 1409.

Ad Completorium *et per Horas, Hymni terminantur* Jésu, tíbi sit glória, *et cantantur in tono B. M. V. per totam Octavam :*

AD LAUDES.

Ant. Assúmpta est. *cum reliquis e Vesperis,* 1413. *Psalmi ut in Festis,* 226. *Capit.* In ómnibus. 1414. *Hymnus.* O gloriósa Vírginum. 1213.

℣. Exaltáta est sáncta Déi Génitrix.
℟. Super chóros Angelórum ad caeléstia régna.

Ad Bened. Ant. 1. g

Q Uae est ísta, * quae ascéndit sic-ut auróra consúrgens? púlchra ut lú-na, e-lécta ut sol, ter- rí-bilis ut castrórum á-ci- es ordi-ná-ta. E u o u a e.

Oratio. Famulórum tuórum. 1409.

Ad Primam. *Ant.* Assúmpta est. 1413. *In* ℟. *br.* ℣. Qui nátus es de María Vírgine. 235. *Et dicitur per totam Octavam. Lect. br.* In platéis. 1085.

AD TERTIAM.

Hymnus cantatur in tono Festorum B. M. V., 1083.
Ant. María Vírgo assúmpta. 1413. *Cap.* In ómnibus. *e Vesperis,* 1414.

℟. br. E Xaltá-ta est * Sáncta Dé- i Génitrix. ℣. Super

chóros Ange-lórum ad caelésti-a régna. Gló-ri-a Pátri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sáncto.

℣. Assúmpta est María in caélum, gáudent Angeli.
℟. Laudántes benedícunt Dóminum.

AD MISSAM.

Intr. 1.

G Aude- ámus * ómnes in Dó- mi- no, dí- em féstum ce-le-brántes sub honó- re Ma-rí-ae Vírgi- nis : de cú-jus Assumpti- ó- ne gáudent An-ge- li,
(Sol- e-mni-tá- te)
et colláu- dant Fí- li- um Dé- i. *Ps.* Eructávit cor mé-um vérbum bónum: * dí-co égo ópe-ra mé-a ré- gi. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.


F Amulórum tuórum, quaésumus Dómine, delíctis ignósce : † ut qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, * Genitrícis Fílii tui Dómini nostri intercessióne salvémur. Qui tecum vivit et regnat.

Lectio libri Sapientiae. *Eccli. 24.*


I N ómnibus réquiem quaesívi, et in hereditáte Dómini morábor. Tunc praecépit, et dixit mihi Creátor ómnium : et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo, et dixit mihi : In Jacob inhábita, et in


Israel hereditáre, et in eléctis meis mitte radíces. Et sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei heréditas illíus, et in plenitúdine sanctórum deténtio mea. Quasi cedrus exaltáta sum in Líbano : et quasi cypréssus in monte Sion. Quasi palma exaltáta sum in Cades, et quasi plantátio rosae in Jéricho. Quasi olíva speciósa in campis, et quasi plátanus exaltáta sum juxta aquam in platéis. Sicut cinnamómum et bálsamum aromatízans odórem dedi : quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.

Grad. 5.



5.






✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 10. 38.*

IN illo témpore : Intrávit Jesus in quoddam castéllum : et múlier quaedam Martha nómine, excépit illum in domum suam : et huic erat soror nómine María, quae étiam sedens secus pedes Dómini, audiébat verbum illíus. Martha autem satagébat circa frequens ministérium : quae stetit, et ait : Dómine, non est tibi curae quod soror mea relíquit me solam ministráre? Dic ergo illi ut me ádjuvet. Et respóndens, dixit illi Dóminus : Martha, Martha, sollícita es et turbáris erga plúrima. Porro unum est necessárium. María óptimam partem elégit quae non auferétur ab ea.

Credo.

Offert. 8.



Secreta.

SUbvéniat Dómine plebi tuae Dei Genitrícis orátio : quam etsi pro conditióne carnis migrásse cognóscimus, in caelésti glória apud te pro nobis intercédere sentiámus. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Praefatio de B. M. V. Et te in Assumptióne. 8.

Comm. 8.

O - ptimam pár- tem * e-lé- git sí-bi Ma-rí- a,

quae non aufe-ré- tur ab é- a in ae-tér- num.

Postcommunio.

MEnsae caeléstis partícipes effécti, implorámus cleméntiam tuam, Dómine Deus noster : ut qui Assumptiónem Dei Genitrícis cólimus, a cunctis malis imminéntibus ejus intercessióne liberémur. Per eúmdem Dóminum.

AD SEXTAM.

Ant. In odórem. 1413.

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

ET sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. † Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei haeréditas illíus, * et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℟. br. A Ssúmpta est Marí- a in caélum, * Gáudent Ange-

li. ℣. Laudántes benedícunt Dóminum. Gló-ri- a Pátri.

℣. María Vírgo assúmpta est ad aethéreum thálamum.
℟. In quo Rex régum stelláto sédet sólio.

AD NONAM.

Ant. Púlchra es. 1414.

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

IN platéis sicut cinnamómum et bálsamum aromatízans odórem dedi : † quasi myrrha elécta, * dedi suavitátem odóris.

℟. br. M Arí- a Vírgo assúmpta est * Ad aethére- um thá-

lamum. ℣. In quo Rex régum stelláto sédet só-li- o. Gló-

ri- a Pátri.

℣. Dignáre me laudáre te Vírgo sacráta.
℟. Da míhi virtútem contra hóstes túos.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 7. a. 137. — 2. Laudáte púeri. 8. G. 157. — 3. Laetátus sum. 4. A*. 176. — 4. Nisi Dóminus. 7. c. 2. 181. — 5. Láuda Jerúsalem. 1. g. 2. 207.

1. Ant. 7. a

A Ssúmpta est Marí- a in caé-lum : * gáudent An-

ge-li, laudántes be-nedícunt Dóminum. E u o u a e.

2. Ant. 8. G

M Arí- a Vír- go assúmpta est * ad aethére- um thá-


lamum, in quo Rex régum stelláto sé- det só-li- o.

E u o u a e.


3. Ant. 4. A*

I N odórem * unguentórum tu-órum


cúrrimus : ado-lescéntulae di-lexé-runt te nimis.




E u o u a e. 4. Ant. 7. c 2 **B** Enedí- cta * fí- li- a tu a Dó-




mino: qui-a per te frúctum ví-tae communicávimus.



E u o u a e. 5. Ant. 1. g 2 **P** Ulchra es * et decóra, fí-li- a



Jerú-sa-lem: terrí-bi-lis ut castrórum á-ci- es ordi-ná-ta.




E u o u a e.


Capitulum. *Eccli. 24.*

IN ómnibus réquiem quaesívi, et in haereditáte Dómini morábor. † Tunc praecépit, et dixit mihi Creátor ómnium: * et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo.

Hymnus. Ave máris stélla. 1087.




℣. Exaltáta est sáncta Dé- i Génitrix. ℟. Super




chóros Ange-lórum ad caeléstì- a régna.

Ad Magnif. Ant. 8. G*



H Odi- e * Ma-rí- a Vírgo caélos ascéndit: gau-



dé-te, qui-a cum Chrísto régnat in aetérnum. E u o u a e.

Cant. Magnificat. 8. G*. 217, *vel* 223. — *Oratio.* Famulórum. 1409.
Commem. sequentis. Ant. Laudémus. ℣. Pótens.


16. S. JOACHIM, PATRIS B. MARIAE V., Conf.

Duplex II. Classis.


In I. Vesperis *(si dicendae sint), omnia ut in II. Vesperis,* 1417.
Ad Horas. *Omnia de Communi Conf. non Pontificis.* 1022.

AD MISSAM.


Intr. 3.




D Ispér- sit, * dé- dit paupé- ri- bus: justí-




ti- a é- jus má- net in saé- cu-lum saécu- li:



cór- nu éjus exaltá-bi-tur in gló- ri- a.



Ps. Be-átus vir qui tímet Dómi-num: * in mandá-tis é-jus




vó-let nimis. Gló-ri-a Pátri. E u o u a e.

Oratio.


DEus, qui prae ómnibus sanctis tuis beátum Jóachim Genitrícis Fílii tui patrem esse voluísti: † concéde, quaésumus; ut cujus festa venerámur, * ejus quoque perpétuo patrocínia sentiámus. Per eúmdem Dóminum.

Epistola. Beátus vir. 1029.


Grad. 2.



D Ispérsit, * dé- dit paupé- ri- bus: justí-



ti- a é- jus má- net in saé- cu-lum



Evangelium. Liber generatiónis Jesu Christi. 1429. *Et dicitur* Credo.
Offertorium. Glória et honóre. 965.

Secreta.

Suscipe, clementíssime Deus, sacrificium in honórem sancti Patriárchae Jóachim Patris Maríae Vírginis, majestáti tuae oblátum : ut ipso, cum cónjuge sua et beatíssima prole intercedénte, perféctam cónsequi mereámur remissiónem peccatórum, et glóriam sempitérnam. Per Dóminum.

Praefatio de B. M. V. Et te in Assumptióne. 8. (*In Dominica vero de Trinitate, 8*).

Communio. Fidélis servus. 1013.

Postcommunio.


Quaésumus omnípotens Deus : ut per haec sacraménta quae súmpsimus, intercedéntibus méritis et précibus beáti Jóachim patris Genitrícis dilécti Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi, tuae grátiae in praesénti, et aetérnae glóriae in futúro partícipes esse mereámur. Per eúmdem Dóminum.

IN II. VESPERIS.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, 1023, praeter sequentia.
In hymno Iste Conféssor, *dicitur* Hac die laétus méruit suprémos.

℣. Pótens in térra érit sémen éjus.
℟. Generátio rectórum benedicétur.

Ad Magnif. Ant. 8. G



Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio.* Deus, qui prae ómnibus. 1415.

17. S. Hyacinthi Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui nos beáti Hyacínthi Confessóris tui ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, * étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

Eadem die. Octava S. Laurentii Martyris.

Ant. et ℣℣. ut in Festo, 1401.

Oratio.

Excita Dómine in Ecclésia tua spíritum, cui beátus Lauréntius Levíta servívit : † ut eódem nos repléti, studeámus amáre quod amávit, * et ópere exercére quod dócuit. Per Dóminum nostrum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Secreta.

SAcrifícium nostrum tibi, Dómine, quaésumus, beáti Lauréntii precátio sancta concíliet : ut, cujus honóre solémniter exhibétur, ejus méritis efficiátur accéptum. Per Dóminum.

Postcommunio.

SUpplices te rogámus, omnípotens Deus : ut quos donis caeléstibus satiásti, intercedénte beáto Lauréntio Mártyre tuo, perpétua protectióne custódias. Per Dóminum.

18. S. Agapiti Martyris.

Oratio.

LAetétur Ecclésia tua Deus beáti Agapíti Mártyris tui confísa suffrágiis : * atque ejus précibus gloriósis, et devóta permáneat, et secúra consístat. (Per Dóminum.)

Secreta.

SUscipe, Dómine, múnera, quae in ejus tibi solemnitáte deférimus : cujus nos confídimus patrocínio liberári. (Per Dóminum.)

Postcommunio. Satiásti. 1057.

19. S. Joannis Eudes Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui beátum Joánnem Confessórem tuum, ad cultum sacrórum Córdium Jesu et Maríae rite promovéndum, mirabíliter inflammásti, et per eum novas in Ecclésia tua famílias congregáre voluísti : † praesta quaésumus; ut cujus pia mérita venerámur, * virtútum quoque instruámur exémplis. Per eúmdem.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

20. S. Bernardi Abbatis et Eccl. Doct. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Bernárde. 1016.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Bernárdum minístrum tribuísti : † praesta, quaésumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dñum.

Secreta. Sancti tui. *et Postcommunio.* Ut nobis. 1021.

21. S. Joannae Franciscae Fremiot de Chantal Vid. *Dupl.*

Oratio.

OMnípotens et miséricors Deus, qui beátam Joánnam Francíscam tuo amóre succénsam, admirábili spíritus fortitúdine per omnes vitae sémitas in via perfectiónis donásti, quique per illam illustráre Ecclésiam tuam nova prole voluísti : † ejus méritis et précibus concéde; ut qui infirmitátis nostrae cónscii de tua virtúte confídimus, * caeléstis grátiae auxílio, cuncta nobis adversántia vincámus. Per Dóminum.

Secreta.

ILlo nos amóris igne, quaésumus Dómine, haec hóstia salutáris inflámmet : quo beátae Joánnae Francíscae cor veheménter incéndit, et flammis adússit aetérnae caritátis. Per Dóminum.

Postcommunio.

SPíritum nobis, Dómine, tuae caritátis infúnde : ut quos caeléstis panis virtúte satiásti, beáta Joánna Francísca intercedénte, fácias terréna despícere, et te solum Deum pura mente sectári. Per Dóminum.

22. Octava Assumptionis B. M. V. *Dupl. maj.*

Omnia ut in Festo, 1407.

Eadem die. SS. Timothei, Hippolyti et Symphoriani Mart.

Oratio.

AUxílium tuum nobis, Dómine, quaésumus, placátus impénde : * et intercedéntibus beátis Martýribus tuis Timótheo, Hippólyto et Symphoriáno, déxteram super nos tuae propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

Secreta.

ACcépta tibi sit, Dómine, sacrátae plebis oblátio pro tuórum honóre Sanctórum : quorum se méritis de tribulatióne percepísse cognóscit auxílium. Per Dóminum.

Postcommunio.

DIvíni múneris largitáte satiáti, quaésumus, Dómine Deus noster : ut, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Timótheo, Hippólyto et Symphoriáno, in ejus semper participatióne vivámus. Per Dóminum.

23. S. Philippi Benitii Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui per beátum Philíppum Confessórem tuum, exímium nobis humilitátis exémplum tribuísti : † da fámulis tuis próspera mundi ex ejus imitatióne despícere, * et caeléstia semper inquírere. Per Dñum.

Secreta et Postcommunio e Missa Jústus. 1034.

24. S. BARTHOLOMAEI APOSTOLI.

Duplex II. Classis.

In Vesperis et ad Horas, *omnia de Communi Apost.*, 939. *Oratio.* Omnípotens. *ut infra.*

AD MISSAM.

Introitus. Míhi autem. 1206.

Oratio.


OMnipotens sempitérne Deus, qui hujus diéi venerándam sanctámque laetítiam in beáti Apóstoli tui Bartholomaéi festivitáte tribuísti : † da Ecclésiae tuae, quaésumus, et amáre quod crédidit, * et praedicáre quod dócuit. Per Dóminum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *I. Cor. 12.*


FRatres : Vos estis corpus Christi, et membra de membro. Et quosdam quidem pósuit Deus in Ecclésia primum apóstolos, secúndo prophétas, tértio doctóres, deínde virtútes, exínde grátias curatiónum, opitulatiónes, gubernatiónes, génera linguárum, interpretatiónes sermónum. Numquid omnes Apóstoli? numquid omnes prophétae? numquid omnes doctóres? numquid omnes virtútes? numquid omnes grátiam habent curatiónum? numquid omnes linguis loquúntur? numquid omnes interpretántur? Aemulámini autem charísmata melióra.

Graduale. Constítues éos. 1349.


5.



ALle- lú- ia. * *ij.*



℣. Te glo-ri-ósus Aposto- ló- rum chó- rus láu-



dat, * Dó- mi- ne.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 6. b.*

IN illo témpore : Exiit Jesus in montem oráre, et erat pernóctans in oratióne Dei. Et cum dies factus esset, vocávit discípulos suos, et elégit duódecim ex ipsis (quos et Apóstolos nominávit) : Simónem, quem cognominávit Petrum, et Andréam fratrem ejus, Jacóbum et Joánnem, Philíppum et Bartholomaéum, Matthaéum et Thomam, Jacóbum Alphaéi et Simónem, qui vocátur Zelótes, et Judam Jacóbi, et Judam Iscariótem, qui fuit próditor. Et descéndens cum illis, stetit in loco campéstri, et turba discipulórum ejus, et multitúdo copiósa plebis ab omni Judaéa, et Jerúsalem, et marítima, et Tyri et Sidónis, qui vénerant ut audírent eum, et sanaréntur a languóribus suis. Et qui vexabántur a spirítibus immúndis, curabántur. Et omnis turba quaerébat eum tángere, quia virtus de illo exíbat, et sanábat omnes. Credo.


Offertorium. Míhi autem. 1207.

Secreta.


BEáti Apóstoli tui Bartholomaéi solémnia recenséntes, quaésumus Dómine; ut ejus auxílio tua benefícia capiámus, pro quo tibi laudis hóstias immolámus. Per Dóminum nostrum.

Praefatio de Apostolis, 8.

Comm. 2.



VOS qui secú-ti éstis me, * sedébi-tis super sé-



des, judi-cántes du-óde-cim trí-bus Isra-el, dí-cit Dóminus.

Postcommunio.

SUmptum Dómine pignus redemptiónis aetérnae : sit nobis, quaésumus; interveniénte beáto Bartholomaéo Apóstolo tuo, vitae praeséntis auxílium páriter et futúrae. Per Dóminum nostrum.

25. S. Ludovici Francorum Regis, Conf.

Semiduplex. (Duplex maj. in Gallia.)

Oratio.

DEus, qui beátum Ludovícum Confessórem tuum de terréno regno ad caeléstis regni glóriam transtulísti : † ejus, quaésumus, méritis et intercessióne, * Regis regum Jesu Christi Fílii tui fácias nos esse consórtes. Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

Secreta.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : ut sicut beátus Ludovícus Conféssor tuus, spretis mundi oblectaméntis, soli Regi Christo placére stúduit; ita ejus orátio nos tibi reddat accéptos. Per eúmdem Dóminum.

Postcommunio.

DEus, qui beátum Confessórem tuum Ludovícum mirificásti in terris, et gloriósum in caelis fecísti : eúmdem, quaésumus, Ecclésiae tuae constítue defensórem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat.

26. S. Zephyrini Papae et Martyris.

Oratio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : † ut beáti Zephyríni Mártyris tui atque Pontíficis, cujus gaudémus méritis, * instruámur exémplis. Per Dóminum nostrum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sacerdótes Dei. 963.

27. S. Joseph Calasanctii Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui per sanctum Joséphum Confessórem tuum, ad erudiéndam spíritu intelligéntiae ac pietátis juventútem, novum Ecclésiae tuae subsídium providére dignátus es : † praesta, quaésumus; nos ejus exémplo et intercessióne ita fácere et docére, * ut praémia consequámur aetérna. Per Dóminum.

Secreta.

ALtáre tuum Dómine munéribus cumulámus oblátis : ut ejus nobis fiant supplicatióne propítia, cujus nos donásti patrocínio adjuvári. Per Dóminum.

Postcommunio.

SAnctificáti Dómine salutári mystério : quaésumus ; ut, intercedénte sancto Josépho Confessóre tuo, ad majus semper proficiámus pietátis increméntum. Per Dóminum nostrum.

28. S. Augustini Episc., Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Augustíne. 1016.

Oratio.

ADésto supplicatiónibus nostris, omnípotens Deus : † et quibus fidúciam sperándae pietátis indúlges, intercedénte beáto Augustíno Confessóre tuo atque Pontífice, * consuétae misericórdiae tríbue benígnus efféctum. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa In médio. 1021.

Eadem die. S. Hermetis Martyris.

Oratio.

DEus, qui beátum Hermétem Mártyrem tuum virtúte constántiae in passióne roborásti : * ex ejus nobis imitatióne tríbue pro amóre tuo próspera mundi despícere, et nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum.

Secreta.

SAcrifícium tibi Dómine laudis offérimus in tuórum commemoratióne Sanctórum : da quaesumus; ut quod illis cóntulit glóriam, nobis prosit ad salútem. Per Dóminum.

Postcommunio.

REpléti Dómine benedictióne caeléstí, quaésumus cleméntiam tuam : ut, intercedénte beáto Hermáte Mártyre tuo, quae humíliter gérimus, salúbriter sentiámus. Per Dóminum.

29. In Decollatione S. Joannis Baptistae.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.


Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 3. a. 134. — 2. Confitébor. 3. b. 140. — 3. Beátus vir. 1. f. 145. — 4. Laudáte púeri. 1. D. 153. — 5. Laudáte Dóminum. 4. A. 172.

Antiphonae ut in II. Vesperis, 1425.


Capitulum. Beátus vir. *Hymnus.* Déus tuórum mílitum. 954.

℣. Glória et honóre coronásti éum Dómine.
℟. Et constituísti éum super ópera mánuum tuárum.


Ad Magnif. Ant. 1. g




MIsso Heródes * spi-cu-la-tóre, praecépit ampu-



tá- ri cáput Jo-ánnis in cárce-re : quo audí-to, discí-



pu-li é-jus vené- runt, et tu-lérunt córpus é-jus, et po



su-érunt íllud in monuménto. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. g. 212, *vel* 218. — *Oratio.* Sancti Joánnis. *ut infra.*


Pro commemoratione S. Sabinae Martyris. Ant. Símile est. ℣. Spécie. 1059.

Oratio. Deus qui inter cétera. *ut infra.* 1424.


Ad Horas *Antiphonae e II. Vesperis. Capitula,* ℟℟. *br. et* ℣℣. *ut in Communi unius Martyris.* 952.

AD MISSAM.


Intr. 5.




LOqué-bar * de testimó-ni- is tú- is in con-




spéctu ré- gum, et non con-fundé- bar : et medi-tá-bar



in mandá- tis tú- is, quae di-lé- xi ni- mis.



Ps. Bónum est confi-té-ri Dómino : * et psálle-re nómi-ni



tú-o Altíssime. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e

Oratio.

SAncti Joánnis Baptístae Praecursóris et Mártyris tui, quaésumus Dómine, veneránda festívitas, * salutáris auxílii nobis praestet efféctum. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Pro S. Sabina. Oratio.

Deus, qui inter cétera poténtiae tuae mirácula étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti: * concéde propítius; ut qui beátae Sabínae Mártyris tuae natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Lectio Jeremiae Prophetae. *Jerem. 1. d.*

In diébus illis: Factum est verbum Dómini ad me, dicens: Accínge lumbos tuos, et surge, et lóquere ad Juda ómnia quae ego praecípio tibi. Ne formídes a fácie eórum: nec enim timére te fáciam vultum eórum. Ego quippe dedi te hódie in civitátem munítam, et in colúmnam férream, et in murum aéreum, super omnem terram, régibus Juda, princípibus ejus, et sacerdótibus, et pópulo terrae. Et bellábunt advérsum te, et non praevalébunt; quia ego tecum sum, ait Dóminus, ut líberem te.

Graduale. Jústus ut pálma. 1029

Allelúia, allelúia. ℣. Jústus germinábit. 1020.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum. *Marc. 6. c.*

In illo témpore: Misit Heródes, ac ténuit Joánnem, et vinxit eum in cárcere propter Herodíadem uxórem Philíppi fratris sui, quia dúxerat eam. Dicébat enim Joánnes Heródi: Non licet tibi habére uxórem fratris tui. Heródias autem insidiabátur illi, et volébat occídere eum, nec póterat. Heródes enim metuébat Joánnem, sciens eum virum justum et sanctum: et custodiébat eum, et audíto eo multa faciébat, et libénter eum audiébat. Et cum dies opportúnus accidísset, Heródes natális sui coenam fecit princípibus, et tribúnis, et primis Galilaéae. Cumque introísset fília ipsíus Herodíadis et saltásset, et placuísset Heródi simúlque recumbéntibus; rex ait puéllae: Pete a me quod vis, et dabo tibi. Et jurávit illi: Quia quidquid petíeris, dabo tibi, licet dimídium regni mei. Quae cum exísset, dixit matri suae: Quid petam? At illa dixit: Caput Joánnis Baptístae. Cumque introísset statim cum festinatióne ad regem, petívit, dicens: Volo ut prótinus des mihi in disco caput Joánnis Baptístae. Et contristátus est rex: propter jusjurándum, et propter simul discumbéntes, nóluit eam contristáre: sed misso spiculatóre, praecépit afférri caput ejus in disco. Et decollávit eum in cárcere. Et áttulit caput ejus in disco: et dedit illud puéllae, et puélla dedit matri suae. Quo audíto, discípuli ejus venérunt, et tulérunt corpus ejus: et posuérunt illud in monuménto.

Offertorium. In virtúte túa. 1033.

Secreta.

Munera, quae tibi Dómine pro sancti Mártyris tui Joánnis Baptístae passióne deférimus: quaésumus; ut ejus obténtu nobis profíciant ad salútem. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Sabina. Secreta. Hóstias tibi... beátae Sabínae Mártyris. 1052.

Communio. Posuísti. 963.


Postcommunio.


Conferat nobis Dómine sancti Joánnis Baptístae solémnitas: ut et magnífica sacraménta quae súmpsimus, significáta venerémur, et in nobis pótius édita gaudeámus. Per Dóminum.

Pro S. Sabina. Postcomm. Divíni múneris... beáta Sabína Mártyre. 1052.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 3. a. 134. — 2. Confitébor. 3. b. 140. — 3. Beátus vir. 1. f. 145. — 4. Laudáte púeri. 1. D. 153. — 5. Crédidi. 4. A. 169.







Capitulum. Beátus vir. *Hymnus.* Déus tuórum mílitum. 954.

℣. Jústus ut pálma florébit.

℟. Sicut cédrus Líbani multiplicábitur.

Ad Magnif. Ant. 8. G





Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223. — *Oratio.* Sancti Joánnis. 1423.

---

30. S. Rosae a S. Maria Virginis Limanae. *Duplex.*

Oratio.

BOnórum ómnium largítor, omnípotens Deus, qui beátam Rosam, caeléstis grátiae rore praevéntam, virginitátis et patiéntiae decóre Indis floréscere voluísti : † da nobis fámulis tuis; ut in odórem suavitátis ejus curréntes, * Christi bonus odor éffici mereámur. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Secreta et Postcommunio e Missa Dilexísti. 1056.

Eadem die. SS. Felicis et Adaucti Martyrum.

Oratio.

MAjestátem tuam Dómine súpplices exorámus : * ut sicut nos júgiter Sanctórum tuórum commemoratióne laetíficas; ita semper supplicatióne deféndas. Per Dóminum.

Secreta.

HOstias, Dómine, tuae plebis inténde : et quas in honóre Sanctórum tuórum devóta mente célebrat, profícere sibi séntiat ad salútem. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

REpléti, Dómine, munéribus sacris, quaésumus; ut intercedéntibus sanctis tuis, in gratiárum semper actióne maneámus. Per Dñum.

---

31. S. Raymundi Nonnati Conf. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui in liberándis fidélibus tuis ab impiórum captivitáte beátum Raymúndum Confessórem tuum mirábilem effecísti : † ejus nobis intercessióne concéde; ut a peccatórum vínculis absolúti, * quae tibi sunt plácita, líberis méntibus exsequámur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

FESTA SEPTEMBRIS.

1. S. Aegidii Abbatis. *Simpl.*

Oratio.

INtercéssio nos, quaésumus Dómine, beáti Aegídii Abbátis comméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. *de Communi Abbatum,* 1037.

Eadem die. SS. Duodecim Fratrum Martyrum.

Oratio.

FRatérna nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna laetíficet : * quae et fídei nostrae praébeat increménta virtútum, et multíplici nos suffrágio consolétur. (Per Dóminum).

Secreta.

MYstéria tua, Dómine, pro sanctórum Mártyrum tuórum commemoratióne devóta mente tractémus : quibus nobis et praesídium crescat et gáudium. (Per Dóminum.)

Postcommunio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : ut, quorum memóriam sacraménti participatióne recólimus, fidem quoque proficiéndo sectémur. (Per Dóminum nostrum).

---

2. S. Stephani Hungariae Regis, Conf. *Semid.*

Oratio.

COncéde, quaésumus, Ecclésiae tuae, omnípotens Deus : † ut beátum Stéphanum Confessórem tuum, quem regnántem in terris propagatórem hábuit, * propugnatórem habére mereátur gloriósum in caelis. Per Dóminum.

Secreta.

REspice, quas offérimus, hóstias, omnípotens Deus : et praesta; ut qui passiónis Domínicae mystéria celebrámus, imitémur quod ágimus. Per eúmdem Dóminum.

Postcommunio.

PRaesta, quaésumus omnípotens Deus : ut beáti Stéphani Confessóris tui fidem cóngrua devotióne sectémur; qui pro ejúsdem fídei dilatatióne, de terréno regno ad caeléstis regni glóriam méruit perveníre. Per Dóminum.

---

5. S. Laurentii Justiniani Episc. et Conf. *Semid.*

Oratio.

DA, quaésumus omnípotens Deus : † ut beáti Lauréntii Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, * et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.


Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. *de Confessore Pontifice,* 1013.

8. IN NATIVITATE B. MARIAE VIRGINIS.

Duplex II. Classis cum Octava simplici.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 1429, *praeter :*



Cant. Magníficat. 1. D. 2. 212, *vel* 218. — *Oratio.* Fámulis tuis. *ut infra.*

Ad Completorium *et Horas, Hymni cantantur et terminantur ut in Festis B. M. V.*

Ad Primam. *Ant.* Nativitas gloriósae. 1429. *In* ℟. *br.* ℣. Qui nátus es. 235. *per totam Octavam. Lect. br.* In platéis. 1085.

Ad Tertiam. *Hymnus cantatur in tono Festorum B. M. V.* 1083.

Ant. Natívitas est hódie. 1430. *Capitulum.* Ab inítio. 1087. ℟. *br.* Spécie túa. 1084. ℣. Adjuvábit éam.

AD MISSAM.

Introitus. Sálve sáncta Párens. 1091.

Oratio.

FAmulis tuis, quaésumus Dómine, caeléstis grátiae munus impertíre : † ut quibus beátae Vírginis partus éxstitit salútis exórdium, * Nativitátis ejus votíva solémnitas pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum.

Epistola. Dóminus possédit me. 1216.

Graduale. Benedícta et venerábilis. 1092.

Allelúia, allelúia. ℣. Félix es. 1368.

✠ **Initium sancti Evangelii secundum Matthaeum.** *Matth. 1.*

LIber generatiónis Jesu Christi fílii David, fílii Abraham. Abraham génuit Isaac. Isaac autem génuit Jacob. Jacob autem génuit Judam et fratres ejus. Judas autem génuit Phares et Zaram de Thamar. Phares autem génuit Esron. Esron autem génuit Aram. Aram autem génuit Amínadab. Amínadab autem génuit Naásson. Naásson autem génuit Salmon. Salmon autem génuit Booz de Rahab. Booz autem génuit Obed ex Ruth. Obed autem génuit Jesse. Jesse autem génuit David regem. David autem rex génuit Salomónem ex ea quae fuit Uríae. Sálomon autem génuit Róboam. Róboam autem génuit Abíam. Abías autem génuit Asa. Asa autem génuit Jósaphat. Jósaphat autem génuit Joram. Joram autem génuit Ozíam. Ozías autem génuit Jóatham. Jóatham autem génuit Achaz. Achaz autem génuit Ezechíam. Ezechías autem génuit Manássen. Manásses autem génuit Amon. Amon autem génuit Josíam. Josías autem génuit Jechoníam, et fratres ejus in transmigratióne Babylónis. Et post transmigratiónem Babylónis : Jechonías génuit Saláthiel. Saláthiel autem génuit Zoróbabel. Zoróbabel autem génuit Abiud. Abiud autem génuit Elíacim. Elíacim autem génuit Azor. Azor autem génuit Sadoc. Sadoc autem génuit Achim. Achim autem génuit Eliud. Eliud autem génuit Eleázar. Eleázar autem génuit Mathan. Mathan autem génuit Jacob. Jacob autem génuit Joseph virum Maríae, de qua natus est Jesus, qui vocátur Christus. Credo.

Offertorium. Beáta es Vírgo María. 1100, *omisso* Allelúia.

Secreta.

UNigéniti tui Dómine nobis succúrrat humánitas : ut qui natus de Vírgine, Matris integritátem non mínuit, sed sacrávit; in Nativitátis ejus solémniis, nostris nos piáculis éxuens, oblatiónem nostram tibi fáciat accéptam Jesus Christus Dóminus noster : Qui tecum vivit.

Praefatio de B. M. V. Et te in Nativitáte. 8.

Communio. Beáta víscera. 1096.

Postcommunio.


SUmpsimus Dómine celebritátis ánnuae votíva sacraménta : praesta, quaésumus; ut et temporális vitae nobis remédia praébeant, et aetérnae. Per Dóminum nostrum.

Ad Sextam. *Ant.* Regáli ex progénie. 1430. *Capitulum.* Et sic in Sion. ℟. *br.* Adjuvábit éam. 1085. ℣. Elégit éam.

Ad Nonam. *Ant.* Cum jucunditáte. 1430. *Capitulum.* In platéis. ℟. *br.* Elégit éam. 1085. ℣. Diffúsa est.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Laudáte púeri. 7. c. 156. — 3. Laetátus sum. 6. F. 177. — 4. Nisi Dóminus. 8. G. 182. — 5. Láuda Jerúsalem. 7. c. 211.



mine A-brahae, órtae de trí-bu Jú-da, clá-ra ex stírpe Dávid. E u o u a e.

2. Ant. 7. c

NAtí-vi-tas est hódi-e * sánctae Ma-rí-ae Vírgi-nis, cú-jus ví-ta ínclyta cúnctas illústrat ecclé-si-as. E u o u a e.

3. Ant. 6. F

REgá-li ex progéni-e * Ma-rí-a ex-ór-ta re-fúlget : cú-jus pré-cibus nos adjuvá-ri, ménte et spí-ri-tu devo-tíssime póscimus. E u o u a e.

4. Ant. 8. G

COr-de et ánimo * Chrísto canámus gló-ri-am in hac sácra sol-emni-táte praecél-sae Genitrí-cis Dé-i Ma-rí-ae. E u o u a e.

5. Ant. 7. c

CUM jucundi-tá-te * Na-ti-vi-tátem be-átae Ma-rí-ae ce-lebrémus, ut ípsa pro nóbis intercédat ad Dóminum Jésum Chrístum. E u o u a e.

Capitulum. Ab inítio. *Hymnus.* Ave máris stélla. 1087.

℣. Natívitas est hódie sánctae Maríae Vírginis.
℟. Cújus víta ínclyta cúnctas illústrat ecclésias.

Ad Magnif. Ant. 1. f

NAtí-vi-tas tú-a, * Dé-i Génitrix Vírgo, gáudi-um annunti-ávit univérso múndo : ex te enim órtus est Sol justí-ti-ae, Chrístus Dé-us nóster : qui sólvens ma-le-dicti-ónem, dédit benedicti-ó-nem : et confúndens mórtem, do-návit nó-bis ví-tam sempi-térnam. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. f. 212, *vel* 218.

Oratio.

FAmulis tuis, quaésumus Dómine, caeléstis grátiae munus impertíre : † ut quibus beátae Vírginis partus éxstitit salútis exórdium, * Nativitátis ejus votíva solémnitas pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum.

9. S. Gorgonii Martyris. *Simpl.*

Oratio.

SAnctus tuus Dómine Gorgónius sua nos intercessióne laetíficet : * et pia fáciat solemnitáte gaudére. Per Dóminum.

Secreta.

GRata tibi sit, Dómine, nostrae servitútis oblátio : pro qua sanctus Gorgónius Martyr intervéntor exsístat. Per Dóminum.

Postcommunio.

FAmíliam tuam, Deus, suávitas aetérna contíngat et végetet : quae in Mártyre tuo Gorgónio Christi Fílii tui bono júgiter odóre pascátur. Qui tecum.

10. S. Nicolai de Tolentino Conf. *Duplex.*

Oratio.

ADésto Dómine supplicatiónibus nostris, quas in beáti Nicolái Confessóris tui solemnitáte deférimus : † ut qui nostrae justítiae fidúciam non habémus, * ejus qui tibi plácuit précibus adjuvémur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Jústus. 1034.

11. SS. Proti et Hyacinthi Martyrum. *Simpl.*

Oratio.

BEatórum Mártyrum tuórum Proti et Hyacínthi nos, Dómine, fóveat pretiósa conféssio : * et pia júgiter intercéssio tueátur. Per Dóminum.

Secreta.

PRO sanctórum Mártyrum tuórum Proti et Hyacínthi commemoratióne, múnera tibi, Dómine, quae debémus, exsólvimus : praesta, quaésumus ; ut remédium nobis perpétuae salútis operéntur. Per Dóminum.

Postcommunio.

UT percépta nos, Dómine, tua sancta puríficent : beatórum Mártyrum tuórum Proti et Hyacínthi, quaésumus, implóret orátio. Per Dóminum.

12. Festum SS. Nominis B. Mariae V. *Dupl. maj.*

In I. Vesperis, ad Magnificat. Ant. Sáncta María... túi sáncti Nóminis commemoratiónem. 1082. ℣. Dignáre me.

In II. Vesperis, ad Magnificat. Ant. Beátam me dícent. 1091. ℣. Dignáre.

Oratio.

COncéde, quaésumus omnípotens Deus : † ut fidéles tui, qui sub sanctíssimae Vírginis Maríae Nómine et protectióne laetántur; ejus pia intercessióne a cunctis malis liberéntur in terris, * et ad gáudia aetérna pervenire mereántur in caelis. Per Dóminum.

Secreta.

TUA, Dómine, propitiatióne, et beátae Maríae semper Vírginis intercessióne, ad perpétuam atque praeséntem haec oblátio nobis profíciat prosperitátem et pacem. Per Dóminum.

Postcommunio.

SUmptis, Dómine, salútis nostrae subsídiis : da, quaésumus, beátae Maríae semper Vírginis patrocíniis nos ubíque prótegi; in cujus veneratióne haec tuae obtúlimus majestáti. Per Dóminum.

14. In Exaltatione Sanctae Crucis. *Dupl. maj.*

In I. Vesperis et ad Horas, *Officium fit ut in Inventione, die 3. Maii,* 1304. *praeter ea quae hic notantur propria. In fine Antiphonarum,* ℣℣. *et* ℟℟. *brevium non dicitur* Allelúia, *excepta tertia Antiphona.* Ecce Crúcem Dómini.

Hymnus Vexilla Régis *cantatur in tono proprio et cum propria doxologia, et in sexta stropha dicitur :* O Crux áve, spes única, In hac triúmphi glória...

Oratio. Deus, qui hodiérna die. *ut infra.*

Ad Missam.

Introitus. Nos autem. 571.

Oratio.

DEus, qui nos hodiérna die Exaltatiónis sanctae Crucis ánnua solemnitáte laetíficas : † praesta quaésumus; ut cujus mystérium in terra cognóvimus, * ejus redemptiónis praémia in caelo mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Epistola. Hoc enim sentíte in vobis. 527.


Graduale. Christus fáctus est. 572.


Allelúia, allelúia. ℣. Dúlce lígnum. 1306.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joan. 12. c.*


IN illo témpore : Dixit Jesus turbis Judaeórum : Nunc judícium est mundi : nunc princeps hujus mundi ejiciétur foras. Et ego si exaltátus fúero a terra, ómnia traham ad meípsum. (Hoc autem dicébat, signíficans qua morte esset moritúrus.) Respóndit ei turba : Nos audívimus ex lege, quia Christus manet in aetérnum : et quómodo tu dicis : Opórtet exaltári Fílium hóminis? quis est iste Fílius hóminis? Dixit ergo eis Jesus : Adhuc módicum lumen in vobis est. Ambuláte dum lucem habétis, ut non vos ténebrae comprehéndant; et qui ámbulat in ténebris, nescit quo vadat. Dum lucem habétis, crédite in lucem, ut fílii lucis sitis. Credo.

Offert. 2.






ó- mnibus in- sí-di- is i-nimi- có- rum ómni- um :



ut tí- bi grá- tam exhibe-á- mus



ser- vi-tú- tem, et acceptá- bi- le tí- bi fí- at



sa- cri-fí- ci- um nó-strum, alle- lú- ia.

Secreta.

Jesu Christi Dómini nostri córpore et sánguine saginándi, per quem Crucis est sanctificátum vexíllum : quaésumus Dómine Deus noster; ut, sicut illud adoráre merúimus, ita perénniter ejus glóriae salutáris potiámur effectu. Per eúmdem Dóminum.

Praefatio de Cruce, 8.

Communio. Per sígnum Crúcis. 1308.

Postcommunio.

Adésto nobis, Dómine Deus noster : et quos sanctae Crucis laetári facis honóre, ejus quoque perpétuis defénde subsídiis. Per Dñum.

Vesperae de sequenti, commemoratio praecedentis.

¶ *Sicubi tamen dicendae sint II. Vesperae de Exaltatione S. Crucis, omnia dicuntur ut in I. Vesperis, praeter Antiphonam ad* Magníficat, O crux. (*Cant.* Magníficat. 1. D. 2. 212, *vel* 218), *ut infra,* 1435.

DIE 15. SEPTEMBRIS.


FESTUM SEPTEM DOLORUM B. M. V.

Duplex II. Classis.


IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 1444, *praeter :*


Ad Magnif. Ant. 1. D



Nolí-te * me considerá- re, quod fúsca sim,



qui-a deco-lorávit me sol : fí- li- i mátris mé-ae pugna-




vérunt contra me. E u o u a e.


Cant. Magníficat. 1. D. 212, *vel* 218. — *Oratio.* Deus, in cujus passióne. 1436.

Et fit commemoratio praecedentis.


Ant. 1. D 2



O Crux * bene- dí- cta! quae só-la fu-í-



sti dígna portá- re Régem caeló- rum et Dómi-



num, al- le- lú- ia.


℣. Hoc sígnum Crúcis érit in caélo.

℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit.

Oratio. Deus, qui nos hodiérna. *ut supra.* 1433.

Ad Completorium *et per Horas, Hymni cantantur ut in Tempore Passionis,* 513, *et in fine dicitur :* Jésu tíbi sit glória, Qui pássus es pro sérvulis, Cum Pátre...

Ad Primam. *Ant.* Quo ábiit. 1444.




In. ℟. *br.* ℣. Qui pássus es propter nóstram salútem.

Lect. br. Deduc quasi torréntem. 1443.

AD TERTIAM.

Ant. Recédite a me. 1444. *Capitulum.* Cui comparábo te. 1445.

℟. br.



O vos ómnes, * Qui transí-tis per ví- am. ℣. Atténdi-

te et vidé-te, si est dó-lor sic-ut dó-lor mé-us. Gló-ri-a

Pátri.

℣. Defecérunt prae lácrimis óculi méi.
℟. Conturbáta sunt ómnia víscera méa.

AD MISSAM.

Intr. 1.

STá-bant * juxta crú- cem Jé- su má-ter éjus,

et só-ror mátris é-jus Ma-rí- a Clé-ophae, et Sa-ló-

me, et Ma-rí- a Magda- lé- ne. ℣. Mú-li-er, ecce

fí-li- us tú-us, *díxit* Jé-sus; * ad discípulum autem: Ecce

máter tú- a. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

Deus, in cujus passióne, secúndum Simeónis prophetíam, dulcíssimam ánimam gloriósae Vírginis et Matris Maríae dolóris gládius pertransívit: † concéde propítius, ut qui dolóres ejus venerándo recólimus, * passiónis tuae efféctum felícem consequámur. Qui vivis.

In Missis votivis dicatur sequens.

Oratio.

Intervéniat pro nobis, quaésumus Dómine Jesu Christe: nunc, et in hora mortis nostrae, apud tuam cleméntiam beáta Virgo María Mater tua; cujus sacratíssimam in hora tuae passiónis dolóris gládius pertransívit: Qui vivis.

Lectio libri Judith. *Jud. 13. c.*

Benedíxit te Dóminus in virtúte sua, quia per te ad níhilum redégit inimícos nostros. Benedícta es tu fília a Dómino Deo excélso, prae ómnibus muliéribus super terram. Benedíctus Dóminus, qui creávit caelum et terram: quia hódie nomen tuum ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum qui mémores fúerint virtútis Dómini in aetérnum, pro quibus non pepercísti ánimae tuae propter angústias et tribulatiónem géneris tui, sed subvenísti ruínae ante conspéctum Dei nostri.

Grad. 4.

DO-loró-sa * et la-crimá- bi-lis es, Vírgo

Ma-rí- a, stans jux-ta crúcem Dómi-ni

Jé- su Fí-li- i tú- i Redemptó-


ris. ℣. Vírgo Dé- i Géni-

trix, quem tó- tus non cápit ór- bis, hoc


crú- cis fert supplí-ci- um, áuctor ví- tae * fá-ctus

hó- mo.


2. ALle- lú-ia. * *ij.* ℣. Stá- bat




In Missis votivis post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*





Tempore Paschali omittitur Graduale et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Stábat sáncta María. *ut supra; deinde :*



* In Missis votivis omittenda.


débat Ná-ti poénas íncly-ti. 5. Quis est hómo qui non flé-
ret, Mátrem Chrísti si vi-dé-ret. In tánto supplí-ci-o?
6. Quis non pósset contristári, Chrísti Mátrem contemplá-ri
Do-léntem cum Fí-li-o? 7. Pro peccá-tis sú-ae géntis Ví-dit
Jé-sum in torméntis, Et flagéllis súbdi-tum. 8. Ví-dit sú- um
dúlcem ná-tum Mo-ri-éndo de-so-lá-tum, Dum emí-sit spí-
ri-tum. 9. E-ia Má-ter, fons amó-ris, Me sentí-re vim do-ló-
ris Fac, ut técum lúge-am. 10. Fac ut árde- at cor mé-um
In amándo Chrístum Dé-um, Ut sí-bi compláce-am.
11. Sáncta Má-ter, ístud ágas, Cru-ci-fí-xi fíge plágas cór-
di mé-o vá-lide. 12. Tú-i ná-ti vulnerá-ti, Tam digná-ti


pro me pá-ti, Poénas mécum dí-vide. 13. Fac me técum pi- e
flé-re, Cru-ci-fíxo condo-lé-re, Donec égo víxero. 14. Juxta
crúcem técum stáre, Et me tí-bi so-ci-áre In plán-
ctu de-sídero. 15. Vírgo vírgi-num praeclára, Mí-hi jam non
sis amá-ra : Fac me técum plánge-re. 16. Fac ut pórtem
Chrísti mórtem, Passi-ónis fac consórtem, Et plágas re-
có-le-re. 17. Fac me plágis vulnerá-ri, Fac me crúce ine-
bri- á-ri, Et cru-óre Fí-li- i. 18. Flámmis ne úrar succén-
sus, Per te Vírgo, sim de-fénsus In dí- e judí-ci- i.
19. Chríste, cum sit hinc exí-re, Da per Mátrem me vení-re
Ad pálmam victó-ri-ae. 20. Quando corpus mo-ri-é-tur, Fac




ut ánimae doné-tur Paradí-si gló-ri- a. Amen. Alle-lú-ia.


✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joan. 19.*

IN illo témpore : Stabant juxta Crucem Jesu Mater ejus, et soror matris ejus María Cléophae, et María Magdaléne. Cum vidísset ergo Jesus Matrem, et discípulum stantem, quem diligébat, dicit Matri suae : Múlier, ecce fílius tuus. Deínde dicit discípulo : Ecce Mater tua. Et ex illa hora accépit eam discípulus in sua. Credo.


Offert. 1.




R E- cordá- re, * Vír- go Má-ter, in con-



spé-ctu Dé- i, ut loquá-ris pro nóbis bó- na, et ut



avértat indigna-ti- ónem sú-am a




nó- bis.

Secreta.


OFférimus tibi preces et hóstias, Dómine Jesu Christe, humíliter supplicántes : ut qui transfixiónem dulcíssimi spíritus beátae Maríae Matris tuae précibus recensémus; suo, suorúmque sub cruce sanctórum consórtium multiplicáto píssimo interventu, méritis mortis tuae, méritum cum beátis habeámus : Qui vivis et regnas.

Praefatio de B. M. V. Et te in transfixióne. 8.


Comm. 1.



F E-lí-ces sén- sus * be-á- tae Ma-rí-ae Vír-



gi-nis, qui sine mórte me-ru- é- runt martý-ri- i



pálmam sub crú-ce Dómi- ni.

Postcommunio.

SAcrifícia, quae súmpsimus, Dómine Jesu Christe, transfixiónem Matris tuae et Vírginis devóte celebrántes : nobis ímpetrent apud cleméntiam tuam omnis boni salutáris efféctum : Qui vivis et regnas.


AD SEXTAM.

Ant. Non est éi. 1444.


Capitulum. *Thren. 1.*

PLorans plorávit in nocte, † et lácrimae ejus in maxíllis ejus : * non est qui consolétur eam ex ómnibus caris ejus.

℞. br.



D Efe-cé-runt * Prae lácrimis óculi mé- i. ℣. Contur-



báta sunt ómni- a víscera mé- a. Gló-ri- a Pátri.

℣. Fascículus mýrrhae diléctus méus míhi.
℟. Inter úbera méa commorábitur.


AD NONAM.

Ant. Fulcíte me flóribus. 1444.


Capitulum. *Thren. 2. f.*

DEduc quasi torréntem lácrimas per diem et noctem : † non des réquiem tibi, * neque táceat pupílla óculi tui.

℞. br.



F Ascí-cu-lus mýrrhae * Di-léctus mé- us mí-hi.



℣. Inter úbera mé-a commorábi-tur. Gló-ri- a Pátri.

℣. Anima méa liquefácta est.
℟. Ut diléctus locútus est.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 6. F. 137. — 2. Laudáte púeri. 1. g. 153. — 3. Laetátus sum. 4. A*. 176. — 4. Nisi Dóminus. 2. D. 181. — 5. Lauda Jerúsalem. 1. f. 207.

1. Ant. 6. F

QUO áb-i- it * di-léctus tú-us, o pulchérrima mu-lí- erum? quo declinávit di-léctus tú-us? et quaerémus é- um té-cum. E u o u a e.

2. Ant. 1. g

RE-cé-di-te a me, * amáre flé-bo : no-lí-te incúmbe-re ut conso-lémi-ni me. E u o u a e.

3. Ant. 4. A*

NON est é-i * spé-ci- es neque décor : et vídimus é- um, et non é-rat aspéctus. E u o u a e.

4. Ant. 2. D

A plánta pédis * usque ad vérti-cem cápi-tis, non est in é-o sáni-tas. E u o u a e.

5. Ant. 1. f

FUlcí-te me fló-ribus, * stipá-te me má-lis, qui- a amó-re lángue-o. E u o u a e.

Capitulum. *Thren. 2. d.*

CUI comparábo te? vel cui assimilábo te fília Jerúsalem? cui exaequábo te, et consolábor te, virgo fília Sion? magna est velut mare contrítio tua.


Hymn. 4.

JAM tóto súbi-tus vésper é-at pó-lo, Et sol attó-ni-tum praecí-pi-tet dí-em, Dum saévae réco-lo lu-dí-bri-um né-cis Di-vinámque ca-tástrophen.

2. Spectátrix áderas supplí-ci-o Pá-rens, Má-lis úda, gérens cor ada-mántinum : Ná-tus fu-nére-a péndu-lus in crú-ce Altos dum gémi-tus dábat.

3. Péndens ante óculos Nátus, atró-ci-bus Séctus verbé-ribus, Nátus hi-ántibus Fóssus vul-né-ribus, quot penetránti-bus Te confí-xit a-cú-le-is!

4. Heu! spúta, á-lapae, vérbera, vúlne-ra, Clávi, fel, álo-e,



Cant. Magníficat. 2. D. 213, *vel* 219.
Oratio. Deus, in cujus passióne. 1436.

16. ## SS. Cornelii et Cypriani Pontificum et Mart. *Semid.*

Oratio.

Beatórum Mártyrum paritérque Pontíficum Cornélii et Cypriáni nos, quaésumus Dómine, festa tueántur : * et eórum commméndet orátio veneránda. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Intret. 994.

Eadem die. SS. Euphemiae, Luciae et Geminiani Martyrum.

Oratio.

Praesta Dómine précibus nostris cum exsultatióne provéntum : * ut sanctórum Mártyrum Euphémiae, Lúciae et Geminiáni, quorum diem passiónis ánnua devotióne recólimus, étiam fídei constántiam subsequámur. Per Dóminum.

Secreta.

Vota pópuli tui, quaésumus Dómine, propítius inténde : et, quorum nos tríbuis solémnia celebráre, fac gaudére suffrágiis.

Postcommunio.

Exáudi, Dómine, preces nostras : et sanctórum Mártyrum tuórum Euphémiae, Lúciae et Geminiáni, quorum festa solémniter celebrámus, contínuis foveámur auxíliis.

17. ## Impressionis Sacrorum Stigmatum in Corpore S. Francisci, Conf. *Duplex.*

In I. Vesperis. Ant. Similábo. 1021.

℣. Signásti Dómine sérvum túum Francíscum.
℟. Sígnis redemptiónis nóstrae.

In II. Vesperis. Ant. Hic vir despíciens. 1027. ℣. Signásti.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui frigescénte mundo, ad inflammándum corda nostra tui amóris igne, in carne beatíssimi Francísci, passiónis tuae sacra stígmata renovásti : concéde propítius; ut ejus méritis et précibus crucem júgiter ferámus, et dignos fructus poeniténtiae faciámus : Qui vivis.

Secreta.

Munera tibi, Dómine, dicáta sanctífica : et, intercedénte beáto Francísco, ab omni nos culpárum labe purífica. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.


Postcommunio.

Deus, qui mira crucis mystéria in beáto Francísco Confessóre tuo multifórmiter demonstrásti : da nobis, quaésumus; devotiónis suae semper exémpla sectári, et assídua ejúsdem crucis meditatióne muníri. Per Dóminum.


18. S. Josephi a Cupertino Confessoris. *Duplex.*

In I. Vesperis.

Ant. 1.



M Ortu-us sum, * et ví-ta mé-a est abscondi-




ta cum Chrísto in Dé- o.


℣. Amávit éum Dóminus, et ornávit éum.
℟. Stólam glóriae índuit eum.

In II. Vesperis.

Ant. 4.



E X- ístimo * ómni-a detriméntum ésse propter



eminéntem sci-énti-am Jésu Chrísti Dómi-ni mé- i.

℣. *Jústum dedúxit Dóminus per vías réctas.*
℟. *Et osténdit ílli régnum Déi.*

Oratio.

Deus, qui ad unigénitum Fílium tuum exaltátum a terra ómnia tráhere disposuísti : † pérfice propítius; ut méritis et exémplo seráphici Confessóris tui Joséphi supra terrénas omnes cupiditátes elevâti, * ad eum perveníre mereámur. Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

19. SS. Januarii Episc. et Sociorum Martyrum. *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Januárii et Sociórum ejus solemnitáte laetíficas : † concéde propítius; ut quorum gaudémus méritis, * accendámur exémplis. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sálus autem. 1000.

20. SS. Eustachii et Sociorum Martyrum. *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Eustáchii et Sociórum ejus natalítia cólere : † da nobis in aetérna beatitúdine * de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sapiéntiam. 997.

21. S. MATTHAEI APOST. ET EVANGELISTAE.

Duplex II. Classis.

In Vesperis et ad Horas, *omnia de Communi Evangelistarum,* 939
Oratio ut infra.

AD MISSAM.

Introitus. Os jústi. 1028.

Oratio.

Beáti Apostóli et Evangelístae Matthaéi, Dómine, précibus adjuvémur : † ut quod possibílitas nostra non óbtinet, * ejus nobis intercessióne donétur. Per Dóminum.

Epistola. Similitúdo. *ut in Festo S. Marci,* 1287.

Graduale. Beátus vir. 964.

Allelúia, allelúia. ℣. Te gloriósus. 1420.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.** *Matth. 9.*

In illo témpore : Vidit Jesus hóminem sedéntem in telónio, Matthaéum nómine. Et ait illi : Séquere me. Et surgens, secútus est eum. Et factum est, discumbénte eo in domo, ecce multi publicáni et peccatóres veniéntes discumbébant cum Jesu, et discípulis ejus. Et vidéntes pharisaéi, dicébant discípulis ejus : Quare cum publicánis et peccatóribus mandúcat Magíster vester? At Jesus áudiens, ait : Non est opus valéntibus médicus, sed male habéntibus. Eúntes autem díscite quid est : Misericórdiam volo, et non sacrifícium. Non enim veni vocáre justos, sed peccatóres. Credo.


Offertorium. Posuísti. 968.

Secreta.


Supplicatiónibus beáti Matthaéi Apóstoli et Evangelístae, quaésumus Dómine, Ecclésiae tuae commendétur oblátio : cujus magníficis praedicatiónibus erudítur. Per Dóminum nostrum.

Praefatio de Apostolis, 8.


Comm. 4.



M Agna est * gló- ri- a é-jus in sa-lu-tá-ri



tú- o : gló- ri-am et mágnum decó- rem im-



pónes su-per é- um, Dómi- ne.

Postcommunio.


Percéptis Dómine sacraméntis, beáto Matthaéo Apóstolo tuo et Evangelísta interveniénte, deprecámur : ut quae pro ejus celebráta sunt glória, nóbis profíciant ad medélam. Per Dóminum nostrum.

---


22. S. Thomae de Villanova Episc. et Conf. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis.

Ant. 8.



D Ispérsit, * dédit paupé-ribus : justí-ti- a é-jus



má- net in saécu-lum saécu-li.

In I. Vesperis :

℣. Amávit éum Dóminus et ornávit éum.
℟. Stólam glóriae índuit éum.

In II. Vesperis :

℣. Jústum dedúxit Dóminus per vías réctas.
℟. Et osténdit ílli régnum Déi.

Oratio.

Deus, qui beátum Thomam Pontíficem insígnis in páuperes misericórdiae virtúte decorásti : † quaésumus; ut ejus intercessióne, in omnes qui te deprecántur, * divítias misericórdiae tuae benígnus effúndas. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sacerdótes tui. *de Confess. Pont.* 1016.

Eadem die. **SS. Mauritii et Sociorum Martyrum.**

Oratio.

Annue, quaésumus omnípotens Deus, ut sanctórum Mártyrum tuórum Mauritii et Sociórum ejus nos laetíficet festíva solémnitas : * ut quorum suffrágiis nítimur, eórum natalítiis gloriémur. Per Dóminum.

Secreta.

Réspice, quaésumus Dómine, múnera, quae in sanctórum Mártyrum tuórum Mauritii et Sociórum ejus commemoratióne deférimus : et praesta; ut quorum honóre sunt grata, eórum nobis fiant intercessióne perpétua. Per Dóminum.

Postcommunio.

Caeléstibus refécti sacraméntis et gáudiis : súpplices te rogámus, Dómine; ut quorum gloriámur triúmphis, protegámur auxíliis. Per Dóminum.

23. S. Lini Papae et Martyris. *Semid.*

Oratio.

Deus, qui nos beáti Lini Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sacerdótes Déi. 963.

Eadem die. **S. Theclae Virginis et Martyris.**

Oratio.

Da, quaésumus omnípotens Deus : * ut qui beátae Theclae Vírginis et Mártyris tuae natalítia cólimus, et ánnua solemnitáte laetémur, et tantae fídei proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Loquébar. 1048.

---

24. Festum B. Mariae Virginis de Mercede. *Dupl. maj.*

Oratio.

Deus, qui per gloriosíssimam Fílii tui Matrem, ad liberándos Christi fidéles a potestáte paganórum, nova Ecclésiam tuam prole amplificáre dignátus es : † praesta, quaésumus; ut quam pie venerámur tanti óperis institutrícem, ejus páriter méritis et intercessióne, * a peccátis ómnibus et captivitáte daémonis liberémur. Per eúmdem Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Sálve sáncta Párens. 1100.

---

26. SS. Cypriani et Justinae Martyrum. *Simpl.*

Oratio.

Beatórum Mártyrum Cypriáni et Justínae nos Dómine fóveant continuáta praesídia : † quia non désinis propítius intuéri, * quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári. Per Dóminum.

Secreta.

Múnera tibi, Dómine, nostrae devotiónis offérimus : quae et pro tuórum tibi grata sint honóre justórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum.

Postcommunio.

Praesta nobis, quaésumus Dómine : intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Cypriáno et Justína; ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

---

27. SS. Cosmae et Damiani Martyrum. *Semid.*

Oratio.

Praesta, quaésumus omnípotens Deus : † ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Cosmae et Damiáni natalítia cólimus, * a cunctis malis imminéntibus eórum intercessióníbus liberémur. Per Dóminum.

Secreta.

SAnctórum tuórum nobis, Dómine, pia non desit orátio : quae et múnera nostra concíliet, et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

PRótegat, quaésumus Dómine, pópulum tuum, et participátio caeléstis indúlta convívii, et deprecátio colláta sanctórum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

28. S. Wenceslai Ducis et Martyris. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui beátum Wenceslàum per martýrii palmam a terréno principátu ad caeléstem glóriam transtulísti : † ejus précibus nos ab omni adversitáte custódi, * et ejúsdem tríbue gaudére consórtio. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa In virtúte. 966.

DIE 29. SEPTEMBRIS.

IN DEDICATIONE S. MICHAELIS ARCHANGELI.

Duplex I. Classis.


IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 4. A*. 135. — 2. Confitébor. 7. a. 144. — 3. Beátus vir. 8. G. 152. — 4. Laudáte púeri. T. péreg. 157. — 5. Laudáte Dóminum. 7. c. 173.

Antiphonae, Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 1458.

℣. Stétit Angelus juxta áram témpli.
℟. Hábens thuríbulum áureum in mánu súa.

Ad Magnif. Ant. 8. G




Cant. Magníficat. 8. G. 211, *vel* 217. — *Oratio.* Deus, qui miro órdine. 1454.

Ad Primam. *Ant.* Stétit Angelus. 1458. *Lect. br.* Factum est. 1458.

AD TERTIAM.

Ant. Dum praeliarétur. 1458. *Capitulum.* Significávit. *e Vesperis,* 1459.


℟. br.



℣. Ascéndit fúmus arómatum in conspéctu Dómini.
℟. De mánu Angeli.

AD MISSAM.

Intr. 3.




Oratio.


Deus, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas : † concéde propítius; ut a quibus tibi ministrántibus in caelo semper assístitur, * ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dóminum.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli. *Apoc. 1.*


In diébus illis : Significávit Deus quae opórtet fíeri cito, mittens per Angelum suum servo suo Joánni, qui testimónium perhíbuit verbo Dei, et testimónium Jesu Christi, quaecúmque vidit. Beátus qui legit et audit verba prophetíae hujus : et servat ea quae in ea scripta sunt : tempus enim prope est. Joánnes septem ecclésiis quae sunt in Asia. Grátia nobis, et pax ab eo qui est, et qui erat, et qui ventúrus est : et a septem spirítibus, qui in conspéctu throni ejus sunt : et a Jesu Christo, qui est testis fidélis, primogénitus mortuórum, et princeps regum terrae, qui diléxit nos et lavit nos a peccátis nostris in sánguine suo.


Grad. 3.






Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Sáncte Míchael. *ut supra; deinde :*










✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 18.*


IN illo témpore : Accessérunt discípuli ad Jesum, dicéntes : Quis putas major est in regno caelórum? Et ádvocans Jesus párvulum, státuit eum in médio eórum, et dixit : Amen dico vobis, nisi convérsi fuéritis, et efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum caelórum. Quicúmque ergo humiliáverit se sicut párvulus iste, hic est major in regno caelórum. Et qui suscéperit unum párvulum talem in nómine meo, me súscipit. Qui autem scandalizáverit unum de pusíllis istis, qui in me credunt, éxpedit ei ut suspendátur mola asinária in collo ejus, et demergátur in profúndum maris. Vae mundo a scándalis. Necésse est enim ut véniant scándala : verúmtamen vae hómini illi, per quem scándalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalízat te, ábscide eum, et prójice abs te : bonum tibi est ad vitam íngredi débilem vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habéntem mitti in ignem aetérnum. Et si óculus tuus scandalízat te, érue eum, et prójice abs te : bonum tibi est cum uno óculo in vitam intráre, quam duos óculos habéntem, mitti in gehénnam ignis. Vidéte ne contemnátis unum ex his pusíllis : dico enim vobis, quia Angeli eórum in caelis semper vident fáciem Patris mei qui in caelis est. Credo.


Offert. 1.

















Secreta.

HOstias tibi Dómine laudis offérimus, supplíciter deprecántes : ut eásdem, angélico pro nobis interveniénte suffrágio, et placátus accípias, et ad salútem nostram proveníre concédas. Per Dóminum.

Comm. 3.







Postcommunio.

BEáti Archángeli tui Michaélis intercessióne suffúlti : súpplices te Dómine deprecámur : ut quod ore proséquimur, contingámus et mente. Per Dóminum nostrum.


AD SEXTAM.

Ant. Archángele Michael. 1459.

Capitulum. *Apoc. 5. c.*

AUdívi vocem Angelórum multórum in circúitu throni, et animálium, et seniórum : † et erat númerus eórum míllia míllium, * voce magna dicéntium : Salus Deo nostro.

℟. br.



mi-ni. ℣. De mánu Ange-li. Gló-ri- a Pátri.

℣. In conspéctu Angelórum psállam tíbi Déus méus.
℟. Adorábo ad témplum sánctum túum, et confitébor nómini túo.

AD NONAM.

Ant. Angeli, Archángeli. 1459.

Capitulum. *Apoc. 12. b.*

FActum est praélium magnum in caelo : † Míchael et Angeli ejus praeliabántur cum dracóne, et draco pugnábat, et ángeli ejus : * et non praevaluérunt, neque locus invéntus est eórum ámplius in caelo.

℟. br. IN conspéctu Ange-ló-rum * Psállam tí-bi Dé- us mé- us. ℣. Ado-rábo ad témplum sánctum tú-um, et confi-tébor nómi-ni tú- o. Gló-ri- a Pátri.

℣. Adoráte Déum. ℟. Omnes Angeli éjus.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 4. A*. 135. — 2. Confitébor. 7. a. 144. — 3. Beátus vir. 8. G. 152. — 4. Laudáte púeri. T. péreg. 157. — 5. Confitébor tibi... quóniam. 7. c. 188.

1. Ant. 4. A* STé-tit Ange-lus * juxta áram templi, hábens thu-ríbu-lum áure-um in mánu sú- a. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

2. Ant. 7. a DUM praeli- a-ré- tur * Mícha- el Archánge-lus cum dracó-ne, audí- ta est vox di-cénti- um : Sá-lus Dé- o nóstro, alle-lú- ia. E u o u a e.

3. Ant. 8. G ARchánge-le Mícha-el, * constí-tu- i te príncipem super ómnes ánimas susci-pi- éndas. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

4. Ant. T. pereg. ANge-li Dómi-ni, * Dóminum be-nedí-ci-te in aetérnum. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

5. Ant. 7. c ANge-li, Archánge-li, * Thróni et Domina-ti- ó-nes, Principá- tus et Pot-está- tes, Virtú- tes caeló- rum, laudáte Dóminum de caé-lis, alle-lú- ia. E u o u a e.

Capitulum. *Apoc. 1.*

SIgnificávit Deus quae opórtet fieri cito, † loquens per Angelum suum servo suo Joánni, qui testimónium perhíbuit verbo Dei, * et testimónium Jesu Christi, quaecúmque vidit.

Hymn. 2.

TE spléndor et vír- tus Pátris, Te ví-ta Jé-su cór-di-um, Ab óre qui péndent tú- o, Laudámus inter Ange-los. 2. Tí-bi mílle dénsa mílli- um Dúcum coróna mí-li-tat : Sed éxpli-cat ví- ctor crú-cem Mícha-el sa-lú-tis sígni-fer. 3. Dra- cónis hic dí- rum cáput In íma pél-lit tártara, Ducémque cum re- bél-li-bus Caeléсti ab árce fúlminat. 4. Contra dúcem su- pérbi- ae Sequámur hunc nos príncipem, Ut détur ex Agni thró-no Nóbis coróna

Sequens conclusio nunquam mutatur.

gló-ri-ae. 5. Dé- o Pátri sit gló-ri- a, Qui quos redémit Fí-li-us, Et Sánctus únxit Spí-ri-tus, Per Ange-los cu-stódi- at. Amen.

℣. In conspéctu Angelórum psállam tíbi Déus méus.
℟. Adorábo ad témplum sánctum mtúu, et confitébor nómini túo.

Ad Magnif. Ant. 1. D 2

PRínceps glo-ri- o-síssime, * Mícha- el Archánge- le, ésto mémor nóstri : hic et u-bíque semper precá- re pro nó-bis Fí-li- um Dé- i, alle- lú- ia, alle- lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D. 2. 212, *vel* 218. — *Oratio.* Deus, qui miro. 1454.

---

30. S. Hieronymi Presbyteri, Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. Ant. O Dóctor... beáte Hierónyme. 1016.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiae tuae in exponéndis sacris Scriptúris beátum Hierónymum Confessórem tuum, Doctórem máximum providére dignátus es : † praesta, quaésumus ; ut ejus suffragántibus méritis, * quod ore simul et ópere dócuit, te adjuvánte exercére valeámus. Per Dñum.

Secreta.

DOnis caeléstibus da nobis, quaésumus Dómine, líbera tibi mente servíre : ut múnera quae deférimus, interveniénte beáto Hierónymo Confessóre tuo, et medélam nobis operéntur, et glóriam. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

REpléti alimónia caelésti, quaésumus Dómine : ut, interveniénte beáto Hierónymo Confessóre tuo, misericórdiae tuae grátiam cónsequi mereámur. Per Dóminum.

FESTA OCTOBRIS.

1. S. Remigii Episcopi et Confessoris.

Semiduplex. (Duplex majus in Gallia.)


Oratio.

DA, quaésumus omnípotens Deus : † ut beáti Remígii Confessóris tui atque Pontíficis venerándа solémnitas, * et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum nostrum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de Conf. Pont.* 1013.


2. Sanctorum Angelorum Custodum. *Dupl. maj.*

In I. Vesperis.



℣. In conspéctu Angelórum psállam tíbi Déus méus.
℟. Adorábo ad témplum sánctum túum, et confitébor nómini túo.

In II. Vesperis.



℣. In conspéctu.

Oratio.

Deus, qui ineffábili providéntia sanctos Angelos tuos ad nostram custódiam míttere dignáris : † largíre supplícibus tuis; et eórum semper protectióne deféndi, et aetérna societáte gaudére. Per Dñum.

Secreta.

Suscipe, Dómine, múnera, quae pro sanctórum Angelórum tuórum veneratióne deférimus : et concéde propítius; ut perpétuis eórum praesídiis, a praeséntibus perículis liberémur, et ad vitam perveniámus aetérnam.

Postcommunio.

Sumpsimus, Dómine, divína mystéria, sanctórum Angelórum tuórum festivitáte laetántes : quaésumus; ut eórum protectióne ab hóstium júgiter liberémur insídiis, et contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum.

3. S. Teresiae a Jesu Infante Virginis. *Duplex.*

Oratio.

Domine, qui dixísti : Nisi efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum caelórum : † da nobis, quaésumus; ita sanctae Terésiae Vírginis in humilitáte et simplicitáte cordis vestígia sectári, * ut praémia consequámur aetérna : Qui vivis.

Secreta.

Sacrifícium nostrum tibi, Dómine, quaésumus, sanctae Terésiae Vírginis tuae precátio sancta concíliet : ut in cujus honóre solémniter exhibétur, ejus méritis efficiátur accéptum. Per Dóminum.

Postcommunio.

Illo nos, Dómine, amóris igne caeléste mystérium inflámmet : quo sancta Terésia Virgo tua se tibi pro homínibus caritátis víctimam devóvit. Per Dóminum.

4. S. Francisci Confessoris. *Dupl. maj.*

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Francísci méritis foetu novae prolis amplíficas, tríbue nobis : † ex ejus imitatióne terréna despícere, * et caeléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Dóminum.

Secreta, Múnera tibi. 1447.

Postcommunio.

Ecclésiam tuam, quaésumus Dómine, grátia caeléstis amplíficet : quam beáti Francísci Confessóris tui illumináre voluísti gloriósis méritis, et exémplis. Per Dóminum.

5. SS. Placidi et Sociorum Martyrum. *Simplex.*

Oratio, Secreta et Postcommunio e Missa Sapiéntiam. 995.

6. S. Brunonis Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

Sancti Brunónis Confessóris tui, quaésumus Dómine, intercessiónibus adjuvémur : ut qui majestátem tuam gráviter delinquéndo offéndimus, * ejus méritis et précibus nostrórum delictórum véniam consequámur. Per Dóminum.


Secreta. Laudis tibi. 1031, *et Postcommunio* Quaésumus. 1034.

7. IN SOLEMNITATE SS. ROSARII B. M. V.

Duplex II. Classis.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 1470, *praeter sequentia*



nis, Plénam sa-lú-tat grá-ti-a Dé-i Pa-réntem Vírgi-nem. 2. Vírgo pro-pínquam sánguine Mátrem Jo-ánnis ví-si-tat, Qui cláusus álvo gésti-ens Adésse Chrí-stum núnti-at. 3. Vérbum, quod ante saécu-la E ménte Pá-tris pró-di-it, E Mátris álvo Vírgi-nis Mortá-lis ínfans násci-tur. 4. Témplo pu-éllus sísti-tur, Legíque pá-ret Lé-gi-fer : Hic se Redémptor páupe-re Pré-ti-o redémptus ímmo-lat. 5. Quem jam do-lébat pérdi-tum, Mox laéta Má-ter ínvenit Ignó-ta dóctis méntibus Edisse-rén-tem Fí-li-um. 6. Jé-su tí-bi sit glóri-a, Qui ná-tus es

de Vírgine, Cum Pátre et álmo Spí-ri-tu, In sempi-térna saécu-la. Amen.

℣. Regína sacratíssimi Rosárii, óra pro nóbis.
℟. Ut dígni efficiámur promissiónibus Chrísti.

Ad Magnif. Ant. 1. D

Beáta es * Vírgo Ma-rí-a, Dé-i Génitrix, quae credi-dísti Dómino : perfécta sunt in te quae dícta sunt tí-bi : intercé-de pro nó-bis ad Dóminum Dé-um nóstrum. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D. 212, *vel* 218. — *Oratio.* Deus, cujus Unigéni-tus. 1466.

Ad Completorium *et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.*

AD PRIMAM.

Ant. 7. c

Laetáre * Vírgo Máter, alle-lú-ia : surréxit Chrí-stus de sepúlcro, alle- lú- ia. E u o u a e.

In ℟. *br.* ℣. Qui nátus es de María Vírgine. 236. *Lect. br.* Quasi cedrus. 1469.

AD TERTIAM.

Ant. 4. A

A-scéndit Dé-us * in jubi-la-ti- óne, et Dóminus in vóce túbae, alle-lú- ia. E u o u a e.

Capitulum. In me grátia. *e Vesperis,* 1471.

℟. br. Sancta Dé- i Génitrix, * Semper Vírgo Ma-rí- a.

℣. Intercéde pro nóbis ad Dóminum Dé-um nóstrum.

Gló-ri- a Pátri.

℣. Post pártum Vírgo invioláta permansísti.
℟. Déi Génitrix intercéde pro nóbis.

AD MISSAM.

Introitus. Gaudeámus. 1409, (de cújus Solemnitáte).

Oratio.

Deus, cujus Unigénitus per vitam, mortem et resurrectiónem suam nobis salútis aetérnae praémia comparávit: † concéde, quaésumus; ut haec mystéria sacratíssimo beátae Maríae Vírginis Rosário recoléntes, * et imitémur quod cóntinent, et quod promíttunt assequámur. Per eúmdem Dóminum.

Lectio libri Sapientiae. *Prov. 8.*

Dominus possédit me in inítio viárum suárum, ántequam quidquam fáceret a princípio. Ab aetérno ordináta sum, et ex antíquis, ántequam terra fíeret. Nondum erant abýssi, et ego jam concépta eram. Nunc ergo fílii audíte me: Beáti qui custódiunt vias meas. Audíte disciplínam, et estóte sapiéntes, et nolíte abjícere eam. Beátus homo qui audit me, et qui vígilat ad fores meas quotídie, et obsérvat ad postes óstii mei. Qui me invénerit, invéniet vitam, et háuriet salútem a Dómino.

Graduale. Propter veritátem. 1410.

7.

Alle- lú- ia.* *ij.*

℣. Sol-é- mni-tas glo-ri- ó- sae Vírgi- nis Ma-rí- ae, ex sémine Abra- hae, órtae de trí- bu Jú- da, clá-ra ex stír- pe * Dá- vid.

Evangelium. Missus est. 1098. *Et dicitur:* Credo.

Offert. 8.

In me * grá- ti- a ómnis ví- ae et ve- ri- tá- tis, in me ó- mnis spes ví- tae et vir- tú- tis: égo qua- si ró- sa plantá- ta super rí- vos aquá-

rum fructi-fi-cá- vi.

Secreta.

FAC nos, quaésumus Dómine, his munéribus offeréndis conveniénter aptári : et per sacratíssimi Rosárii mystéria, sic vitam, passiónem et glóriam Unigéniti tui recólere ; ut ejus digni promissiónibus efficiámur : Qui tecum.

Praefatio de B. M. V. Et te in Festivitáte. 8.

Comm. 1. F Lo-ré-te fló- res * quasi lí-li- um, et dá- te odó- rem, et frondé- te in grá-ti- am : collau- dá- te cán-ti-cum, et bene-dí- ci-te Dó- minum in opé- ri-bus sú- is.

Postcommunio.

SAnctíssimae Genitrícis tuae, cujus Rosárium celebrámus, quaésumus Dómine, précibus adjuvémur : ut et mysteriórum quae cólimus virtus percipiátur, et sacramentórum quae súmpsimus obtineátur efféctus : Qui vivis et regnas.

AD SEXTAM.

Ant. 8. G S Pí-ri- tus Dómi-ni * replé-vit órbem terrárum, al- le-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 39. br.*

FLoréte flores quasi lílium, † et date odórem, et frondéte in grátiam : * collaudáte cánticum et benedícite Dóminum in opéribus suis.

℟. br. P Ost pártum Vírgo * Invi-o-lá-ta permansí-sti. ℣. Dé- i Génitrix intercéde pro nó-bis. Gló-ri- a Pátri.

℣. Speciósa fácta es et suávis.
℟. In delíciis túis, sáncta Déi Génitrix.

AD NONAM.

Ant. 8. G E X-altá-ta est * Vírgo Ma-rí- a super chó-ros An- ge-ló-rum : et in cápi-te é-jus co-ró-na stellárum du-ó- de-cim, alle-lú- ia. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

QUasi cedrus exaltáta sum in Líbano, et quasi cypréssus in monte Sion : † quasi palma exaltáta sum in Cades, * et quasi plantátio rosae in Jéricho.

℟. br. S Pe-ci-ósa fácta es * Et su-á-vis. ℣. In de-lí-ci- is tú- is, sáncta Dé- i Génitrix. Gló-ri- a Pátri.

℣. Elégit éam Déus et praeelégit éam.
℟. Et habitáre éam fécit in tabernáculo súo.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Laudáte púeri. 6. F. 156. — 3. Laetátus sum. 1. g. 174. — 4. Nisi Dóminus. 7. a. 181. — 5. Láuda Jerúsalem. 3. a. 208.

1. Ant. 8. G

QUae est ísta, * spe-ci- ó- sa sic-ut co-lúmba, qua-si ró-sa plantá- ta super rí-vos aquá-rum? E u o u a e.

2. Ant. 6. F

VIrgo pót-ens * sic-ut túrris Dávid : mílle clýpe-i péndent ex é- a, ómnis armatúra fórti-um. E u o u a e.

3. Ant. 1. g

A-ve Ma-rí- a, * grá-ti- a pléna : Dóminus técum : benedícta tu in mu-li- é-ribus. E u o u a e.

4. Ant. 7. a

BEne-dí-xit te Dóminus * in virtú-te sú-a : qui- a per te ad ní-hi-lum redé-git in-imí-cos nóstros. E u o u a e.

5. Ant. 3. a


VIdé-runt é-am * fí-li-ae Sí- on vernántem in fló-ribus rosá-rum, et be-a-tíssimam prae-di-ca-vé-runt. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 24. 39.*


IN me grátia omnis viae et veritátis, † in me omnis spes vitae et virtútis : * ego quasi rosa plantáta super rivos aquárum fructificávi.

Hymn. 2.

TE gesti- éntem gáudi- is, Te sáuci- am do-ló-ri-bus, Te júg*i* amíctam gló-ri- a, O Vírgo Má-ter, pán-gimus. 2. Ave re-dúndans gáudi- o, Dum cónci-pis, dum ví-si-tas, Et édis, óffers, ínvenis, Má-ter be- á-ta, Fí-li- um. 3. Ave dó-lens, et íntimo In córd*e* agó-nem, vér-bera, Spínas, crucémque Fí- li- i Perpéssa, prínceps Már-tyrum. 4. A*ve* in tri- úmphis Fí- li- i, In ígni-bus Pa-rá-cli-ti, In régn*i* honó-r*e* et lúmine, Re-gína fúlgens gló-



℣. Regina sacratíssimi Rosárii, óra pro nóbis.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.



Cant. Magníficat. 8. G. 211, *vel* 217.
Oratio. Deus, cujus Unigénitus. 1466.

8. S. Birgittae Viduae. *Duplex.*

Oratio.

DOmine Deus noster, qui beátae Birgíttae per Fílium tuum unigénitum secréta caeléstia revelásti : † ipsíus pia intercessióne da nobis fámulis tuis, * in revelatióne sempitérnae glóriae tuae gaudére laetántes. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Cognóvi. 1069.

9. SS. Dionysii Episc., Rustici et Eleutherii Mm. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui hodiérna die beátum Dionýsium Mártyrem tuum atque Pontíficem virtúte constántiae in passióne roborásti, quique illi, ad praedicándum géntibus glóriam tuam, Rústicum et Eleuthérium sociáre dignátus es : † tríbue nobis, quaésumus, eórum imitatióne pro amóre tuo próspera mundi despícere, * et nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum.

Secreta.

OBláta tibi, Dómine, múnera pópuli tui, pro tuórum honóre Sanctórum, súscipe propítius, quaésumus : et eórum nos intercessióne sanctífica. Per Dóminum.

Postcommunio.

SUmptis, Dómine, sacraméntis, quaésumus : ut intercedéntibus beátis Martýribus tuis Dionýsio, Rústico et Eleuthério, ad redemptiónis aetérnae proficiámus augméntum. Per Dóminum.

10. S. Francisci Borgiae Confessoris. *Semid.*

Oratio.

DOmine Jesu Christe, verae humilitátis et exémplar et praémium : † quaésumus; ut sicut beátum Franciscum in terréni honóris contémptu imitatórem tui gloriósum effecísti, * ita nos ejúsdem imitatiónis et glóriae tríbuas esse consórtes. Qui vivis et regnas.


Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. *pro Abbatibus*, 1037.

11. MATERNITATIS B. MARIAE VIRGINIS.

Duplex II. Classis.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 1473[3], *praeter sequentia :*



Cant. Magníficat. 7. a. 216 *vel* 222. — *Oratio.* Deus, qui. 1473[1].

Ad Completorium, *Hymnus cantatur in tono Festorum B. M. V.*, 273, Jésu tíbi sit glória, qui nátus es de Vírgine. *cum doxologia :*

Ad Primam. *Ant.* Beáta es. 1473[3]. *In* ℟. *br.* ℣. Qui nátus es de María Vírgine. 234. *Lect. br.* In platéis. 1085.

Ad Tertiam. *Hymnus cantatur in tono Festorum B. M. V.* 1083. *Ant.* Genuísti. 1473[3]. *Capitulum e Vesperis*, Qui creávit me. 1473[4]. ℟. *br.* Spécie túa. 1084. ℣. Adjuvábit éam. 1084.

AD MISSAM.

Intr. 3.

E Cce Vírgo * concípi- et, et pári- et Fí- li- um, et vo-cá- bi-tur nómen é- jus Em-mánu- el. *Ps.* Cantáte Dómino cánticum nóvum, * qui- a mi-rabí- li- a fécit. Gló-ri-a Pátri. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui de beátae Maríae Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : † praesta supplícibus tuis ; ut, qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, * ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

Lectio libri Sapientiae. *Eccli. 24, 23-31.*

EGO quasi vitis fructificávi suavitátem odóris : et flores mei, fructus honóris et honestátis. Ego mater pulchrae dilectiónis, et timóris, et agnitiónis, et sanctae spei. In me grátia omnis viae et veritátis : in me omnis spes vitae et virtútis. Transíte ad me omnes qui concupíscitis me, et a generatiónibus meis implémini. Spíritus enim meus super mel dulcis, et heréditas mea super mel et favum. Memória mea in generatiónes saeculórum. Qui edunt me, adhuc esúrient : et qui bibunt me, adhuc sítient. Qui audit me, non confundétur : et qui operántur in me, non peccábunt. Qui elúcidant me, vitam aetérnam habébunt.

Grad. 7.

E-gre-di- é-tur * vírga de radí- ce Jés- se, et flos de radíce é- jus a- scéndet. ℣. Et requi- é- scet su- per é- um Spí- ri- tus * Dó- mi- ni.

1.

A Lle-lú- ia. * *ij.* ℣. Vír- go Dé- i Gé- nitrix, quem tó- tus non cá- pit ór- bis, in tú- a se cláu- sit ví- scera * fáctus hó-mo.

Evangelium. Cum redírent. *(linea 5ª), p. 428v4.*

Offert. 3.

C UM ésset * despon-sá- ta má-ter é- jus Ma-rí- a Jó- seph, invénta est in ú- te-ro há- bens de Spí- ri-tu Sán- cto.

Secreta.

TUA, Dómine, propitiatióne, et beátae Maríae semper Vírginis Unigéniti tui Matris intercessióne, ad perpétuam atque præséntem haec oblátio nobis profíciat prosperitátem, et pacem. Per eúmdem Dóminum.

Praefatio de B. M. V. Et te in Festivitáte.

Communio. Beáta víscera. 1096.

Postcommunio. Haec nos communio. 406.


Ad Sextam. *Ant.* Cum éssem párvula. *ut infra. Capitulum.* Et sic in Sion. 1085. ℟. *br.* Adjuvábit éam. ℣. Elégit éam. 1085.

Ad Nonam. *Ant.* Vidérunt éam. 1473⁴. *Capitulum.* In platéis. 1085. ℟. *br.* Elégit éam. 1085. ℣. Diffúsa est.


IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 8. c. 138. — 2. Laudáte púeri. 6. F. 156. — 3. Laetatus sum. 1. f. 174. — 4. Nisi Dóminus. 7. c2. 181. — 5. Láuda Jerúsalem. 7. a. 211.

1. Ant. 8. c




B E-á-ta es * Vírgo Ma-rí-a, quae ómni-um portá-




sti Cre-ató-rem. E u o u a e.

2. Ant. 6. F




G Enu- ísti * qui te




fé- cit, et in aetérnum pérmanes Vírgo. E u o u a e.

3. Ant. 1. f



C UM éssem párvu-la, * plácu-i Altíssimo et de




mé- is viscé-ribus génu-i Dé-um et hóminem. E u o u a e.

4. Ant. 7. c 2




B Ene-dí-cta * fí- li- a tu a Dómino : qui-a per




te frúctum ví-tae communicávimus. E u o u a e.

5. Ant. 7. a



V Idérunt é-am * fí-li-ae Sí- on, et be-á-tam di-



xé- runt, et regínae lauda-vérunt é- am. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 24, 12-13.*


QUI creávit me, requiévit in tabernáculo meo, † et dixit mihi : In Jacob inhábita, * et in eléctis meis mitte radíces.

Hymnus. Ave máris stélla. 1087.


℣. Benedícta tu in mulíeribus.

℟. Et benedíctus frúctus véntris túi.


Ad Magnif. Ant. 4. E



M Atérni-tas tú- a, * Dé- i Génitrix Vírgo,



gáudi- um annunti- ávit uni-vérso múndo : ex te enim ór-



tus est sol justí-ti-ae, Chrístus Dé-us nóster. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 4. E. 215, *vel* 221. — *Oratio.* Deus, qui de. 1473¹.

13. S. Eduardi Regis et Confessoris. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui beátum regem Eduárdum Confessórem tuum aeternitátis glória coronásti : † fac nos, quaésumus, ita eum venerári in terris, * ut cum eo regnáre possímus in caelis. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

14. S. Callisti I. Papae et Martyris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui nos cónspicis ex nostra infirmitáte defícere : * ad amórem tuum nos misericórditer per Sanctórum tuórum exémpla restáura. Per Dóminum.

Secreta.

Tua, Dómine, propitiatióne, et beátae Maríae semper Vírginis Unigéniti tui Matris intercessióne, ad perpétuam atque præséntem haec oblátio nobis profíciat prosperitátem, et pacem. Per eúmdem Dóminum.

Praefatio de B. M. V. Et te in Festivitáte.

Communio. Beáta víscera. 1096.

Postcommunio. Haec nos communio. 406.

Ad Sextam. *Ant.* Cum éssem párvula. *ut infra. Capitulum.* Et sic in Síon. 1085. ℟. *br.* Adjuvábit éam. ℣. Elégit éam. 1085.

Ad Nonam. *Ant.* Vidérunt éam. 1473[4]. *Capitulum.* In platéis. 1085. ℟. *br.* Elégit éam. 1085. ℣. Diffúsa est.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 8. c. 138. — 2. Laudáte púeri. 6. F. 156. — 3. Laetatus sum. 1. f. 174. — 4. Nisi Dóminus. 7. c2. 181. — 5. Lauda Jerúsalem. 7. a. 211.

1. Ant. 8. c

B E-á-ta es * Vírgo Ma-rí-a, quae ómni-um portá-sti Cre-ató-rem. E u o u a e.

2. Ant. 6. F

G Enu- ísti * qui te fé- cit, et in aetérnum pérmanes Vírgo. E u o u a e.

3. Ant. 1. f

C UM éssem párvu-la, * plácu-i Altíssimo et de mé- is viscé-ribus génu-i Dé-um et hóminem. E u o u a e.

4. Ant. 7. c 2

B Ene-dí-cta * fí- li- a tu a Dómino : qui-a per te frúctum ví-tae communicávimus. E u o u a e.

5. Ant. 7. a

V Idérunt é-am * fí-li-ae Sí-on, et be-á-tam di-xé-runt, et regínae lauda-vérunt é- am. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 24, 12-13.*

Qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo, † et dixit mihi : In Jacob inhábita, * et in eléctis meis mitte radíces.

Hymnus. Ave máris stélla. 1087.

℣. Benedícta tu in muliéribus.

℟. Et benedíctus frúctus véntris túi.

Ad Magnif. Ant. 4. E

M Atérni-tas tú- a, * Dé- i Génitrix Vírgo, gáudi- um annunti- ávit uni-vérso múndo : ex te enim ór-tus est sol justí-ti-ae, Chrístus Dé- us nóster. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 4. E. 215, *vel* 221. — *Oratio.* Deus, qui de. 1473[1].

13. S. Eduardi Regis et Confessoris. *Semid.*

Oratio.

Deus, qui beátum regem Eduárdum Confessórem tuum aeternitátis glória coronásti : † fac nos, quaésumus, ita eum venerári in terris, * ut cum eo regnáre possímus in caelis. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

14. S. Callisti I. Papae et Martyris. *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui nos cónspicis ex nostra infirmitáte defícere : * ad amórem tuum nos misericórditer per Sanctórum tuórum exémpla restáura. Per Dóminum.

Secreta.

MYstica nobis, Dómine, prosit oblátio : quae nos et a reátibus nostris expédiat, et perpétua salvatióne confírmet. Per Dóminum.

Postcommunio.

QUaésumus, omnípotens Deus : ut reátus nostros múnera sacráta puríficent, et recte vivéndi nobis operéntur effectum. Per Dóminum.

15. ## S. Teresiae Virginis. *Duplex.*

Oratio.

EXáudi nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae Terésiae Vírginis tuae festivitáte gaudémus ; ita caeléstis ejus doctrínae pábulo nutriámur, * et piae devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum

Secreta et Postcommunio e Missa Dilexísti. 1056.

16. ## S. Hedwigis Viduae. *Semid.*

Oratio.

DEus, qui beátam Hedwígem a saéculi pompa ad húmilem tuae crucis sequélam toto corde transíre docuísti : † concéde ; ut ejus méritis et exémplo discámus peritúras mundi calcáre delícias, * et in ampléxu tuae crucis ómnia nobis adversántia superáre. Qui vivis.

Secreta et Postcommunio e Missa Cognóvi. 1069.

17. ## S. Margaritae Mariae Alacoque Virginis. *Duplex.*

Oratio.

DOmine Jesu Christe, qui investigábiles divítias Cordis tui beátae Margarítae Maríae Vírgini mirabíliter revelásti : † da nobis ejus méritis et imitatióne ; * ut te in ómnibus, et super ómnia diligéntes, jugem in eódem Corde tuo mansiónem habére mereámur : Qui vivis.

Secreta.

ACcépta tibi sint, Dómine, plebis tuae múnera : et concéde ; ut ignis ille divínus nos inflámmet, quo, de Corde Fílii tui emísso, beáta Margaríta María veheménter aestuávit. Per eúmdem Dóminum.

Postcommunio.

COrporis et sánguinis tui, Dómine Jesu, sumptis mystériis : concéde nobis, quaésumus, beáta Margaríta María Vírgine intercedénte ; ut, supérbis saéculi vanitátibus exútis, mansuetúdinem Cordis tui indúere mereámur : Qui vivis.

18. ## SANCTI LUCAE EVANGELISTAE.

Duplex II. Classis.

In Vesperis et ad Horas, *omnia de Communi Evangelistarum,* 939. *Oratio.* Intervéniat. *ut infra.*

AD MISSAM.

Introitus. Mihi autem. 1206.


Oratio.


INtervéniat pro nobis, quaésumus Dómine, sanctus tuus Lucas Evangelísta : † qui crucis mortificatiónem júgiter in suo córpore * pro tui nóminis honóre portávit. Per Dóminum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *2. Cor. 8.*

FRatres : Grátias ago Deo, qui dedit eámdem sollicitúdinem pro vobis in corde Titi ; quóniam exhortatiónem quidem suscépit : sed cum sollicítior esset, sua voluntáte proféctus est ad vos. Mísimus étiam cum illo fratrem, cujus laus est in Evangélio per omnes ecclésias : non solum autem, sed et ordinátus est ab ecclésiis comes peregrinatiónis nostrae, in hanc grátiam quae ministrátur a nobis ad Dómini glóriam, et destinátam voluntátem nostram : devitántes hoc, ne quis nos vitúperet in hac plenitúdine, quae ministrátur a nobis. Providémus enim bona non solum coram Deo, sed étiam coram homínibus. Mísimus autem cum illis et fratrem nostrum, quem probávimus in multis saepe sollícitum esse : nunc autem multo sollicitiórem, confidéntia multa in vos, sive pro Tito qui est sócius meus, et in vos adjútor ; sive fratres nostri, Apóstoli ecclesiárum, glória Christi. Ostensiónem ergo, quae est caritátis vestrae et nostrae glóriae pro vobis, in illos osténdite in fáciem ecclesiárum.

Grad. 2.





Allelúia, allelúia. ℣. Ego vos elégi. 1383.
Evangelium. Designávit Dóminus. 1287. *Dicitur* Credo.
Offertorium. Míhi autem. 1207.

Secreta.

Donis caeléstibus da nobis, quaésumus Dómine, líbera tibi mente servíre : ut múnera quae deférimus, interveniénte beáto Evangelísta tuo Luca, et medélam nobis operéntur, et glóriam. Per Dóminum.

Praefatio de Apostolis, 8.
Communio. Vos qui secúti. 1269.

Postcommunio.

Praesta, quaésumus omnípotens Deus : ut, quod de sancto altári tuo accépimus, précibus beáti Evangelístae tui Lucae, sanctíficet ánimas nostras, per quod tuti esse possímus. Per Dóminum nostrum.

19. S. Petri de Alcantara Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Confessórem tuum admirábilis paeniténtiae et altíssimae contemplatiónis múnere illustráre dignátus es : † da nobis, quaésumus; ut ejus suffragántibus méritis, * carne mortificáti, facílius caeléstia capiámus. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Jústus. 1034.

20. S. Joannis Cantii Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

Da, quaésumus omnípotens Deus : † ut sancti Joánnis Confessóris exémplo in sciéntia Sanctórum proficiéntes, atque áliis misericórdiam exhibéntes, * ejus méritis indulgéntiam apud te consequámur. Per Dóminum.

Secreta.

Has, quaésumus Dómine, hóstias sancti Joánnis Confessóris tui méritis benígnus assúme : et praesta; ut te super ómnia, et omnes propter te diligéntes, corde tibi et ópere placeámus. Per Dóminum.

Postcommunio.

Pretiósi córporis et sánguinis tui, Dómine, pasti delíciis, tuam súpplices deprecámur cleméntiam : ut sancti Joánnis Confessóris tui méritis et exémplis, ejúsdem caritátis imitatóres effécti, consórtes simus et glóriae : Qui vivis et regnas cum Deo Patre.


21. S. Hilarionis Abbatis. *Simplex.*
Oratio e Missa Os jústi. *de Comm. Abbatum,* 1037.

Eadem die. SS. Ursulae et Sociarum Virginum et Mm.
Orationes pro pluribus Virginibus Martyribus, 1053.

24. S. Raphaelis, Archangeli. *Dupl. maj.*

In I. Vesperis.


Ant. 5.



℣. Stétit Angelus juxta áram témpli.
℟. Hábens thuríbulum áureum in mánu súa.

In II. Vesperis.

Ant. 1.



℣. Stétit Angelus.

Oratio.

Deus, qui beátum Raphaélem Archángelum Tobíae fámulo tuo cómitem dedísti in via : † concéde nobis fámulis tuis; ut ejúsdem semper protegámur custódia, * et muniámur auxílio. Per Dóminum.

Secreta.

Hostias tibi, Dómine, laudis offérimus, supplíciter deprecántes : ut eásdem, angélico pro nobis interveniénte suffrágio, et placátus accípias, et ad salútem nostram proveníre concédas. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Dirígere dignáre, Dómine Deus, in adjutórium nostrum sanctum Raphaélem Archángelum : et, quem tuae majestáti semper assístere crédimus, tibi nostras exíguas preces benedicéndas assígnet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.


DOMINICA ULTIMA OCTOBRIS.

IN FESTO D. N. JESU CHRISTI REGIS.


Duplex I. Classis.

IN I. VESPERIS.

Psalmi, Antiphonae, Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 1476¹³.




℣. Dáta est mí-hi ómnis potéstas.




℟. In caélo et in térra.


Ad Magnif. Ant. 1. f



DAbit ílli * Dóminus Dé-us sé-dem Dávid,



pátris é-jus : et regná-bit in dómo Jácob in aetérnum, et




régni éjus non é-rit fí-nis, alle-lú- ia.

Cant. Magníficat. 1. f. 212 *vel* 218. — *Oratio.* Omnípotens sempitérne Deus. 1476⁸.


Et fit Commemoratio Dominicae occurrentis.

Tonus Hymni ad Completorium.


1.




TE lú-cis ante términum, Ré-rum Cre- á-tor, pósci-




mus, Ut pro tú- a cleménti- a, Sis praésul et custódi- a.




2. Procul recédant sómni- a, Et nócti-um phantásma-ta :



Hostémque nóstrum cómprime, Ne pollu-án-tur córpora.



3. Jésu, tí-bi sit gló-ri- a Qui scéptra múndi témperas, Cum




Pátre, et álmo Spí-ri-tu, In sempi-tér-na saécu-la. Amen.

Sic cantantur et terminantur Hymni ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam.


AD LAUDES.

Psalmi ut in Festis.


1. Ant. 2. D




SUsci-tá-bit * Dé-us caéli régnum quod commínu-et




et consú-met univérsa régna, et ípsum stábit in



Capitulum. Fratres : Grátias ágimus. 1476[14].





Adó-ret ór-bis súbdi-tus. 7. Jésu, tí-bi sit gló-ri- a, Qui scé-

ptra múndi tempe-ras, Cum Pátre, et álmo Spí-ri-tu In

sempi-tér-na saécu-la. Amen.

℣. Multiplicábitur éjus impérium.
℟. Et pácis non érit fínis.

Ad Bened. Ant. 5. a

FEcit nos Dé- o * et Pátri sú-o régnum, primo-

géni-tus mortu-ó-rum, et Prínceps régum térrae, alle-lú-ia.

Oratio. Omnípotens sempitérne. 1476[8].

Commemoratio Dominicae.

Ad Primam. *Ant.* Suscitábit. 1476[3]. *Ps. ut in Festis. In* ℟. *br.* ℣. :

℣. Qui primá-tum in ómnibus ténes.

Ad Absolutionem Capituli, Lect. br. In ipso complácuit. 1476[13].

AD TERTIAM.

Hymn. 1.

NUnc Sáncte nóbis Spí- ri-tus, Unum Pátri cum Fí-

li-o, Digná-re prómptus ínge- ri Nóstro re-fú-sus pectó-ri.

Os, língua, mens, sénsus, vígor,
Confessiónem pérsonent :
Flamméscat ígne cáritas,
Accéndat árdor próximos.

Jésu, tíbi sit glória,
Qui scéptra múndi témperas,
Cum Pátre, et álmo Spíritu
In sempitérna saécula. Amen.

Ant. Dédit éi Dóminus. 1476[4].

Capitulum. Fratres : Grátias ágimus. *e Vesperis*, 1476[14].

℟. br.

DAta est mí-hi * Omnis potéstas. Dáta est mí-hi.

℣. In caélo et in térra. * Omnis po-téstas. ℣. Gló-ri- a

Pátri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sáncto. Dá-ta est.

℣. Afférte Dómino, famíliae populórum.
℟. Afférte Dómino glóriam et impérium.

AD MISSAM.

Intr. 3.


DIgnus est Agnus, * qui occí-sus est, accípe-re

virtú- tem, et di-vi- ni-tá- tem, et sapi-én- ti- am, et

forti-tú- dinem, et ho- nó- rem. Ipsi gló- ri- a

et impé- ri- um in saé-cu-la saecu-ló- rum. *Ps.* Dé-us,

judí-ci-um tú-um Régi da : * et justí-ti-am tú-am Fí-



Oratio.


Omnípotens sempitérne Deus, qui in dilécto Fílio tuo, universórum Rege, ómnia instauráre voluísti : † concéde propítius ; ut cunctae famíliae Géntium, peccáti vúlnere disgregátae, * ejus suavíssimo subdántur império : Qui tecum.

Et fit Commemoratio Dominicae occurrentis.


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Colossenses. *Col. 1, 12-20.*

Fratres : Grátias ágimus Deo Patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmine, qui erípuit nos de potestáte tenebrárum, et tránstulit in regnum Fílii dilectiónis suae, in quo habémus redemptiónem per sánguinem ejus, remissiónem peccatórum. Qui est imágo Dei invisíbilis, primogénitus omnis creatúrae ; quóniam in ipso cóndita sunt univérsa in caelis et in terra, visibília et invisibília, sive throni, sive dominatiónes, sive principátus, sive potestátes : ómnia per ipsum, et in ipso creáta sunt, et ipse est ante omnes, et ómnia in ipso constant. Et ipse est caput córporis Ecclésiae, qui est princípium, primogénitus ex mórtuis, ut sit in ómnibus ipse primátum tenens ; quia in ipso complácuit omnem plenitúdinem inhabitáre, et per eum reconciliáre ómnia in ipsum, pacíficans per sánguinem crucis ejus, sive quae in terris, sive quae in caelis sunt, in Christo Jesu Dómino nostro.





In Missis votivis post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*



pónam íl- lum : excél- sum prae régi-

bus tér-rae. ℣. Et pó- nam in

saécu- lum saécu- li sémen é- jus : et

thrónum é- jus sic- ut dí- es * caé-

li.

Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Potéstas éjus. 1476⁹; *deinde :*

1.

A L-le- lú- ia. *

℣. Há- bet in vestimén-

to et in fémo-re sú- o scrí- ptum : Rex

ré- gum, et Dó-

mi- nus * domi- nán- ti- um.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.

Joann. 18, 33-37.

In illo témpore : Dixit Pilátus ad Jesum : Tu es Rex Judaeórum? Respóndit Jesus : A temetípso hoc dicis, an álii dixérunt tibi de me? Respóndit Pilátus : Numquid ego Judaéus sum? Gens tua et pontífices tradidérunt te mihi; quid fecísti? Respóndit Jesus : Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, minístri mei útique decertárent, ut non tráderer Judaéis : nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilátus : Ergo Rex es tu? Respóndit Jesus : Tu dicis quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimónium perhíbeam veritáti; omnis qui est ex veritáte, audit vocem meam. Credo.

Offert. 4.

P Ostu- la * a me, et dá-bo tíbi Gén-

tes he-redi-tá- tem tú- am, et posses- si-

ó- nem tú- am térmi- nos tér- rae.

Secreta.

Hostiam tibi, Dómine, humánae reconciliatiónis offérimus : praesta, quaésumus; ut Quem sacrifíciis praeséntibus immolámus, Ipse cunctis Géntibus unitátis et pacis dona concédat, Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster : Qui tecum.


Commemoratio Dominicae.

Praefatio.

Per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habémus ad Dóminum. ℣. Grátias agámus Dómino Deo nostro. ℟. Dignum et justum est. Vere dignum et justum est, aequum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne

Deus : Qui unigénitum Fílium tuum Dóminum nostrum Jesum Christum, Sacerdótem aetérnum et universórum Regem, óleo exsultatiónis unxísti : ut seípsum in ara crucis, hóstiam immaculátam et pacíficam ófferens, redemptiónis humánae sacraménta perágeret : et suo subjéctis império ómnibus creatúris, aetérnum et universále regnum, imménsae tuae tráderet Majestáti : regnum veritátis et vitae ; regnum sanctitátis et grátiae ; regnum justítiae, amóris et pacis. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis, et Dominatiónibus, cumque omni milítia caeléstis exércitus, hymnum glóriae tuae cánimus, sine fine dicéntes.

Comm. 6.



Postcommunio.

Immortalitátis alimóniam consecúti, quaésumus, Dómine : † ut qui sub Christi Regis vexíllis militáre gloriámur, * cum Ipso, in caeléstí sede, júgiter regnáre possímus : Qui tecum.

Et fit Commemoratio Dominicae occurrentis, cujus Evangelium legitur in fine.

AD SEXTAM.

Ant. Exíbunt áquae vívae. 1476[4].

Capitulum. *Coloss. 1, 16-17.*

Omnia per ipsum et in ipso creáta sunt, et ipse est ante omnes, et ómnia in ipso constant. † Et ipse est caput córporis Ecclésiae, qui est princípium, primogénitus ex mórtuis, * ut sit in ómnibus ipse primátum tenens. ℟. Deo grátias.

℟. br.



℣. Adorábunt éum ómnes réges térrae. ℟. Omnes Géntes sérvient éi.


AD NONAM.

Ant. Gens et régnum. 1476[4].

Capitulum. *Coloss. 1, 19-20.*

In ipso complácuit omnem plenitúdinem inhabitáre, † et per eum reconciliáre ómnia in ipsum, * pacíficans per sánguinem crucis ejus, sive quae in terris, sive quae in caelis sunt, in Christo Jesu Dómino nostro. ℟. Deo grátias.

℟. br.




℣. Multiplicábitur éjus impérium.
℟. Et pácis non érit fínis.


IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 8. G. 138. — 2. Confitébor. 8. c. 145. — 3. Beátus vir. 7. a. 151. — 4. Laudáte púeri. 3. a. 154. — 5. Laudáte Dóminum. 8. G. 173.

1. Ant. 8. G



2. Ant. 8. c



3. Ant. 7. a

ECce vir Ori- ens * nómen é- jus : sedébit et domi- nábi-tur, et loquétur pácem Géntibus. E u o u a e.

4. Ant. 3. a

DOminus * júdex nóster, Dóminus légi-fer nóster; Dóminus Rex nóster, ípse salvábit nos. E u o u a e.

5. Ant. 8. G

ECce dédi te * in lúcem Génti- um, ut sis sá-lus mé- a usque ad extrémum térrae. E u o u a e.


Capitulum. *Coloss. 1, 12-13.*

FRatres : Grátias ágimus Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmine : † qui erípuit nos de potestáte tenebrárum, * et tránstulit in regnum Fílii dilectiónis suae. ℟. Deo grátias.

Hymn. 1.

TE saeculó-rum Príncipem, Te, Chríste, Ré-gem Génti- um, Te ménti- um, Te córdi- um Unum faté-mur árbitrum. 2. Sce- lésta túrba clámi-tat : Regnáre Chrístum nó-lumus : Te nos ovántes ómni- um Régem supré-mum dí-ci-mus. 3. O Chríste, Prínceps Páci-fer, Méntes rebélles súbji-ce : Tu-óque amó-re déví- os, Ovíle in ú- num cóngre-ga.

4. Ad hoc cru-énta ab árbore, Péndes apértis bráchi- is : Di-ráque fóssum cúspide Cor ígne flá-grans éxhi-bes. 5. Ad hoc in á-ris ábde-ris Víni dapísque imá-gi-ne, Fúndens salútem fí-li- is Transverbe-rá- to pécto-re. 6. Te na-ti-ónum Praésides Honó-re tóllant públi-co, Có-lant magístri, júdices, Léges et ár-tes éxprimant. 7. Submís-sa régum



Cant. Magníficat. 7. a. 216 *vel* 222.

Oratio. Omnípotens sempitérne Deus. 1476[8].

Commemoratio Dominicae.

25. SS. Chrysanthi et Dariae Martyrum. *Simplex.*

Oratio.

Beatórum Mártyrum tuórum, Dómine, Chrysánthi et Daríae, quaésumus, adsit nobis orátio : † ut quos venerámur obséquio, * eórum pium júgiter experiámur auxílium. Per Dóminum.

Secreta.

Populi tui, quaésumus Dómine, tibi grata sit hóstia, quae in natalítiis sanctórum Mártyrum tuórum Chrysánthi et Daríae solémniter immolátur. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Mysticis, Dómine, repléti sumus votis et gáudiis : praesta, quaésumus; ut, intercessiónibus sanctórum Mártyrum tuórum Chrysánthi et Daríae, quae temporáliter ágimus, spirituáliter consequámur. Per Dóminum.

26. S. Evaristi I. Papae et Martyris. *Simplex.*

Oratio.

Infirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, * beáti Evarísti Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de uno Martyre Pontifice*, 960.

28. SS. SIMONIS ET JUDAE APOSTOLORUM.

Duplex II. Classis.

In Vesperis et ad Horas, *omnia de Communi Apostolorum*, 939. *Oratio ut infra.*

AD MISSAM.

Introitus. Míhi autem. 1206.

Oratio.

Deus, qui nos per beátos Apóstolos tuos Simónem et Judam ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti : † da nobis eórum glóriam sempitérnam et proficiéndo celebráre, * et celebrándo profícere. Per Dóminum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Ephesios.


Ephes. 4. b.

Fratres : Unicuíque nostrum data est grátia secúndum mensúram donatiónis Christi. Propter quod dicit : Ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem : dedit dona homínibus. Quod autem ascén-

dit, quid est, nisi quia et descéndit primum in inferióres partes térrae? Qui descéndit, ipse est et qui ascéndit super omnes caelos, ut impléret ómnia. Et ipse dedit quosdam quidem apóstolos, quosdam autem prophétas, álios vero evangelístas, álios autem pastóres et doctóres ad consummatiónem sanctórum in opus ministérii, in aedificatiónem córporis Christi, donec occurrámus omnes in unitátem fídei, et agnitiónis Fílii Dei, in virum perféctum, in mensúram aetátis plenitúdinis Christi.

Graduale. Constítues éos. 1349.

8.



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 15. c.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Haec mando vobis, ut diligátis ínvicem. Si mundus vos odit, scitóte quia me priórem vobis ódio hábuit. Si de mundo fuissétis, mundus, quod suum erat, dilígeret : quia vero de mundo non estis, sed ego elégi vos de mundo, proptérea odit vos mundus. Mementóte sermónis mei, quem ego dixi vobis : Non est servus major dómino suo. Si me persecúti sunt, et vos persequéntur : si sermónem meum servavérunt, et vestrum servábunt. Sed haec ómnia fácient vobis propter nomen meum : quia nésciunt eum qui misit me. Si non veníssem, et locútus fuíssem eis, peccátum non habérent : nunc autem excusatiónem non habent de peccáto suo. Qui me odit, et Patrem meum odit. Si ópera non fecíssem in eis, quae nemo álius fecit, peccátum non habérent : nunc autem et vidérunt, et odérunt et me et Patrem meum. Sed ut adimpleátur sermo qui in lege eórum scriptus est : Quia ódio habuérunt me gratis. Credo.

Offertorium. In ómnem térram. 1226.

Secreta.

Glóriam Dómine sanctórum Apostolórum tuórum Simónis et Judae perpétuam venerántes : quaésumus; ut eam, sacris mystériis expiáti, dignius celebrémus. Per Dóminum.

Praefatio de Apostolis, 8.

Communio. Vos qui secúti éstis me. 1269.

Postcommunio.

Percéptis Dómine sacraméntis, supplíciter exorámus : ut, intercedéntibus beátis Apóstolis tuis Simóne et Juda, quae pro illórum veneránda gérimus passióne, nobis profíciant ad medélam. Per Dóminum nostrum.

FESTA NOVEMBRIS.


1. FESTUM OMNIUM SANCTORUM.

Duplex I. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.


Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 1. f. 133. — 2. Confitébor. 1. f. 138. — 3. Beátus vir. 8. G. 152. — 4. Laudáte púeri. 8. G. 157. — 5. Laudáte Dóminum. 8. G. 173.

Antiphonae, Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 1486.



(Sic cantatur in I. Vesperis Festi tantum ; alias in tono solito.)

Ad Magnif. Ant. 1. D



cti lé-gis Doctó-res, Apó- sto- li ómnes : Chrísti Márty-

res, sáncti Confessó- res, Vírgi-nes Dómi-ni, A- nacho-

rí-tae, Sanctíque ómnes, intercé-

di- te pro nó-bis. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. D. 212, *vel* 218. — *Oratio.* Omnípotens. 1483.

AD LAUDES.

Ant. Vídi túrbam mágnam. *cum reliquis e II. Vesperis*, 1486. *Psalmi ut in Festis*, 226. *Capitulum.* Ecce ego. 1487.

Hymn. 8.

SA- lú-tis aetérnae dá-tor, Jé-su, redémptis súbve-

ni : Vírgo pá-rens cleménti-ae, Dóna sa-lú-tem sérvu-lis.

2. Vos Ange-ló-rum míl-li- a, Patrúmque coétus, ágmi-

na Canó- ra Vá-tum : vos ré- is Pre-cá-mini indulgén-

ti- am. 3. Ba- ptísta Chrí-sti praévi- us, Summíque caé-li

Clá-vi-ger, Cum cé- te-ris Apósto-lis, Néxus re-sólvant crí-

minum. 4. Có- hors tri- úmphans Mártyrum, Almus Sa-

cerdó-tum chó-rus, Et vir- giná- lis cásti-tas Nóstros

re- á-tus áblu-ant. 5. Qui- cúmque in álta sí-derum Re-

gná- tis áula prínci-pes, Favé- te vó-tis súppli-cum, Qui dó-

na caéli flá-gi-tant. 6. Vír- tus, hónor, laus, gló-ri- a Dé- o

Pátri cum Fí- li- o, Sáncto simul Pa-rácli-to, In sae-


cu-ló-rum saécu-la. Amen.

℣. Exsultábunt Sáncti in glória. ℟. Laetabúntur in cubílibus súis.

Ad Bened. Ant. 7. a

TE glo-ri- ó- sus * Aposto-ló-rum chórus, te Pro-

phe-tá-rum laudá-bi-lis númerus : te Mártyrum candidá- tus




Oratio. Omnípotens. 1483.

Ad Primam. *Ant.* Vídi túrbam mágnam. 1486. *Lect. br.* Benedíctio. 1485.

AD TERTIAM.

Ant. Et ómnes Angeli. 1486. *Capitulum.* Ecce ego. *e Vesperis*, 1487. ℟. *br.* Laetámini in Dómino. 982. ℣. Exsúltent. 983.

AD MISSAM.





Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári : † quaésumus; ut desiderátam nobis tuae propitiatiónis abundántiam, * multiplicátis intercessóribus, largiáris. Per Dóminum.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli. *Apoc. 7.*

In diébus illis : Ecce ego Joánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, habéntem signum Dei vivi : et clamávit voce magna quátuor Angelis, quibus datum est nocére terrae et mari, dicens : Nolíte nocére terrae et mari, neque arbóribus, quoadúsque signémus servos Dei nostri in fróntibus eórum. Et audívi númerum signatórum, centum quadragínta quátuor míllia signáti, ex omni tribu filiórum Israel. Ex tribu Juda duódecim míllia signáti. Ex tribu Ruben duódecim míllia signáti. Ex tribu Gad duódecim míllia signáti. Ex tribu Aser duódecim míllia signáti. Ex tribu Néphtali duódecim míllia signáti. Ex tribu Manásse duódecim míllia signáti. Ex tribu Símeon duódecim míllia signáti. Ex tribu Levi duódecim míllia signáti. Ex tribu Issachar duódecim míllia signáti. Ex tribu Zábulon duódecim míllia signáti. Ex tribu Joseph duódecim míllia signáti. Ex tribu Bénjamin duódecim míllia signáti. Post haec vidi turbam magnam, quam dinumeráre nemo póterat ex ómnibus géntibus, et tríbubus, et pópulis et linguis : stantes ante thronum et in conspéctu Agni, amícti stolis albis, et palmae in mánibus eórum : et clamábant voce magna, dicéntes : Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, et Agno. Et omnes Angeli stabant in circúitu throni, et seniórum et quátuor animálium : et cecidérunt in conspéctu throni in fácies suas, et adoravérunt Deum, dicéntes : Amen. Benedíctio, et cláritas, et sapiéntia, et gratiárum áctio, honor, et virtus et fortitúdo Deo nostro, in saécula saeculórum. Amen.





✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 5.*


In illo témpore : Videns Jesus turbas ascéndit in montem, et cum sedísset, accessérunt ad eum discípuli ejus, et apériens os suum, docébat eos, dicens : Beáti páuperes spíritu : quóniam ipsórum est regnum caelórum. Beáti mites : quóniam ipsi possidébunt terram. Beáti qui lugent : quóniam ipsi consolabúntur. Beáti qui esúriunt et sítiunt justítiam : quóniam ipsi saturabúntur. Beáti misericórdes : quóniam ipsi misericórdiam consequéntur. Beáti mundo corde : quóniam ipsi Deum vidébunt. Beáti pacífici : quóniam fílii Dei vocabúntur. Beáti qui persecutiónem patiúntur propter justítiam : quóniam ipsórum est regnum caelórum. Beáti estis cum maledíxerint vobis, et persecúti vos fúerint, et díxerint omne malum advérsum vos, mentiéntes, propter me : gaudéte et exsultáte, quóniam merces vestra copiósa est in caelis.

Credo.

Offertorium. Justórum ánimae. 1000.

Secreta.

Munera tibi Dómine nostrae devotiónis offérimus : quae et pro cunctórum tibi grata sint honóre justórum, et nobis salutária te miseránte reddántur. Per Dóminum nostrum.



Postcommunio.

Da, quaésumus Dómine, fidélibus pópulis ómnium Sanctórum semper veneratióne laetári : et eórum perpétua supplicatióne muníri. Per Dóminum nostrum.

AD SEXTAM.

Ant. Redemísti nos. 1486.

Capitulum. *Apoc. 7. c.*

Post haec vidi turbam magnam, quam dinumeráre nemo póterat, † ex ómnibus géntibus, et tríbulus, et pópulis, et linguis, stantes ante thronum Dei, in conspéctu Agni, amícti stolis albis, * et palmae in mánibus eórum.

℟. *br.* Exsúltent jústi. 983. ℣. Jústi autem.

AD NONAM.

Ant. Hýmnus. 1487.

Capitulum. *Apoc. 7. c.*

Benedíctio, et cláritas, et sapiéntia, et gratiárum áctio, † honor, virtus, et fortitúdo Deo nostro, * in saécula saeculórum. Amen.

℟. *br.* Jústi autem. 983. ℣. Exsultábunt

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 1. f. 133. — 2. Confitébor. 1. f. 138. — 3. Beátus vir. 8. G. 152. — 4. Laudáte púeri. 8. G. 157. — 5. Crédidi. 8. G. 170.

1. Ant. 1. f

V I-di túrbam mágnam, * quam dinume-rá-re némo pót-e-rat, ex ómnibus géntibus, stántes ante thró-num. E u o u a e.

2. Ant. 1. f

E T ómnes Ange-li * stábant in cir-cú-i-tu thróni, et ce-cidé-runt in conspéctu thró-ni in fá-ci- es sú- as, et adoravé-runt Dé- um. E u o u a e.

3. Ant. 8. G

R Edemísti nos, * Dómine Dé-us, in sángui-ne tú- o, ex ómni trí-bu, et língua, et pópu-lo, et na-ti- ó-ne : et fe-císti nos Dé- o nóstro régnum. E u o u a e.

4. Ant. 8. G

B Enedí-ci-te Dó-minum, * ómnes e-lécti é-jus : ági-

te dí- es laetí-ti-ae, et confi-té-mi-ni íl-li. E u o u a e.

5. Ant. 8. G


H Ymnus * ómnibus Sánctis é-jus : fí-li- is Isra-el, pópu-lo appropinquánti sí-bi : gló-ri- a haec est ómni-bus Sánctis é- jus. E u o u a e.


Capitulum. *Apoc. 7.*

Ecce ego Joánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, habéntem signum Dei vivi : † et clamávit voce magna quátuor Angelis quibus datum est nocére terrae et mari, dicens : Nolíte nocére terrae et mari, neque arbóribus, * quoadúsque signémus servos Dei nostri in fróntibus eórum.


Hymn. 8.


P La- cá-re Chrí-ste sérvu-lis, Quíbus Pátris clemén-ti- am, Tú-*ae* ad tribúnal grá-ti-ae, Patró- na Vírgo pó-stu-lat. 2. Et vos be-á-ta per novem Distíncta gý-ros ágmi-na, Antíqua cum praeséntibus, Fu-tú-ra dámna pél-li-te. 3. A- pósto-li cum Vá-tibus, Apud sevé-rum Jú-di-





(Sic cantatur in die Festi tantum; alias in tono solito.)





Cant. Magníficat. 6. F. 216, *vel* 218.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári : † quaésumus; ut desiderátam nobis tuae propitiatiónis abundántiam, * multiplicátis intercessóribus largiáris. Per Dóminum nostrum.

Post Vesperas diei dicuntur Vesperae et Completorium Defunctorum ut inferius notatur. Si tamen hodie fuerit Sabbatum, in II. Vesperis Omnium Sanctorum fit commemoratio sequentis Dominicae, de qua die sequenti fiat Officium cum commemoratione Octavae, et dicitur Completorium pariter de Dominica.

2. In Commem. Omnium Fidelium Defunctorum.

Duplex.

AD VESPERAS.

In II Vesperis Omnium Sanctorum, nisi sit Sabbatum, et hoc in casu in II. Vesperis Dominicae vel Festi currentis, post ℣. Benedicámus Dómino., *immediate dicuntur Vesperae Defunctorum incipiendo absolute ab Antiphona* Placébo., *ut notantur ut supra,* 1144.

Antiphonae autem ad Vesperas, sicuti ad Matutinum ac Laudes, ante et post Psalmos et Canticum integrae dicuntur.

Repetita post Canticum Magníficat *Antiphona, dicitur flexis genibus :*

Páter nóster. *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a málo

℣. A pórta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum.

℣. Requiéscant in páce. ℟. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiónem méam. ℟. Et clámor méus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.


Orémus. *Oratio.*

Fidélium Deus ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : † ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, * piis supplicatiónibus consequántur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.

℣. Réquiem aetérnam dóna éis Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat éis.

Cantores :



℣. Requi- éscant in pá-ce. ℟. Amen.


Et ita absolvuntur Vesperae Defunctorum, neque aliud adjungitur.

AD COMPLETORIUM.

Non dicitur Júbe dómne, *nec Lectio brevis, neque* ℣. Adjutórium nóstrum, *neque Oratio Dominica; sed facta Confessione et Absolutione, statim sine Antiphona incipitur a Psalmis sequentibus ; et in fine cujuslibet Psalmi dicitur :* Réquiem aetérnam * dóna éis Dómine. Et lux perpétua lúceat éis.

(Psalmi autem ad Completorium, sicut ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam diei sequentis, cantantur in Tono in directum supra posito in communi Defunctorum Officio pro Ps. 145. Láuda ánima méa Dóminum. 1148, *vel ad libitum in tono sequenti.)*

Psalmus 122.



1. Ad te levávi óculos mé- os, * qui hábi-tas *in* caé- lis.

2. Ecce sicut óculi servórum * in mánibus dominórum *su*órum :

3. Sicut óculi ancíllae in mánibus dóminae súae : * ita óculi nóstri ad Dóminum Déum nóstrum, donec misereá*tur* nóstri.


4. Miserére nóstri, Dómine, miserére nóstri : * quia múltum repléti súmus despec*tió*ne.

5. Quia múltum repléta est ánima nóstra : * oppróbrium abundántibus, et despéctio *su*pérbis.


6. Réquiem aetérnam * dóna é*is* Dómine.

7. Et lux perpétua * lúce*at* éis.

Psalmus 141.



1. Vóce mé-a ad Dóminum clamá- vi : * vóce mé-a ad Dó-



minum de*pre*cátus sum.

2. Effúndo in conspéctu ejus oratiónem méam, * et tribulatiónem méam ante ípsum *pro*núntio.

3. In deficiéndo ex me spíritum méum, * et tu cognovísti sémi*tas* méas.

4. In vía hac qua ambulábam, * abscondérunt láque*um* mihi.

5. Considerábam ad déxteram et vidébam : * et non érat qui cognó*sce*ret me.

6. Périit fúga a me, * et non est qui requírat áni*mam* méam.

7. Clamávi ad te Dómine, * dixi : Tu es spes méa, pórtio méa in térra *vi*véntium.

8. Inténde ad deprecatiónem méam : * quia humiliátus *sum* nímis.


9. Líbera me a persequéntibus me : * quia confortáti *sunt* súper me.

10. Educ de custódia ánimam méam ad confiténdum nómini túo : * me exspéctant justi, donec retríbu*as* mihi.


11. Réquiem aetérnam * dóna é*is* Dómine.

12. Et lux perpétua * lúce*at* éis.


Psalmus 142.



1. Dómine exáudi ora-ti- ónem mé- am : † áuribus pér-



cipe obsecra-ti- ónem mé-am in ve-ri-tá-te tú- a : * ex-



áudi me in tú-a *ju*stí-ti- a.

2. Et non íntres in judícium cum sérvo túo : * quia non justificábitur in conspéctu túo óm*nis* vivens.

3. Quia persecútus est inimícus ánimam méam : * humiliávit in térra *ví*tam méam.

4. Collocávit me in obscúris sicut mórtuos saéculi : † et anxiátus est super me spíritus méus, * in me turbátum est *cor* méum.

5. Memor fúi diérum antiquórum, † meditátus sum in ómnibus opéribus túis : * in fáctis mánuum tuárum me*di*tábar.

6. Expándi mánus méas ad te : * ánima méa sicut térra sine *áqua* tibi.

7. Velóciter exáudi me, Dómine : * defécit spíri*tus* méus.

8. Non avértas fáciem túam a me : * et símilis éro descendéntibus *in* lácum.

9. Audítam fac míhi mane misericórdiam túam : * quia in te *spe*rávi.

10. Nótam fac míhi víam in qua ámbulem : * quia ad te levávi áni*mam* méam.

11. Eripe me de inimícis méis, Dómine, ad te confúgi : * dóce me fácere voluntátem túam, quia Déus *méus* es tu.

12. Spíritus túus bónus dedúcet me in térram réctam : * propter nómen tuum Dómine vivificábis me in aequitá*te* túa.

13. Edúces de tribulatióne ánimam méam : * et in misericórdia túa dispérdes inimí*cos* méos.


14. Et pérdes ómnes qui tríbulant ánimam méam : * quóniam égo sér*vus* túus sum.

15. Réquiem aetérnam * dóna *éis* Dómine.


16. Et lux perpétua * lúce*at* éis.

Expletis Psalmis, statim subjungitur Canticum Nunc dimíttis.


Canticum Simeonis.



1. Nunc dimíttis sérvum tú-um Dómine, * secúndum vér-



bum tú-um *in* pá- ce. 2. Qui-a vidérunt ócu-li mé- i *



sa-lu-tá*re* tú- um. 3. Quod parásti * ante fá-ci- em... *etc.*

3. Quod parásti * ante fáciem ómnium po*pu*lórum.

4. Lúmen ad revelatiónem géntium, * et glóriam plébis tú*ae* Israel.

5. Réquiem aetérnam * dóna *éis* Dómine.

6. Et lux perpétua * lúce*at* éis.

Absoluto autem Cantico, dicitur flexis genibus :
Páter nóster. *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a málo.

℣. A pórta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum.

℣. Requiéscant in páce. ℟. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiónem méam. ℟. Et clámor méus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus. *Oratio.*

Propitiáre, quaésumus Dómine, animábus ómnium famulórum famularúmque tuárum, pro quibus majestátem tuam supplíciter exorámus : † ut per haec piae deprecatiónis offícia, * perveníre mereántur ad réquiem sempitérnam. Per Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Réquiem aetérnam dóna éis Dómine. ℟. Et lux perpétua lúceat éis.

℣. Requiéscant in páce. ℟. Amen.

Et ita absolvitur Completorium, neque aliud adjungitur.

AD MATUTINUM.

Dictis secreto Pater noster, Ave María *et* Credo, *absolute incipitur ab Invitatorio* Régem cúi ómnia vívunt. *ut supra*, 1151.

Antiphonae cum Psalmis ac Versibus trium Nocturnorum ut in communi Defunctorum Officio, 1154.

¶ *Lectiones trium Nocturnorum dicuntur sine Absolutione et Benedictionibus, et Lectiones I. Nocturni insuper sine Titulo, et terminantur sine Versu :* Tu autem, *vel alia conclusione.*

IN I. NOCTURNO.

Lectio I. *Job. 7, 16-21.*

Parce mihi, Dómine; nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo, et súbito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimíttis me, ut glútiam salívam meam? Peccávi, quid fáciam tibi, o custos hóminum? quare posuísti me contrárium tibi, et factus sum mihimetípsi gravis? Cur non tollis peccátum meum, et quare non aufers iniquitátem meam? ecce nunc in púlvere dórmiam : et si mane me quaesíeris, non subsístam.

℟. Crédo. 1157.

Lectio II. *Job. 14, 1-6.*

Homo natus de muliére, brevi vivens témpore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur et contéritur, et fugit velut umbra, et numquam in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujúsmodi aperíre óculos tuos, et addúcere eum tecum in judícium? Quis potest fácere mundum de ímmundo concéptum sémine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus ménsium ejus apud te est : constituísti términos ejus, qui praeteríri non póterunt. Recéde páululum ab eo, ut quiéscat, donec optáta véniat, sicut mercenárii dies ejus.

℟. Qui Lázarum. 1158.

Lectio III. *Job. 19, 20-27.*

Pelli meae, consúmptis cárnibus, adhaésit os meum, et derelícta sunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miserémini mei, miserémini mei, saltem vos, amíci mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare persequímini me sicut Deus, et cárnibus meis saturámini? Quis mihi tribuat ut scribántur sermónes mei? quis mihi det ut exaréntur in libro stylo férreo, et plumbi lámina, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim

quod redémptor meus vivit, et in novíssimo die de terra surrectúrus sum : et rursum circúmdabor pelle mea, et in carne mea vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, et óculi mei conspectúri sunt, et non álius : repósita est haec spes mea in sinu meo.

℟. Dómine. 1159.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV. *Cap. 2 et 3.*

Ex libro sancti Augustíni Epíscopi de Cura pro mórtuis geréndа.

CUrátio fúneris, condítio sepultúrae, pompa exsequiárum, magis sunt vivórum solátia, quam subsídia mortuórum. Nec ídeo tamen contemnénda et abjiciénda sunt córpora defunctórum maximéque justórum ac fidélium, quibus tamquam órganis et vasis ad ómnia bona ópera sancte usus est spíritus. Si enim patérna vestis et ánnulus, ac si quid hujúsmodi, tanto cárius est pósteris, quanto erga paréntes major afféctus; nullo modo ipsa spernénda sunt córpora, quae útique multo familiárius atque conjúnctius quam quaélibet induménta gestámus. Haec enim non ad ornaméntum vel adjutórium, quod adhibétur extrínsecus, sed ad ipsam natúram hóminis pértinent. Unde et antiquórum justórum fúnera officiósa pietáte curáta sunt, et exséquiae celebrátae, et sepultúra provísa : ipsíque, cum víverent, de sepeliéndis vel étiam transferéndis suis corpóribus fíliis mandavérunt.

℟. Meménto méi. 1163.

Lectio V. *Cap. 4.*

REcordántis et precántis afféctus cum defúnctis a fidélibus caríssimis exhibétur, eum prodésse non dúbium est iis, qui cum in córpore víverent, tália sibi post hanc vitam prodésse meruérunt. Verum, etsi áliqua necéssitas vel humári córpora, vel in sacris locis humári nulla data facultáte permíttat, non sunt praetermitténdae supplicatiónes pro spirítibus mortuórum : quas faciéndas pro ómnibus in christiána et cathólica societáte defúnctis, étiam tácitis eórum nomínibus, sub generáli commemoratióne suscépit Ecclésia; ut quibus ad ista desunt paréntes, aut fílii, aut quicúmque cognáti vel amíci, ab una eis exhibeántur pia matre commúni. Si autem deéssent istae supplicatiónes, quae fiunt recta fide ac pietáte pro mórtuis, puto quod nihil prodésset spirítibus eórum, quámlibet in locis sanctis exánima córpora poneréntur.

℟. Hei míhi. 1163.

Lectio VI. *Cap. 18.*

QUae cum ita sint, non existimémus ad mórtuos, pro quibus curam gérimus, perveníre, nisi quod pro eis sive altáris, sive oratiónum, sive eleemosynárum sacrifíciis solémniter supplicámus : quamvis non pro quibus fiunt, ómnibus prosint; sed iis tantum pro quibus, dum vivunt, comparátur ut prosint. Sed quia non discérnimus qui sint, opórtet ea pro regenerátis ómnibus fácere, et nullus eórum praetermittátur, ad quos haec benefícia possint et débeant perveníre. Mélius enim supérerunt ista eis, quibus nec obsunt nec prosunt; quam eis déerunt, quibus prosunt. Diligéntius tamen facit haec quisque pro necessáriis suis, quo pro illo fiat simíliter a suis. Córpori autem humándo quidquid impénditur, non est praesídium salútis, sed humanitátis offícium, secúndum afféctum, quo nemo umquam carnem suam ódio habet. Unde opórtet ut quam potest pro carne próximi curam gerat, cum ille inde recésserit, qui gerébat. Et si haec fáciunt qui carnis resurrectiónem non credunt, quanto magis debent fácere qui credunt; ut córpori mórtuo, sed tamen resurrectúro et aeternitáte mansúro, impénsum ejúsmodi offícium sit étiam quodámmodo ejúsdem fídei testimónium!

℟. Ne recordéris. 1164.

IN III. NOCTURNO.

Lectio VII. *Cap. 15, 12-22.*

De Epístola prima beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

SI Christus praedicátur quod resurréxit a mórtuis, quómodo quidam dicunt in vobis quóniam resurréctio mortuórum non est? Si autem resurréctio mortuórum non est, neque Christus resurréxit. Si autem Christus non resurréxit, inánis est ergo praedicátio nostra, inánis est et fides vestra. Invenímur autem et falsi testes Dei : quóniam testimónium díximus advérsus Deum, quod suscitáverit Christum, quem non suscitávit, si mórtui non resúrgunt. Nam, si mórtui non resúrgunt, neque Christus resurréxit. Quod si Christus non resurréxit, vana est fides vestra; adhuc enim estis in peccátis vestris. Ergo et qui dormiérunt in Christo, periérunt. Si in hac vita tantum in Christo sperántes sumus, miserabilióres sumus ómnibus homínibus. Nunc autem Christus resurréxit a mórtuis, primítiae dormiéntium : quóniam quidem per hóminem mors, et per hóminem resurréctio mortuórum. Et sicut in Adam omnes moriúntur, ita et in Christo omnes vivificabúntur.

℟. Peccántem. 1169.

Lectio VIII. *Cap. 15, 35-44.*

SED dicet áliquis : Quómodo resúrgunt mórtui? qualíve córpore vénient? Insípiens, tu quod séminas non vivificátur, nisi prius moriátur. Et quod séminas, non corpus, quod futúrum est, séminas; sed nudum granum, ut puta trítici, aut alicújus ceterórum. Deus autem dat illi corpus sicut vult : et unicuíque séminum próprium corpus. Non omnis caro, éadem caro : sed ália quidem hóminum, ália vero pécorum, ália vólucrum, ália autem píscium. Et córpora caeléstia, et córpora terréstria : sed ália quidem caeléstium glória, ália autem terréstrium. Alia cláritas solis, ália cláritas lunae, et ália cláritas stellárum. Stella enim a stella differt in claritáte : sic et resurréctio mortuórum. Seminátur in corruptióne, surget in incorruptióne. Seminátur in ignobilitáte, surget in glória. Seminátur in infirmitáte, surget in virtúte. Seminátur corpus animále, surget corpus spiritále.

℟. Dómine. 1170.

Lectio IX. *Cap. 15, 51-58.*

ECce mystérium vobis dico : Omnes quidem resurgémus, sed non omnes immutábimur. In moménto, in ictu óculi, in novíssima tuba : canet enim tuba, et mórtui resúrgunt incorrúpti : et nos immutábimur. Opórtet enim corruptíbile hoc indúere incorruptiónem : et mortále hoc indúere immortalitátem. Cum autem mortále hoc indúerit immortalitátem, tunc fiet sermo, qui scriptus est : Absórpta

est mors in victória. Ubi est, mors, victória tua? ubi est, mors, stímulus tuus? Stímulus autem mortis peccátum est : virtus vero peccáti lex. Deo autem grátias, qui dedit nobis victóriam per Dóminum nostrum Jesum Christum. Itaque, fratres mei dilécti, stábiles estóte et immóbiles : abundántes in ópere Dómini semper, sciéntes quod labor vester non est inánis in Dómino.

℟. Líbera. 1171.

Ad Laudes, *Omnia dicuntur ut in communi Defunctorum Officio,* 1172, *et repetita Antiphona post* Benedíctus, *dicuntur* Páter nóster, ℣℣. *et Oratio ut supra in Vesperis.* 1490,

AD PRIMAM.

Dictis secreto Pater noster, Ave María *et* Credo, *absolute incipitur a Psalmis sequentibus.*

Psalmus 87.

Dómine Déus salútis méae : * in díe clamávi, et nócte córam te.

Intret in conspéctu túo orátio méa : * inclína aúrem túam ad précem méam :

Quia repléta est mális ánima méa : * et víta méa inférno appropinquávit.

Aestimátus sum cum descendéntibus in lácum : * fáctus sum sicut hómo sine adjutório, inter mórtuos líber.

Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, † quórum non es mémor ámplius : * et ípsi de mánu túa repúlsi sunt.

Posuérunt me in lácu inferióri : * in tenebrósis et in úmbra mórtis.

Super me confirmátus est fúror túus : * et ómnes flúctus túos induxísti super me.

Longe fecísti nótos méos á me : * posuérunt me abominatiónem síbi.

Tráditus sum, et non egrediébar : * óculi méi languérunt prae inópia.

Clamávi ad te Dómine tóta díe : * expándi ad te mánus méas.

Numquid mórtuis fácies mirabília : * aut médici suscitábunt, et confitebúntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam túam, * et veritátem túam in perditióne?

Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília túa, * et justítia túa in térra obliviónis?

Et égo ad te Dómine clamávi : * et mane orátio méa praevéniet te.

Utquid Dómine repéllis oratiónem méam : * avértis fáciem túam á me?

Pauper sum égo, et in labóribus a juventúte méa : * exaltátus autem, humiliátus sum et conturbátus.

In me transiérunt írae túae : * et terróres túi conturbavérunt me.

Circumdedérunt me sicut áqua tóta die : * circumdedérunt me símul.

Elongásti a me amícum et próximum : * et nótos méos a miséria.

Réquiem aetérnam * dóna éis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat éis.

Psalmus 27.

Ad te Dómine clamábo, Déus méus ne síleas a me : † nequándo táceas a me * et assimilábor descendéntibus in lácum.

Exáudi Dómine vócem deprecatiónis méae dum óro ad te : * dum extóllo mánus méas ad témplum sánctum túum.

Ne simul tráhas me cum peccatóribus : * et cum operántibus iniquitátem ne pérdas me :

Qui loquéntur pácem cum próximo súo, * mála autem in córdibus eórum.

Da íllis secúndum ópera eórum, * et secúndum nequítiam adinventiónum ipsórum.

Secúndum ópera mánuum eórum tríbue íllis : * rédde retributiónem eórum ípsis.

Quóniam non intellexérunt ópera Dómini, † et in ópera mánuum éjus : * déstrues íllos, et non aedificábis éos.

Benedíctus Dóminus : * quóniam exaudívit vócem deprecatiónis méae.

Dóminus adjútor méus et protéctor méus : * in ípso sperávit cor méum, et adjútus sum.

Et reflóruit cáro méa : * et ex voluntáte méa confitébor éi.

Dóminus fortitúdo plébis súae : * et protéctor salvatiónum Chrísti súi est.

Sálvum fac pópulum túum Dómine, et bénedic haereditáti túae : * et rége éos, et extólle íllos usque in aetérnum.

Réquiem aetérnam * dóna éis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat éis.

Psalmus 31.

Beáti quórum remíssae sunt iniquitátes : * et quórum técta sunt peccáta.

Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec est in spíritu éjus dólus.

Quóniam tácui, inveteravérunt óssa méa, * dum clamárem tóta die.

Quóniam díe ac nócte graváta est super me mánus túa : * convérsus sum in aerúmna méa, dum confígitur spina.

Delíctum méum cógnitum tibi féci : * et injustítiam méam non abscóndi.

Díxi : Confitébor advérsum me injustítiam méam Dómino : * et tu remisísti impietátem peccáti méi.

Pro hac orábit ad te ómnis sánctus, * in témpore opportúno.

Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum, * ad éum non approximábunt.

Tu es refúgium méum a tribulatióne, quae circúmdedit me : * exsultátio méa, érue me a circumdántibus me.

Intelléctum tíbi dábo, et ínstruam te in vía hac qua gradiéris : * firmábo super te óculos méos.

Nolíte fíeri sicut équus et múlus, * quíbus non est intelléctus.

In cámo et fraéno maxíllas eórum constrínge, * qui non appróximant ad te.

Multa flagélla peccatóris, * sperántem autem in Dómino misericórdia circúmdabit.

Laetámini in Dómino, et exsultáte jústi : * et gloriámini ómnes récti córde.

Réquiem aetérnam * dóna éis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat éis.

Expletis Psalmis, dicitur flexis genibus :

Páter nóster. *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a málo.

℣. A pórta ínferi. ℟. Erue, Dómine, ánimas eórum.

℣. Requiéscant in páce. ℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam. ℟. Et clámor méus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Oratio.

Orémus.

Supplices, Dómine, pro animábus ómnium famulórum famularúmque tuárum preces effúndimus : ut quidquid conversatióne contraxérunt humána, clemens indúlgeas et poenis eórum finem benígnus impónas. Per Dóminum.

℟. Amen.

Deinde in Choro legitur Martyrologium. Finita lectione, statim subjungitur.

℣. In memória aetérna érunt jústi.

℟. Ab auditióne mála non timébunt.

Orémus. *Oratio.*

Deus, véniae largítor et humánae salútis amátor : quaésumus cleméntiam tuam; ut ánimas ómnium fidélium, qui ex hoc saéculo transiérunt, beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuae beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

℣. Réquiem aetérnam dóna éis, Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat éis.
℣. Requiéscant in páce. ℟. Amen.

Et ita absolvitur Prima neque aliud adjungitur.

AD TERTIAM.

Dictis secreto Pater noster *et* Ave María, *absolute incipitur a Psalmis sequentibus.*

Psalmus 37. I.

Domine ne in furóre túo árguas me : * neque in íra túa corrí*pias* me.

Quóniam sagíttae túae infíxae sunt mihi : * et confirmásti super me *mánum* túam.

Non est sánitas in cárne méa a fácie írae túae : * non est pax óssibus méis a fácie peccatórum *meó*rum.

Quóniam iniquitátes méae supergréssae sunt cáput méum : * et sicut ónus gráve gravátae *sunt* súper me.

Putruérunt et corrúptae sunt cicatríces méae, * a fácie insipiénti*ae* méae.

Míser fáctus sum, et curvátus sum úsque in fínem : * tóta díe contristátus ingre*dié*bar.

Quóniam lúmbi méi impléti sunt illusiónibus : * et non est sánitas in cár*ne* méa.

Afflíctus sum et humiliátus sum nímis : * rugiébam a gémitu cór*dis* méi.

Dómine ante te ómne desidérium méum : * et gémitus méus a te non est *abs*cónditus.

Cor méum conturbátum est, derelíquit me vírtus méa : * et lúmen oculórum meórum, et ípsum non *est* mécum.

Réquiem aetérnam * dóna *éis* Dómine.

Et lux perpétua * lúce*at* éis.

Psalmus 37. II.

Amíci méi et próximi méi * advérsum me appropinquavérunt et *ste*térunt.

Et qui juxta me érant, de lónge stetérunt : * et vim faciébant, qui quaerébant áni*mam* méam.

Et qui inquirébant mála míhi, locúti sunt vanitátes : * et dólos tóta díe medi*ta*bántur.

Ego autem tamquam súrdus non audiébam : * et sicut mútus non apériens *os* súum.

Et fáctus sum sicut hómo non áudiens, * et non hábens in óre súo redargu*tió*nes.

Quóniam in te Dómine sperávi : * tu exáudies me Dómine *Déus* méus.

Quia díxi : Nequándo supergáudeant míhi inimíci méi : * et dum commovéntur pédes méi, super me mágna *lo*cúti sunt.

Quóniam égo in flagélla parátus sum : * et dólor méus in conspéctu méo sémper.

Quóniam iniquitátem méam annunti*á*bo : * et cogitábo pro peccá*to* méo.

Inimíci autem méi vívunt, et confirmáti sunt súper me : * et multiplicáti sunt qui odérunt me *i*nique.

Qui retríbuunt mála pro bónis, detrahébant mihi : * quóniam sequébar bo*ni*tátem.

Ne derelínquas me Dómine Déus méus : * ne discésse*ris* a me.

Inténde in adjutórium méum, * Dómine Déus salú*tis* méae.

Réquiem aetérnam * dóna *éis* Dómine.

Et lux perpétua * lúce*at* éis.

Psalmus 55.

Miserére méi Déus, quóniam conculcávit me hómo : * tóta díe impúgnans tri*bu*lávit me.

Conculcavérunt me inimíci méi tóta díe : * quóniam múlti bellántes *ad*vérsum me.

Ab altitúdine diéi timébo : * égo vero, in te spe*rá*bo.

In Déo laudábo sermónes méos, in Déo sperávi : * non timébo quid fáciat mí*hi* cáro.

Tóta díe vérba méa exsecrabántur : * advérsum me ómnes cogitatiónes eórum *in* málum.

Inhabitábunt et abscóndent : * ípsi calcáneum méum ob*ser*vábunt.

Sicut sustinuérunt ánimam méam, pro níhilo sálvos fácies íllos : * in íra pópulos *con*fringes.

Déus, vítam méam annuntiávi tibi : * posuísti lácrimas méas in conspéc*tu* túo.

Sicut et in promissióne túa : * tunc converténtur inimíci méi *re*trórsum.

In quacúmque díe invocávero te : * ecce cognóvi quóniam *Déus* méus es.

In Déo laudábo vérbum, † in Dómino laudábo sermónem : * in Déo sperávi, non timébo quid fáciat mí*hi* hómo.

In me sunt, Déus, vóta túa, * quae réddam, laudatió*nes* tibi.

Quóniam eripuísti ánimam méam de morte, † et pédes méos de lápsu : * ut pláceam córam Déo in lúmine *vi*véntium.

Réquiem aetérnam * dóna *éis* Dómine.

Et lux perpétua * lúce*at* éis.

Expletis Psalmis, dicitur flexis genibus .

Páter nóster *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a málo.
℣. A pórta ínferi. ℟. Erue, Dómine, ánimas eórum.
℣. Requiéscant in páce. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam. ℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus. *Oratio.*

Fidélium, Deus, ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur : Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.

℣. Réquiem aetérnam dóna éis, Dómine. ℟. Et lux perpétua lúceat éis.
℣. Requiéscant in páce. ℟. Amen.

Et ita absolvitur Tertia, Sexta et Nona, neque aliud adjungitur.

AD SEXTAM.

Pater noster. Ave María.

Psalmus 69.

Deus in adjutórium méum inténde : * Dómine ad adjuván*dum* me *fes*tina.

Confundántur et revereántur, * qui quaérunt áni*mam* méam.

Avertántur retrórsum et erubéscant, * qui vólunt mí*hi* mála.

Avertántur statim erubescéntes, * qui dícunt míhi : Eú*ge*, eúge.

Exsúltent et laeténtur in te ómnes qui quaérunt te, * et dícant semper : Magnificétur Dóminus : qui díligunt salutá*re* túum.

Ego vero egénus et páuper sum : * Déus ád*ju*va me.

Adjútor méus et liberátor méus és tu : * Dómine ne *mo*réris.
Réquiem aetérnam * dóna *é*is Dómine.
Et lux perpétua * lúce*a*t éis.

Psalmus 84.

Benedixísti Dómine térram túam : * avertísti captivitá*tem* Jácob.
Remisísti iniquitátem plébis túae : * operuísti ómnia peccáta *e*órum.
Mitigásti ómnem íram túam : * avertísti ab íra indignatió*nis* túae.
Convérte nos Déus salutáris nóster : * et avérte íram túam *a* nóbis.
Numquid in aetérnum irascéris nóbis? * aut exténdes íram túam a generatióne in genera*ti*ónem?
Déus tu convérsus vivificábis nos : * et plebs túa laetábi*tur* in te.
Osténde nóbis Dómine misericórdiam túam : * et salutáre túum *da* nóbis.
Audiam quid loquátur in me Dóminus Déus : * quóniam loquétur pácem in plé*bem* súam.
Et super sánctos súos : * et in éos qui convertún*tur* ad cor.
Verúmtamen prope timéntes éum salutáre ipsíus : * ut inhábitet glória in *térra* nóstra.
*Misericórdia et véritas obviavérunt síbi : * justítia et pax osculá*tae sunt.
Véritas de térra órta est : * et justítia de caélo *pro*spéxit.
Etenim Dóminus dábit benignitátem : * et térra nóstra dábit frúc*tum* súum.
Justítia ante éum ambulábit : * et pónet in vía grés*sus* súos.
Réquiem aetérnam * dóna éis Dómine.
Et lux perpétua * lúce*a*t éis.

Psalmus 85.

Inclína Dómine áurem túam et exáudi me : * quóniam ínops et páuper *sum* égo.
Custódi ánimam méam, quóniam sánctus sum : * sálvum fac sérvum túum, Déus méus, sperán*tem* in te.
Miserére méi Dómine, quóniam ad te clamávi tóta díe : † laetífica ánimam sérvi túi, * quóniam ad te Dómine ánimam méam *le*vávi.
Quóniam tu Dómine suávis et mítis : * et múltae misericórdiae ómnibus invocán*ti*bus te.
Auribus pércipe Dómine oratiónem méam : * et inténde vóci de precatió*nis* méae.
In díe tribulatiónis méae clamávi ád te : quia ex*au*dísti me.
Non est símilis túi in díis, Dómine : * et non est secúndum ópe*ra* túa.
Omnes géntes quascúmque fecísti vénient, et adorábunt coram te Dómine : * et glorificábunt nó*men* túum.
Quóniam mágnus es tu et fáciens mirabília : * tu es Dé*us* sólus.
Deduc me Dómine in vía túa, † et ingrédiar in veritáte túa : * laetétur cor méum ut tímeat nó*men* túum.
Confitébor tíbi Dómine Déus méus in tóto córde méo, * et glorificábo nómen túum in *ae*térnum :
Quia misericórdia túa mágna est súper me : * et eruísti ánimam méam ex inférno infe*ri*óri.
Déus, iníqui insurrexérunt super me, † et synagóga poténtium quaesiérunt ánimam méam : * et non proposuérunt te in conspéc*tu* súo.
Et tu Dómine Déus, miserátor et miséricors, * pátiens, et múltae misericórdiae, *et* vérax :
Réspice in me et miserére méi, † da impérium túum púero túo : * et sálvum fac fílium ancíl*lae* túae.
Fac mécum sígnum in bónum, † ut vídeant qui odérunt me, et confundántur : * quóniam tu Dómine adjuvísti me et consolá*tus* es me.
Réquiem aetérnam * dóna *é*is Dómine.
Et lux perpétua * lúce*a*t éis.

AD NONAM.

Pater noster. Ave María.

Psalmus 101. I.

Domine exáudi oratiónem méam : * et clámor méus ad *te* véniat.
Non avértas fáciem túam á me : * in quacúmque díe tríbulor, inclína ad me áu*rem* túam.
In quacúmque díe invocávero te, * velóciter ex*á*udi me.
Quia defecérunt sicut fúmus díes méi : * et óssa méa sicut crémium a*ru*érunt.
Percússus sum ut foénum, et áruit cor méum : * quia oblítus sum comédere pá*nem* méum.
A vóce gémitus méi * adhaésit os méum cár*ni* méae.
Símilis fáctus sum pellicáno solitúdinis : * fáctus sum sicut nycticorax in do*mi*cílio.
Vigilávi, * et fáctus sum sicut pásser solitárius *in* técto.
Tóta díe exprobrábant míhi inimíci méi : * et qui laudábant me, advérsum me *ju*rábant.
Quia cínerem tamquam pánem manducábam, * et pótum méum cum flétu *mi*scébam.
A fácie írae et indignatiónis túae : * quia élevans al*lí*sisti me.
Díes méi sicut úmbra declinavérunt : * et égo sicut foé*num* árui.
Tu autem Dóminum in aetérnum pérmanes : * et memoriále túum in generatiónem et genera*ti*ónem.
Réquiem aetérnam * dóna *é*is Dómine.
Et lux perpétua * lúce*a*t éis.

Psalmus 101. II.

Tu, exsúrgens miseréberis Sion : * quia témpus miseréndi éjus, quia vé*nit* témpus.
Quóniam placuérunt sérvis túis lápides éjus : * et térrae éjus miserebúntur.
Et timébunt géntes nómen túum Dómine, * et ómnes réges térrae glóri*am* túam.
Quia aedificávit Dóminus Síon : * et vidébitur in glóri*a* súa.
Respéxit in oratiónem humílium : * et non sprévit précem *e*órum.
Scribántur haec in generatióne áltera : * et pópulus qui creábitur laudá*bit* Dóminum :
Quia prospéxit de excélso sáncto súo : * Dóminus de caélo in térram *a*spéxit :
Ut audíret gémitus compeditórum : * ut sólveret fílios inte*rem*ptórum :
Ut annúntient in Síon nómen Dómini : * et láudem éjus in *Je*rúsalem.
In conveniéndo pópulos in únum, * et réges ut sérvi*ant* Dómino.
Réquiem aetérnam * dóna *é*is Dómine.
Et lux perpétua * lúce*a*t éis.

Psalmus 101. III.

Respóndit éi in vía virtútis súae : * Paucitátem diérum meórum núnti*a* míhi.
Ne révoces me in dimídio diérum meórum : * in generatiónem et generatiónem án*ni* túi.
Inítio tu Dómine térram fundásti : * et ópera mánuum tuárum *sunt* caéli.
Ipsi períbunt, tu autem pérmanes : * et ómnes sicut vestiméntum ve*te*rascent.
Et sicut opertórium mutábis éos, et mutabúntur; * tu autem ídem ípse es, et ánni túi non *de*fícient.
Fílii servórum tuórum habitábunt : * et sémen eórum in saéculum di*ri*gétur.
Réquiem aetérnam * dóna *é*is Dómine.
Et lux perpétua * lúce*a*t éis.

Post Nonam, celebrata Missa, (ut supra, 1179), *terminatur Officium Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum.*

4. S. Caroli Episcopi et Confessoris. *Duplex*

Oratio.

Ecclésiam tuam, Dómine, sancti Cároli Confessóris tui atque Pontíficis contínua protectióne custódi : † ut sicut illum pastorális sollicitúdo gloriósum réddidit : * ita nos ejus intercéssio in tuo semper fáciat amóre fervéntes. Per Dóminum nostrum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de Conf. Pont.* 1013.

Eadem die. SS. Vitalis et Agricolae Martyrum.

Oratio.

Praesta, quaésumus omnípotens Deus : * ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Vitális et Agrícolae solémnia cólimus, eórum apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

Secreta.

Oblátis, quaésumus Dómine, placáre munéribus : et, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Vitále et Agrícola, a cunctis nos defénde perículis. Per Dóminum.

Postcommunio.

Haec nos commúnio, Dómine, purget a crímine : et, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Vitále et Agrícola, caeléstis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum.

---

8. Octava Omnium Sanctorum. *Dupl. maj.*

Omnia ut in Festo, 1479.

Eadem die. SS. Martyrum Quatuor Coronatorum.

Oratio.

Praesta, quaésumus omnípotens Deus : * ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

Secreta.

Benedíctio tua, Dómine, larga descéndat : quae et múnera nostra deprecántibus sanctis Martýribus tuis, tibi reddat accépta et nobis sacraméntum redemptiónis effíciat. Per Dóminum.

Postcommunio.

Caeléstibus reféсti sacraméntis et gáudiis : súpplices te, Dómine, deprecámur; ut quorum gloriámur triúmphis, protegámur auxíliis. Per Dóminum.

---

9. IN DEDICATIONE ARCHIBASILICAE SS. SALVATORIS.

Duplex II. Classis.

Omnia ut in Communi Dedicationis Ecclesiae, 1069.

10. S. Andreae Avellini Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

Deus, qui in corde beáti Andréae Confessóris tui, per árduum quotídie in virtútibus proficiéndi votum, admirábiles ad te ascensiónes disposuísti : † concéde nobis, ipsíus méritis et intercessióne, ita ejúsdem grátiae partícipes fíeri; * ut perfectióra semper exsequéntes, ad glóriae tuae fastígium felíciter perducámur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Os jústi. 1031.

Eadem die. SS. Tryphonis, Respicii et Nymphae Martyrum.

Oratio.

Fac nos, quaésumus Dómine, sanctórum Mártyrum Tryphónis, Respícii et Nymphae semper festa sectári : * quorum suffrágiis protectiónis tuae dona sentiámus. Per Dóminum.

Secreta.

Múnera tibi, Dómine, nostrae devotiónis offérimus : quae et pro tuórum tibi grata sint honóre justórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum.


Postcommunio.

Praesta nobis, quaésumus Dómine, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Tryphóne, Respício et Nympha : ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

---


11. S. Martini Episcopi et Confessoris. *Duplex.*

In I. Vesperis.



℣. Amávit éum Dóminus, et ornávit éum.
℟. Stólam glóriae índuit éum.

In II. Vesperis.



℣. Jústum dedúxit Dóminus per vías réctas.
℟. Et osténdit ílli régnum Déi.

Oratio.

Deus, qui cónspicis quia ex nulla nostra virtúte subsístimus : † concéde propítius; ut intercessióne beáti Martíni Confessóris tui atque Pontíficis, * contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum.

Secreta.

Sanctífica, quaésumus, Dómine Deus, haec múnera, quae in solemnitáte sancti Antístitis tui Martíni offérimus : ut per ea, vita nostra inter advérsa et próspera ubíque dirigátur. Per Dóminum.

Postcommunio.

Praesta, quaésumus, Dómine Deus noster : ut quorum festivitáte votíva sunt sacraménta, eórum intercessióne salutária nobis reddántur. Per Dóminum.

¶ *Ubi vero hoc Festum sub ritu I. vel II. classis celebratur, Officium fit ut infra :*

In I. Vesperis. *Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 7. a. 137. — 2. Confitébor. 7. c. 144. — 3. Beátus vir. 8. G. 152. — 4. Laudáte púeri. 7. a. 156. — 5. Laudáte Dóminum. 8. G. 173.


Antiphonae ut in II. Vesp. Capit., Hymnus et ℣. *de Comm. Conf. Pont.,* 1005.

Ad Magnificat, Ant. O beátum vírum. 1503. *Cant.* Magníficat. 2. D. 213, *vel* 219. *Oratio.* Deus qui cónspicis. *ut supra.*

Ad Horas. *Antiphonae de Vesperis, quarta praetermissa. Capitula et* ℟℟. *brevia de Communi,* 1002.

Ad Missam.

Introitus. Státuit. 1010.
Oratio. Deus, qui cónspicis, *ut supra.*
Epistola. Ecce sacérdos mágnus. 1011.
Graduale. Ecce sacérdos mágnus. 1011.



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 11. d.*


In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Nemo lucérnam accéndit, et in abscóndito ponit, neque sub módio : sed supra candelábrum, ut qui ingrediúntur, lumen vídeant. Lucérna córporis tui est óculus tuus. Si óculus tuus fúerit simplex, totum corpus tuum lúcidum erit, si autem nequam fúerit, étiam corpus tuum tenebrósum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, ténebrae sint. Si ergo corpus tuum totum lúcidum fúerit, non habens áliquam partem tenebrárum, erit lúcidum totum, et sicut lucérna fulgóris illuminábit te.

Offertorium. Véritas méa. 1031.
Secreta. Da, misericors Deus. 1504.
Communio. Beátus sérvus. 1031.
Postcommunio. Praesta, quaésumus. 1504.


In II. Vesperis,

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 7. a. 137. — 2. Confitébor. 7. c. 144. — 3. Beátus vir. 8. G. 152. — 4. Laudáte púeri. 7. a. 156. — 5. Meménto. 8. G. 185.


1. Ant. 7. a



D Ixérunt discípu-li * ad be-á-tum Martínum : Cur




nos, pá-ter, dé-se-ris? aut cú-i nos de-so-lá-tos re-línquis?




Invádent enim grégem tú-um lúpi rapá-ces. E u o u a e.

2. Ant. 7. c




D Omine,* si adhuc pópulo tú-o sum necessá-ri-us,




non recúso labó-rem : fí-at vo-lúntas tú-a. E u o u a e.


3. Ant. 8. G



O ví-rum ínef-fábi-lem! * nec labóre víctum, nec




mórte vincéndum : qui nec mó-ri tímu-it, nec víve-re re-




cusá-vit. E u o u a e.


4. Ant. 7. a



O -cu-lis ac mánibus * in




caélum semper inténtus, invíctum ab ora-ti- ó-ne spí-ri-




tum non re-laxá- bat, alle-lú- ia, alle-lú- ia. E u o u a e.


5. Ant. 8. G



M Artínus * Abrahae sínu laétus excí-pi-tur : Martí-



nus, hic páuper et módicus, caé-lum díves ingrédi-tur : hý-



mnis caeléstibus hono-rá-tur. E u o u a e.

Capitulum, Hymnus et ℣. *de Communi*, 1005.

Ad Magnificat. Ant. O beátum Pontíficem. 1504. *Cant.* Magníficat. 1. D. 212, *vel* 218. — *Oratio.* Deus, qui cónspicis. 1504.

Eadem die. **S. Mennae Martyris.**

Oratio, Secreta et Postcommunio e Missa In virtúte. 964.

---

12. **S. Martini I. Papae et Martyris.** *Semid.*

Oratio, Secreta et Postcommunio e Missa Sacerdótes Déi. 961.

---

13. **S. Didaci Confessoris.** *Semid.*

Oratio.

O Mnípotens sempitérne Deus, qui dispositióne mirábili infírma mundi éligis, ut fórtia quaeque confúndas : † concéde propítius humilitáti nostrae ; ut piis beáti Dídaci Confessóris tui précibus, * ad perénnem in caelis glóriam sublimári mereámur. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Jústus. 1034.

---

14. **S. Josaphat Episcopi et Martyris.** *Duplex.*

Oratio.

E Xcita, quaésumus Dómine, in Ecclésia tua Spíritum, quo replétus beátus Jósaphat Martyr et Póntifex tuus ánimam suam pro óvibus pósuit : † ut eo intercedénte, nos quoque eódem Spíritu moti ac roboráti, * ánimam nostram pro frátribus pónere non vereámur. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Secreta.

C Lementíssime Deus, múnera haec tua benedictióne perfúnde, et nos in fide confírma : quam sanctus Jósaphat Martyr et Póntifex tuus, effúso sánguine, adséruit. Per Dóminum.

Postcommunio.

SPíritum, Dómine, fortitúdinis haec nobis tríbuat mensa caeléstis : quae sancti Jósaphat Mártyris tui atque Pontíficis vitam pro Ecclésiae honóre júgiter áluit ad victóriam. Per Dóminum nostrum.

15. S. Alberti Magni, Ep., Conf. et Eccl. Doct. *Duplex.*

In I. et II. Vesperis. O Dóctor... beáte Albérte. 1016.

Oratio.

DEus, qui beátum Albértum Pontíficem tuum atque Doctórem, in humána sapiéntia divínae fídei subjiciénda magnum effecísti : † da nobis, quaésumus, ita ejus magistérii inhaerére vestígiis,* ut luce perfécta fruámur in caelis. Per Dóminum.

Secreta.

SAcrifíciis praeséntibus, Dómine, quaésumus, inténde placátus : ut quod Passiónis Fílii tui Dómini nostri mystério gérimus, beáti Albérti intercessióne et exémplo, pio consequámur afféctu. Per eúmdem Dóminum.

Postcommunio.

PER haec sancta quae súmpsimus, ab hóstium nos, Dómine, impugnatióne defénde : et intercedénte beáto Albérto, Confessóre tuo atque Pontífice, perpétua pace respiráre concéde. Per Dóminum.

16. S. Gertrudis Virginis. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui in corde beátae Gertrúdis Vírginis jucúndam tibi mansiónem praeparásti : † ipsíus méritis et intercessióne cordis nostri máculas cleménter abstérge, * et ejúsdem tríbue gaudére consórtio. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Dilexísti. 1056.

17. S. Gregorii Thaumaturgi Episc. et Conf. *Semid.*

Oratio, Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de Conf. Pont.* 1011.

18. In Dedicatione Basilicarum SS. Petri et Pauli Apostolorum. *Dupl. maj.*

Omnia de Communi Dedicationis Ecclesiae, 1069.

19. S. Elisabeth Viduae. *Duplex.*

Oratio.

TUórum corda fidélium, Deus miserátor, illústra : † et beátae Elísabeth précibus gloriósis fac nos próspera mundi despícere ; * et caeléstí semper consolatióne gaudére. Per Dóminum nostrum.

Secreta et Postcommunio e Missa Cognóvi. 1069.

Eadem die. S. Pontiani Papae et Martyris.

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : * et quia pondus própriae actiónis gravat, beáti Pontiáni Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio e Missa Státuit. *de uno Mart. Pont.* 960.

20. S. Felicis de Valois Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEus, qui beátum Felícem Confessórem tuum ex erémo ad munus rediméndi captívos caélitus vocáre dignátus es : † praesta, quaésumus ; ut per grátiam tuam ex peccatórum nostrórum captivitáte, ejus intercessióne liberáti, * ad caeléstem pátriam perducámur. Per Dóminum.


Secreta et Postcommunio e Missa Jústus. 1034.

21. In Praesentatione B. Mariae Virginis. *Dupl. maj.*

Omnia ut in Festis B. M. V., 1082, *praeter sequentia.*

In I. et II. Vesperis, ad Magnificat.

Ant. 8. G



Cant. Magníficat. 8. G. 217, *vel* 223.

Oratio.


DEus, qui beátam Maríam semper Vírginem, Spíritus Sancti habitáculum, hodiérna die in templo praesentári voluísti : † praesta, quaésumus ; ut ejus intercessióne, * in templo glóriae tuae praesentári mereámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Missa. Sálve sáncta Párens. *ut in votiva B. Mariae V. a Pentecoste usque ad Adventum.* 1091. *Et dicitur* Credo. *Praefatio de B. Maria.* Et te in Praesentatióne. 8.


22. S. Caeciliae Virginis et Martyris. *Duplex.*

In I. Vesperis.


Ant. 4. E



EST secré-tum, * Va-le-ri- á-ne, quod tí- bi vó-



lo dí-ce- re : Ange-lum Dé- i hábe- o amató- rem, qui




ními- o zé-lo custó-dit córpus mé- um. E u o u a e.

℣. Spécie túa et pulchritúdine túa.
℟. Inténde, próspere procéde, et régna.

In II. Vesperis.


2. D




VIrgo glo-ri-ósa * semper Evangé-li- um Chrí-



sti ge-ré-bat in péctore sú-o, et non di- é-bus neque



nóctibus, a collóqui- is di-ví-nis et ora-ti- ó-ne cessá-



bat. E u o u a e.

1. Ne i-rascá-ris Dómine, ne ultra memíne-ris in-iqui-tá-

tis : ecce cí-vi-tas Sáncti fácta est de-sérta : Sí- on de-sérta

fácta est : Jerúsa-lem deso-lá-ta est : dómus sancti-ficati-ónis

tú-ae et gló-ri-ae tú-ae, ubi lauda-vérunt te pátres nóstri. ℟. Roráte.

2. Peccávimus, et fácti súmus tamquam immúndus nos, et ce-cídimus quasi fó-li- um univérsi : et iniqui-tátes nóstrae quasi véntus abstu- lé-runt nos : abscondísti fáci- em tú-am a nóbis, et alli-sísti nos in mánu in-iqui-tá- tis nóstrae. ℟. Roráte.

3. Víde Dómine afflicti- ónem pópu-li tú- i, et mítte quem missú-rus es : emítte Agnum dominatórem térrae, de pétra de-sérti ad móntem fí-li-ae Sí- on : ut áuferat ípse júgum capti-vi-tá- tis nóstrae. ℟. Roráte.

4. Conso-lámi-ni, conso-lámi-ni, pópule mé- us : ci-to véni- et sá-lus tú- a : qua-re moeróre consúme-ris, qui- a innovávit te dó-lor? Salvábo te, nó-li timé-re, égo enim sum

Dóminus Dé- us tú- us, Sánctus Isra-el, redémptor tú- us. ℟. Roráte.

TEMPORE NATALIS DOMINI. *

6. Adéste fidé-les, laéti, tri- umphántes : Vení-te, ve-ní-te in Béthle- em : * Ná-tum vi-dé-te Régem Ange-ló-rum : Vení-te, adoré-mus, vení-te, ad-oré-mus, ve-ní-te adorémus Dóminum. * Ná-tum.

2. En gré-ge re-lícto, húmi-les ad cúnas Vocá-ti pastó-res appró-perant : * Et nos o-vánti grádu festiné-mus : Ve-ní-te, adoré-mus, etc. * Et nos ovánti.

3. Aetérni Pa-réntis splendórem aetérnum Ve-látum sub cárne vi-dé-bimus : * Dé- um infántem, pánnis invo-lú-

tum : Vení-te, adoré-mus, etc. * Déum infántem.

4. Pro nó-bis egé-num et foéno cubántem Pí- is fove-á-mus amplé-xibus : * Sic nos amántem quis non redamá-ret? Vení-te, adoré-mus, etc. * Sic nos.

TEMPORE QUADRAGESIMAE. *

5. Attende Dómine, et mi-se-rére, qui- a peccávimus tí-bi. *Chorus repetit* Atténde.

1. Ad te Rex súmme, ómni- um redémptor, óculos nó-stros sublevámus fléntes : exáudi, Chríste, supplicántum pré-ces. ℟. Atténde.

2. Déxtera Pátris, lápis angu-lá-ris, ví- a sa-lú-tis, jánu- a

caeléstis, áblu-e nóstri máculas de- lícti. ℟. Atténde.

3. Rogámus, Dé-us, tú-am ma-jestá-tem : áuribus sácris gé-mi-tus exáudi : crímina nóstra plácidus indúlge. ℟. Atténde.

4. Tíbi fatémur crímina admíssa : contrí-to córde pándi-mus occúlta : tú-a Redémptor, pí- e-tas ignóscat. ℟. Atténde.

5. Innocens cáptus, nec repúgnans dúctus, téstibus fálsis pro ímpi- is damná- tus : quos redemísti, tu consérva, Chríste. ℟. Atténde.

Planctus B. Mariae Virginis.

6. Stábat Máter do-lo-rósa Juxta crúcem lacrimósa, Dum pendébat Fí-li- us.

2. Cújus ánimam geméntem,
Contristátam et doléntem
Pertransívit gládius.

3. O quam trístis et afflícta
Fúit ílla benedícta
Máter unigéniti!

4. Quae maerébat et dolébat,
Pía Máter, dum vidébat
Náti poénas ínclyti.

5. Quis est hómo qui non fléret,
Mátrem Chrísti si vidéret
In tánto supplício?

6. Quis non pósset contristári,
Chrísti mátrem contemplári
Doléntem cum Fílio?

7. Pro peccátis súae géntis,
Vídit Jésum in torméntis,
Et flagéllis súbditum.

8. Vídit súum dúlcem nátum
Moriéndo desolátum,
Dum emísit spíritum.

9. Eia Máter, fons amóris,
Me sentíre vim dolóris
Fac, ut técum lúgeam.

10. Fac ut árdeat cor méum
In amándo Chrístum Déum,
Ut síbi compláceam.

11. Sáncta Máter, ístud ágas,
Crucifíxi fíge plágas
Córdi méo válide.

12. Túi náti vulneráti,
Tam dignáti pro me páti,
Poénas mécum dívide.

13. Fac me técum pie flére,
Crucifíxo condolére,
Donec égo víxero.

14. Juxta crúcem técum stáre,
Et me tíbi sociáre
In plánctu desídero.

15. Vírgo vírginum praeclára,
Míhi jam non sis amára :
Fac me técum plángere.

16. Fac ut pórtem Chrísti mórtem,
Passiónis fac consórtem,
Et plágas recólere.

17. Fac me plágis vulnerári,
Fac me crúce inebriári,
Et cruóre Fílii.

18. Flámmis ne úrar succénsus,
Per te, Vírgo, sim defénsus
In die judícii.

19. Chríste, cum sit hinc exíre,
Da per Mátrem me veníre
Ad pálmam victóriae.

20. Quando córpus moriétur,
Fac ut ánimae donétur
Paradísi glória. Amen.


IN RESURRECTIONE DOMINI.

2.




A Lle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Chorus repetit Allelúia.



1. O fí-li- i et fí-li-ae, Rex caeléstis, Rex gló-ri-ae,



Mórte surré-xit hó-di- e, alle-lú-ia. ℟. Allelúia.

2. Et mane príma sábbati,
Ad óstium monuménti
Accessérunt discípuli, allelúia. ℟. Allelúia.

3. Et María Magdaléne,
Et Jacóbi et Salóme,
Venérunt córpus úngere, allelúia. ℟. Allelúia.

4. In álbis sédens Angelus
Praedíxit muliéribus :
In Galilaé*a* est Dóminus, allelúia. ℟. Allelúia.

5. Et Joánnes Apóstolus
Cucúrrit Pétro cítius,
Monuménto vénit prius, allelúia. ℟. Allelúia.

6. Discípulis adstántibus,
In médio stétit Chrístus,
Dícens : Pax vóbis ómnibus, allelúia. ℟. Allelúia.

7. Ut intelléxit Dídymus
Quia surréxerat Jésus,
Remánsit fere dúbius, allelúia. ℟. Allelúia.

8. Víde Thóma, víde látus,
Víde pédes, víde mánus,
Nóli ésse incrédulus, allelúia. ℟. Allelúia.


9. Quando Thómas Chrísti látus,
Pédes vídit atque mánus,
Díxit : Tu es Déus méus, allelúia. ℟. Allelúia.

10. Beáti qui non vidérunt,
Et fírmiter credidérunt,
Vítam aetérnam habébunt, allelúia. ℟. Allelúia.


11. In hoc fésto sanctíssimo
Sit laus et jubilátio,
Benedicámus Dómino, allelúia. ℟. Allelúia.

12. De quíbus nos humíllimas
Devótas atque débitas
Déo dicámus grátias, allelúia. ℟. Allelúia.


LITANIAE S. JOSEPH. *




K Yri- e e-lé- i-son. *ij.* Chríste e-lé- i-son. *ij.* Ký-ri-e




e-lé- i-son. *ij.* Chríste áudi nos. *ij.* Chríste exáudi nos. *ij.*




Pá- ter de caé- lis Dé- us, mi-se-ré-re nóbis.
Fí- li Redémptor mún-di Dé- us, mi-se-ré-re nóbis.
Spí- ri- tus Sáncte Dé- us, mi-se-ré-re nóbis.
Sáncta Trí-ni- tas ú- nus Dé- us, mi-se-ré-re nóbis.




1. Sáncta Ma- rí- a, óra pro nóbis.
2. Sán- cte Jó- seph, óra pro nóbis.




3. Próles Dá- vid ín- cly- ta,
4. Lúmen Patri- ar- chá-rum,
5. Déi Genitrí- cis spónse,
6. Cústos pudí- cae Vírgi- nis,
7. Fílii Déi nu- trí-ci- e,
8. Chrísti defén- sor sé-du- le,
9. Almae Famíli-ae praé-ses,
10. Jóseph ju- stíssi- me,
11. Jóseph ca- stíssi- me,
12. Jóseph pru- den-tís-si- me,
13. Jóseph for- tís-si- me,
14. Jóseph obedi- en- tís-si- me,



15. Jóseph fi- de- lís- si- me,
16. Spéculum pa- ti- én-ti- ae,
17. Amátor pau- per- tá- tis,
18. Exémplar o- pí- fi- cum,
19. Domésticae ví-tae dé- cus,
20. Cú- stos Vírgi- num,
21. Familiá- rum có- lu- men,
22. Solátium mi- se- ró- rum,
23. Spes ae- gro-tánti- um,
24. Patróne mo- ri- én-ti- um,
25. Tér- ror daémo- num,
26. Protéctor sán- ctae Ec- clé-si- ae,



Agnus Dé-i, qui tóllis peccá-ta múndi, párce nó-bis Dómi-ne.
Agnus Dé-i, qui tóllis peccá-ta múndi, exáu-di nos Dómi-ne.
Agnus Dé-i, qui tóllis peccá-ta múndi, mi-se- ré- re nó-bis.




℣. Constítuit éum dóminum dómus súae.
℟. Et príncipem ómnis possessiónis súae.


Orémus.

Deus, qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctíssimae Genitrícis tuae sponsum elígere dignátus es : † praesta, quaésumus ; ut quem protectórem venerámur in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis : qui vivis et regnas in saécula saeculórum. Amen.


LITANIAE SS. CORDIS JESU. *




Kyri-e e- lé- i-son. *ij.* Chríste e- lé- i-son. *ij.*




Ký-ri- e e- lé- i-son. *ij.* Chríste áu- di nos. *ij.* Chrí-




ste exáu- di nos. *ij.*




Pá- ter de caé- lis Dé- us, mi-se-ré-re nó- bis.
Fí- li Redémptor mún-di Dé- us, mi-se-ré-re nó- bis.
Spí- ri- tus Sáncte Dé- us, mi-se-ré-re nó- bis.
Sáncta Trí-ni- tas ú- nus Dé- us, mi-se-ré-re nó- bis.




1. Cor Jé-su, Fí-li- i Pátris aetérni, mi-se-ré-re nó-bis.




2. Cor Jé- su, in sínu Vírginis Má- tris a Spíri- tu Sán- cto for- má- tum,
3. Cor Jé- su, Vérbo Déi substanti- á- li- ter u- ní- tum,
4. Cor Jé- su, maje- stá- tis in- fi- ní- tae,
5. Cor Jé- su, tém- plum Dé- i sán- ctum,
6. Cor Jé- su, Taber- ná- cu- lum Al- tís- si- mi,
7. Cor Jé- su, dómus Dé- i et pór- ta caé- li,
8. Cor Jé- su, fórnax ár- dens ca- ri- tá- tis,
9. Cor Jé- su, justítiae et a- mó- ris re- ce- ptá- cu- lum,
10. Cor Jé- su, bonitáte et a- mó- re plé- num,
11. Cor Jé- su, virtútum ó- mni- um a- bys- sus,
12. Cor Jé- su, ó- mni láu- de di- gnís-si- mum,
13. Cor Jé- su, rex et cén- trum ó- mni-um cór- di- um,
14. Cor Jé- su, in quo sunt ómnes thesáuri sapién- ti- ae et sci- én- ti- ae,




15. Cor Jé- su, in quo hábitat ómnis plenitú- do di- vi- ni- tá- tis,
16. Cor Jé- su, in quo Páter sí- bi be- ne com-plá- cu- it,
17. Cor Jé- su, de cújus plenitúdine ó- mnes nos ac- cé- pi- mus,
18. Cor Jé- su, desidérium cól- li- um ae- ter- nó- rum,
19. Cor Jé- su, pátiens et múl- tae mi- se- ri- cór- di- ae,
20. Cor Jé- su, díves in ó- mnes qui ín- vo- cant te,
21. Cor Jé- su, fons ví- tae et san- cti- tá- tis,
22. Cor Jé- su, propitiátio pro pec- cá- tis nó- stris,
23. Cor Jé- su, sa- tu- rá- tum op- pró- bri- is,
24. Cor Jé- su, attrítum pro- pter scé- le- ra nó- stra,
25. Cor Jé- su, usque ad mórtem ob- é- di- ens fá- ctum,
26. Cor Jé- su, lán- ce- a per- fo- rá- tum,
27. Cor Jé- su, fons totíus con- so- la- ti- ó- nis,
28. Cor Jé- su, víta et re- sur- réc- ti- o nó- stra,
29. Cor Jé- su, pax et reconci- li- á- ti- o nó- stra,
30. Cor Jé- su, ví- cti- ma pec- ca- tó- rum,
31. Cor Jé- su, sá- lus in te spe- rán- ti- um,
32. Cor Jé- su, spes in te mo- ri- én- ti- um,
33. Cor Jé- su, delíci- ae san- ctó- rum ó- mni-um,




Agnus Dé- i, qui tóllis peccá-ta mún-di párce nóbis,



Dómine. Agnus Dé- i, qui tóllis peccá-ta mún-di,



exáudi nos, Dómine. Agnus Dé- i, qui tóllis pec-



cá-ta mún-di, mi- se-ré-re nó-bis.

℣. Jésu mítis et húmilis Córde.
℟. Fac cor nóstrum secúndum Cor túum.


Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, réspice in Cor dilectíssimi Fílii tui, et in laudes et satisfactiónes quas in nómine peccatórum tibi persólvit, ✝ iísque misericórdiam tuam peténtibus Tu véniam concéde placátus, * in nómine ejúsdem Fílii tui Jesu Christi : Qui tecum vivit et regnat in saécula saeculórum. Amen.


FERIA V. ET VI. MAJORIS HEBDOMADAE.

Antiphonae ad Vesperas cum cantu olim usitato.

1. Ant. 2. D




Calicem * sa-lu-tá-ris accí-pi-am, et nómen Dó-




mi-ni invo-cá-bo. E u o u a e. *Ps.* Crédidi. 575.


2. Ant. 8. G



Cum his qui odérunt pácem, * éram pa-cí-ficus :




dum loquébar íl- lis, impugnábant me grá- tis.




E u o u a e. *Ps.* Ad Dóminum. 575.

3. Ant. 8. G




Ab homí-nibus in-íquis * líbe-ra me, Dómine.




E u o u a e. *Ps.* Eripe me. 575.

4. Ant. 7. a




Custódi me * a láque-o quem sta-tu- é-runt mí-hi,




et a scánda-lis ope-ránti-um in-iqui-tá-tem. E u o u a e.
Ps. Dómine clamávi. 576.

5. Ant. 7. a




C Onsiderábam * ad déxteram, et vidébam, et non




é- rat qui cognósceret me. E u o u a e. *Ps.* Vóce méa. 576.

Ad Magnificat, Ant. Feria V.

1. f




C Oenántibus au-tem, * accépit Jé-sus pánem, bene-




díxit ac fré-git, dédit discípu-lis sú- is. E u o u a e.

Feria VI.

1. f




C UM acce-písset acé-tum, * díxit : Consummá-tum




est, et incliná-to cápi-te, trádi-dit spí-ri-tum. E u o u a e.

In Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum.

Psalmi ad Completorium, Primam, Tertiam, Sextam et Nonam cantantur in tono speciali supra posito, 1490, *vel in Tono in directum, ut sequitur :*




D E-us, in adju-tó-ri-um mé- um inténde : * Dómine



ad adjuvándum me festína.


Exempla Flexae.



á-ni- mam mé- am. †
ma-gni-fi- cá- bi- mur.
sú- per me.
tribu-lán- ti- um me.
Is- ra- el.
in me.

} *vel recta et protracta voce.*


Exempla Mediationis.



á- ni- mam mé- am.
jú- di- cat pó-pu- los.
miseré- be- ris Sí- on.
Dé- us Is- ra- el.
ár- gu- as me.
nó- stra a nó-bis sunt.
spe- rá- vi in te.

vel :
miseré- be- ris Si- on.
Dé- us Is- ra- el.
ár- gu-as me.
a nó-bis sunt.
spe- rá- vi in te.

Exempla Terminationis.




ós- sa mé- a.
ús- que- quo.
in Sí- on.
et A- a- ron.
corrí- pi- as me.
lo- cú- ti sunt.
mé- um és tu.


vel :
in Si- on.
et A- a- ron.
corrí- pi- as me.
lo-cú- ti sunt.
mé-um es tu.

Alter cantus Ps. 112. « Laudáte púeri ».

Mediatio unico constans accentu duabusque notis antecedentibus. Terminatio unico constans accentu unaque nota antecedente.



1. Laudá-te pú-*eri* Dóminum : * laudá-te nó*men* Dómi-ni. 2. Sit nómen




Dómini *bene*di- ctum, * ex hoc nunc et usque *in* saécu-lum.

Et ita deinceps.


3. A sólis órtu usque *ad oc*cásum, * laudábile nó*men* Dómini.
4. Excélsus super ómnes *géntes* Dóminus, * et super caélos glóri*a* éjus.
5. Quis sicut Dóminus Déus nóster, qui in *áltis* hábitat, * et humília réspicit in caélo et *in* térra ?
6. Súscitans a *térra* inopem, * et de stércore érig*ens* páuperem :
7. Ut cóllocet éum *cum prin*cipibus, * cum princípibus pópul*i* súi.
8. Qui habitáre fácit stéri*lem in* dómo, * mátrem filiórum *lae*tántem.
9. Glória Pá*tri, et* Fílio, * et Spirítu*i* Sáncto.
10. Sicut érat in princípio, et *nunc, et* sémper, * et in saécula saeculó*rum*. Amen.

Alter cantus Ps. 113. « In éxitu Israel ».


Mediatio unico constans accentu duabusque notis antecedentibus. Terminatio unico constans accentu unaque nota antecedente.



1. In éxi-tu Isra-el *de Aegý*-pto, * dómus Jácob de pópu*lo* bárba-ro :



2. Fácta est Judaé-a sancti- fícá-*ti-o* é-jus : * Isra-el poté*stas* é-jus.




Flexa : palpábunt : †


3. Máre ví*dit, et* fúgit : * Jordánis convérsus est *re*trórsum.
4. Móntes exsultavérunt *ut a*rietes : * et cólles sicut *ágni* óvium.
5. Quid est tíbi máre *quod fu*gisti ? * et tu Jordánis, quia convérsus es *re*trórsum ?
6. Móntes exsultástis sic*ut a*rietes, * et cólles sicut *ágni* óvium ?
7. A fácie Dómini *móta est* terra, * a fácie Dé*i* Jácob :

8. Qui convértit pétram in stá*gna a*quárum, * et rúpem in fóntes *a*quárum.
9. Non nóbis Dómi*ne, non* nóbis, * sed nómini túo *da* glóriam :
10. Super misericórdia túa et veri*táte* túa : * nequándo dícant géntes : Ubi est Déus e*ó*rum ?
11. Déus autem nó*ster in* caélo : * ómnia quaecúmque vólu*it,* fécit.
12. Simulácra géntium argén*tum et* áurum, * ópera mánu*um* hóminum.
13. Os hábent, et *non lo*quéntur : * óculos hábent, et non *vi*débunt.
14. Aures hábent, *et non* áudient : * náres hábent, et non *o*dorábunt.
15. Mánus hábent, et non palpábunt : † pédes hábent, et non *ambu*lábunt : * non clamábunt in gúttu*re* súo.
16. Símiles íllis fíant qui fá*ciunt* éa : * et ómnes qui confídunt *in* éis.
17. Dómus Israel sperá*vit in* Dómino : * adjútor eórum et protéctor e*ó*rum est.
18. Dómus Aaron sperá*vit in* Dómino : * adjútor eórum et protéctor e*ó*rum est.
19. Qui tíment Dóminum speravé*runt in* Dómino : * adjútor eórum et protéctor e*ó*rum est.
20. Dóminus mémor *fúit* nóstri : * et benedí*xit* nóbis.
21. Benedíxit dó*mui* Israel [1] : * benedíxit dómu*i* Aaron.
22. Benedíxit ómnibus qui *timent* Dóminum, * pusíllis cum *ma*jóribus.
23. Adjíciat Dó*minus* súper vos [2] : * super vos, et super fíli*os* véstros.
24. Benedícti *vos a* Dómino, * qui fécit caélum *et* térram.
25. Caélum *caéli* Dómino : * térram autem dédit fíli*is* hóminum.
26. Non mórtui laudá*bunt te* Dómine : * neque ómnes qui descéndunt in *in*férnum.
27. Sed nos qui vívimus, benedí*cimus* Dómino, * ex hoc nunc et úsque *in* saéculum.
28. Glória Pá*tri, et* Fílio, * et Spirítu*i* Sáncto.
29. Sicut érat in princípio, et *nunc, et* sémper, * et in saécula saeculó*rum*. Amen.

---

1 

vel : dómu- i Isra-el :

2 

vel : Dóminus super vos :

INDEX ALPHABETICUS

Introituum, Gradualium, Versuum Alleluiaticorum, Tractuum, Offertoriorum, Communionum, Antiphonarum, Hymnorum, Psalmorum, etc.

Introitus.

Gradualia.

Versus Alleluiatici.

Sequentiae.

Tractus.

Offertoria.

Communiones.

Antiphonae.

Hymni.

Psalmi.

Cantica.

Symbolum Athanasianum.

Responsoria.

Varia.


INDEX SPECIALIS FESTORUM.


DANS LES SOLENNITÉS, AD LIBITUM.

(Messe Royale de Henri du Mont).



Imprimé par la Société S. Jean l'Evangéliste, Desclée & Cie, Tournai (Belgique). — 2957


tris. Qui tóllis peccá-ta múndi, mi-seré-re nóbis. Qui tóllis
peccá-ta múndi súscipe depreca-ti-ónem nóstram. Qui sé-
des ad déxteram Pátris, mi-seré-re nóbis. Quóni-am tu sólus
sánctus. Tu só-lus Dóminus. Tu sólus Altíssimus, Jésu
Chríste. Cum Sáncto Spí- ri-tu in gló-ri- a Dé-i Pátris.
A- men.
1.
C Rédo in únum Dé-um : Pátrem omnipot-éntem, fa-
ctórem caéli et térrae, vi-si-bí-li-um ómni-um et invi-sibí-
li- um. Et in únum Dóminum Jésum Chrístum, Fí-li-um
Dé-i unigéni-tum. Et ex Pátre nátum ante ómni- a saécu-


la. Dé-um de Dé-o, lúmen de lúmine, Dé-um vérum de
Dé-o véro. Géni-tum, non fáctum, consubstanti-á-lem Pátri :
per quem ómni-a fácta sunt. Qui propter nos hómines, et
propter nóstram salú-tem, descéndit de caé- lis. Et incar-
ná-tus est de Spí-ri-tu Sáncto, ex Ma-rí-a Vírgine : Et hó-
mo fáctus est. Cruci-fíxus ét-i- am pro nóbis sub Pónti-o Pi-
láto pássus et sepúltus est. Et resurréxit térti- a dí- e se-
cúndum Scriptúras. Et ascéndit in caélum, sédet ad déxte-
ram Pátris. Et í-terum ventúrus est cum gló-ri- a judicá-
re vívos et mórtu-os : cújus régni non é-rit fí-nis. Et in Spí-
ri-tum Sánctum, Dóminum, et vi-vi-ficántem : qui ex Pátre

Fí-li- óque procédit. Qui cum Pátre et Fí-li-o simul ado-

rátur et conglo-ri-ficátur : qui locútus est per Prophétas.

Et únam, sánctam, cathó-licam, et apostó-licam Ecclé-si-

am. Confí-te-or únum baptísma in remissi-ónem pecca-

tórum. Et exspécto resurrecti-ónem mortu-órum. Et ví-tam

ventú-ri saécu-li. A- men.

S Anctus, * Sán- ctus, Sán- ctus Dóminus

Dé-us Sába-oth. Pléni sunt caéli et térra gló-ri-a tú-a,

Ho-sánna in excélsis. Benedíctus qui vénit in nómine Dó-

mi-ni. Hosánna in excélsis.

A -gnus Dé-i, * qui tóllis peccá-ta múndi : mi-se-ré-

re nó-bis. Agnus Dé-i, * qui tóllis peccá-ta múndi : mi-

se-ré-re nóbis. Agnus Dé-i, * qui tóllis peccá-ta múndi :

dóna nóbis pá-cem.

I - te, míssa est.
Dé- o grá-ti- as.

AUX FÊTES DOUBLES, AD LIBITUM.


Messe du 2e ton, de H. du MONT.


2.
K Y- ri- e e- lé- i-son. *iij.* Christe


e- lé- i-son. *iij.* Ký-ri- e e- lé- i-son. *iij.*


2.
G Ló- ri- a in excélsis Dé-o. Et in térra pax ho-

mí-nibus bónae vo-luntá-tis. Laudámus te. Benedí-cimus


te. Adorámus te. Glo-ri-ficámus te. Grá-ti- as ágimus tí-
bi propter mágnam gló-ri-am tú-am. Dómine Dé-us, Rex
caeléstis, Dé-us Pá-ter omnípotens. Dómine Fí- li unigé-
ni-te, Jésu Chríste. Dómine Dé-us, Agnus Dé-i, Fí-li-us
Pátris. Qui tóllis peccá-ta múndi, mi-se-ré-re nóbis. Qui
tóllis peccá-ta múndi, súscipe depreca-ti-ónem nóstram.
Qui sédes ad déxte-ram Pátris, mi-se-ré-re nóbis. Quóni-am
tu só-lus sánctus. Tu só-lus Dóminus. Tu só-lus Altíssi-
mus, Jésu Chríste. Cum Sáncto Spí- ri-tu, in gló-ri- a
Dé-i Pátris. A- men.



2.
C Ré- do in ú-num Dé- um, Pátrem omnipot-én-
tem, factórem caéli et térrae, vi-si-bí-li- um ómni- um, et
invi-si-bí-li-um. Et in ú-num Dóminum Jésum Chrístum,
Fí- li- um Dé- i unigéni-tum. Et ex Pátre ná-tum ante
ómni- a saécu-la. Dé-um de Dé-o, lúmen de lúmine,
Dé-um vérum de Dé-o véro. Géni-tum, non fáctum, consub-
stanti- á-lem Pátri : per quem ómni- a fácta sunt. Qui pro-
pter nos hómines, et propter nóstram sa-lú-tem descéndit
de caé-lis. Et incarná-tus est de Spí-ri-tu Sáncto, ex Ma-
rí- a Vírgine : Et hómo fáctus est. Cru-ci- fíxus ét-i- am


pro nóbis : sub Pónti- o Pi-lá-to pássus et se-púltus est. Et
resurréxit térti- a dí- e, se-cúndum Scriptúras. Et ascén-
dit in caélum : sédet ad déxte-ram Pátris. Et í-terum ven-
túrus est cum gló-ri- a judi-cá-re vívos et mórtu-os : cú-
jus régni non é-rit fí-nis. Et in Spí-rí-tum Sánctum, Dó-
minum, et vi-vi- fi-cántem : qui ex Pátre Fi-li- óque pro-
cédit. Qui cum Pátre et Fí-li- o simul ado-rátur et con-
glo-ri- fi-cátur : qui locútus est per Prophé-tas. Et únam,
sánctam, cathó-li-cam et Apostó-li-cam Ecclé-si- am. Con-
fí-te-or únum baptísma in remissi- ónem pecca-tórum.


Et exspécto resurrecti- ónem mortu-órum. Et ví-tam ven-
tú-ri saécu-li. A- men.
2.
S An- ctus, * Sán- ctus, Sán- ctus Dóminus
Dé-us Sába-oth. Pléni sunt caéli et térra gló-ri- a tú-a.
Hosánna in excélsis. Benedíctus qui vénit in nómine
Dómi-ni. Hosánna in excélsis.
2.
A -gnus Dé- i, qui tóllis peccá-ta múndi : mi-se-ré-
re nóbis. Agnus Dé- i, qui tóllis peccá-ta múndi : mi-se-
ré-re nóbis. Agnus Dé- i, qui tóllis peccá-ta múndi : dó-
na nóbis pácem.

Messe du 6me ton, de H. du MONT.





Dé-um vérum de Dé-o véro. Géni-tum non fáctum, consub-

stanti-á-lem Pátri : per quem ómni-a fácta sunt. Qui pro-

pter nos hómines et propter nóstram sa-lú-tem descéndit

de caélis. Et incarná-tus est de Spí-ri-tu Sáncto, ex Ma-

rí-a Vírgine : Et hómo fáctus est. Cru-ci-fíxus ét-i-am

pro nóbis : sub Pónti-o Pi-lá-to pássus et sepúltus est. Et

resurréxit térti-a dí-e, secúndum Scriptúras. Et ascén-

dit in caélum : sédet ad déxteram Pátris. Et í-terum ven-

túrus est cum gló-ri-a judi-cá-re vívos et mórtu-os : cú-

jus régni non é-rit fí-nis. Et in Spí-ri-tum Sánctum, Dó-

minum, et vi-vi-ficántem : qui ex Pátre Fi-li-óque pro-

cédit. Qui cum Pátre et Fí-li-o simul ado-rátur, et con-

glo-ri-fi-cátur : qui locútus est per Prophé-tas. Et únam,

sánctam, cathó-li-cam et apostó-li-cam Ecclé-si-am. Con-

fí-te-or únum baptísma in remissi-ónem pecca-tórum.

Et exspécto resurrecti-ónem mortu-órum. Et ví-tam ven-

tú-ri saécu-li. A- men.

6.


S An-ctus, Sán- ctus, Sán- ctus Dóminus Dé-us

Sá-ba-oth. Pléni sunt caéli et tér-ra gló-ri-a tú-a. Ho-


sánna in excélsis. Benedíctus qui vénit in nómine Dó-

mi-ni. Ho-sánna in excélsis.


6.




A-gnus Dé- i, qui tóllis peccá-ta múndi : mi-se-ré-



re nóbis. Agnus Dé- i, qui tóllis peccá-ta múndi : mi-



se-ré-re nóbis. Agnus Dé- i, qui tóllis peccá-ta múndi :



dóna nóbis pácem.

IMPRIMATUR.
Tornaci, die 8 Decembris 1919.
V. CANTINEAU, Vic. Gen.

Imprimé par la Société S. Jean l'Évangéliste. DESCLÉE ET CIE. — Tournai (Belgique).
2389.

DIE 31 MAII

IN FESTO

BEATAE MARIAE VIRGINIS

OMNIUM GRATIARUM MEDIATRICIS.

Duplex majus.

(In Belgio : Duplex II classis

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 11, *præter sequentia :*

Ad Magnif. Ant. 1. f

E Cce Dóminus mé-us * ómni-a mí-hi trádidit,

nec quíd- quam est quod in mé- a non sit pot-estáte, vel

non tradí-de-rit mí-hi. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. f. — *Oratio.* Dómine Jesu Christe. 4.

AD LAUDES.

Antiphona. Benedictiónem. *cum reliquis e Vesperis,* 11. *Psalmi ut in Festis.*

Capitulum. Omnes sitiéntes. 12.

Hymn. 8.

M Arí- a quae mortá-li- um Préces amánter éxcipis,

Rogámus ecce súpplices, Nóbis adésto pérpe-tim. 2. Adésto

si nos críminum Ca-téna stríngit hórrida; Cito resólve

cómpedes, Quae córda cúlpis ílligant. 3. Succúrre, si nos saé-

cu-li Fállax imágo pélli-cit, Ne mens salú-tis trámi-tem,

Oblí-ta caéli, dése-rat. 4. Succúrre, si vel córpo-ri Advérsa

sors impénde- at; Fac sint qui- éta témpora, Aetérni-tas

dum lúce-at. 5. Tú-is et ésto fí-li- is Tuté-la mórtis témpo-

re, Ut, te juvánte, cónsequi Perénne détur praémi-um.

6. Jésu, tíbi sit gló-ri-a, Qui nátus es de Vírgine, Cum Pá-

tre et álmo Spí-ri-tu, In sempi-térna saécu-la. Amen.

℣. Ora pro nóbis, Mediátrix nóstra potentíssima. *T. P.* Allelúia.
℟. Ut dígni efficiámur promissiónibus Chrísti. *T. P.* Allelúia.

Ad Bened. Ant. 4. A*

A Bsque tú-o impé-ri- o * non movébit quís-

quam mánum aut pédem in ómni térra. *T. P.* Alle-lú- ia.

E u o u a e.

Oratio. Dómine Jesu Christe. 4.

AD TERTIAM.

Ant. In æternum. 11. *Capitulum.* Omnes sitiéntes. *e Vesperis*, 12.

℟. br.

S UB tú-um praesídi- um * Omnes confúgimus.

℣. Sáncta Dé- i Génitrix. Glóri- a Pátri, et Fí-li- o, et

Spi-rí-tu- i Sáncto.


℣. Nóstras deprecatiónes ne despícias.
℟. In necessitátibus nostris.

Tempore Paschali.

℟. br.


S UB tú-um praesídi- um ómnes confúgimus, * Alle-

lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Sáncta Dé-i Génitrix. Glóri- a Pátri,



℣. Nóstras deprecatiónes ne despícias, allelúia.
℟. In necessitátibus nóstris, allelúia.

AD MISSAM.



Oratio.

Domine Jesu Christe, noster apud Patrem mediátor, qui beatíssimam Vírginem matrem tuam, matrem quoque nostram et apud te mediatrícem constitúere dignátus es : concéde propítius; ut quisquis ad te benefícia petitúrus accésserit, cuncta se per eam impetrásse laetétur : Qui vivis.

Et fit Commemoratio S. Angelae Mericiae Virg.

Oratio.

Deus, qui novum per beátam Angelam sacrárum Vírginum collégium in Ecclésia tua noréscere voluísti : da nobis, ejus intercessióne, angélicis móribus vívere; ut, terrénis ómnibus abdicátis, gáudiis pérfrui mereámur aetérnis. (Per Dóminum.)


Deinde (in Belgio in Missis privatis tantum,) Commemoratio S. Petronillae Virg.

Oratio.


Exáudi nos, Deus, salutáris noster : ut, sicut de beátae Petronillae Vírginis tuae festivitáte gaudémus; ita piae devotiónis erudiámur affectu. Per Dóminum.


Lectio Isaiae Prophetae. *Is. 55, 1-3 et 5.*

Omnes sitiéntes, veníte ad aquas : et qui non habétis argéntum, properáte, émite et comédite : veníte, émite absque argénto, et absque ulla commutatióne vinum et lac. Quare appénditis argéntum non in pánibus et labórem vestrum non in saturitáte? Audíte audiéntes me, et comédite bonum, et delectábitur in crassitúdine ánima vestra. Inclináte aurem vestram, et veníte ad me : audíte, et vivet ánima vestra. Ecce gentem, quam nesciébas, vocábis : et gentes, quae te non cognovérunt, ad te current propter Dóminum, Deum tuum, et Sanctum Israël, quia glorificávit te.





mé- is * implé- mi- ni.
5. A L-le- lú- ia. *
℣. Sálve Má-ter mi- se- ri- córdi- ae, Má-ter
spé- i et grá- ti- ae, * O Ma-rí-
a.
Post Septuagesimam, omissis Allelúia, et Versu sequenti, dicitur :
Tract. 8. E -go sum * rá-dix et génus Dá-
vid, stél-la splén-dida et ma-tu- tí- na.
℣. Et spí- ri-tus et spónsa dícunt : Vé- ni; et
qui áu- dit, dí-cat : Vé-ni. ℣. Et qui


sí-tit, vé- ni- at; et qui vult, ac- cí-pi-
at á-quam ví-tae * gra-tis.
Tempore Paschali .
1. A Lle-lú- ia. * ij.
℣. Lé- va in circú- i-tu ó-
cu-los tú- os, et ví- de : ómnes ísti congre-
gá- ti sunt, * venérunt tí- bi.
7. A L-le- lú-ia. *



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.
Joann. 19, 25-27.

IN illo témpore : Stabant juxta crucem Jesu mater ejus, et soror matris ejus María Cléophae, et María Magdaléne. Cum vidísset ergo Jesus matrem et discípulum stantem, quem diligébat, dicit matri suae : Múlier, ecce fílius tuus. Deínde dicit discípulo : Ecce mater tua. Et ex illa hora accépit eam discípulus in sua. Credo.

Offert. 1.


Secreta.

MAtris tuae ac Mediatrícis nostrae précibus, Dómine, quaésumus, haec hostiárum oblátio nosmetípsos, tua grátia largiénte, tibi perfíciat munus aetérnum : Qui vivis.


Pro S. Angela. Secreta.

HOstia, Dómine, quam tibi beátae Angelae memóriam recoléntes offérimus, et nostrae pravitátis véniam implóret, et grátiæ tuae nobis dona concíliet. (Per Dóminum.)

Pro S. Petronilla. Secreta.

ACcépta tibi sit, Dómine, sacrátae plebis oblátio pro tuórum honóre Sanctórum : quorum se méritis de tribulatióne percepísse cognóscit auxílium. Per Dóminum.

Praefatio de B. Maria V. Et te in festivitáte.

Comm. 8.


Postcommunio.

SUbvéniat nobis, Dómine, beátae Maríae Matris tuae ac nostrae mediatrícis orátio : ut per haec sacrosáncta commércia, tua grátia largiénte, ad redemptiónis aetérnae proficiámus augméntum : Qui vivis et regnas.

Pro S. Angela. Postcommunio.

CAeléstí alimónia refécti, súpplices te, Dómine, deprecámur : ut beátae Angelae précibus et exémplo, ab omni labe mundáti, et córpore tibi placeámus, et mente. (Per Dóminum.)

Pro S. Petronilla. Postcommunio.


SAtiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris : ejus, quaésumus, semper interventióne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum.

AD SEXTAM.

Ant. Benedícam te. 11.

Capitulum. *Is. 55, 2-3.*

AUdíte audiéntes me, et comédite bonum, et delectábitur in crassitúdine ánima vestra. Inclináte aurem vestram, et veníte ad me : audíte, et vivet ánima vestra.

℟. br.


cessi-tá-tibus nóstris. Gló-ri- a Pátri.

℣. A perículis cúnctis líbera nos semper.
℟. Vírgo gloriósa et benedícta.

Tempore Paschali.

℟. br. Nostras depreca-ti-ónes ne despí-ci-as, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℣. In necessi-tá-tibus nóstris. Glóri- a Pátri.

℣. A perículis cúnctis líbera nos semper, allelúia.
℟. Vírgo gloriósa et benedícta, allelúia.

AD NONAM.

Ant. Recordáre. 12.

Capitulum. *Is. 55, 5.*

Ecce gentem, quam nesciébas, vocábis: et gentes, quae te non cognovérunt, ad te current propter Dóminum Deum tuum, et Sanctum Israël, quia glorificávit te.

℟. br. A per-ícu-lis cúnctis * Lí-be-ra nos semper. ℣. Vírgo glo-ri- ósa et benedícta. Gló-ri- a Pátri.

℣. Eia ergo advocáta nóstra.
℟. Misericórdes óculos túos ad nos convérte.

Tempore Paschali.

℟. br. A per-ícu-lis cúnctis líbera nos semper, * Alle-lú-ia, allelú-ia. ℣. Vírgo glori- ósa et benedícta. Gló-ri- a Pátri.

℣. Eia ergo advocáta nóstra, allelúia.
℟. Misericórdes óculos túos ad nos convérte, allelúia.

IN II. VESPERIS.



Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 7. a — 2. Laudáte púeri. 1. f. — 3. Laetátus sum. 4. A*. — 4. Nisi Dóminus. 5. A. — 5. Láuda Jerúsalem. 3. a².

1. Ant. 7. a
Benedicti- ónem * ómni-um génti- um dédit ílli Dóminus, et testaméntum sú- um confirmávit super cá-put é-jus. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.


2. Ant. 1. f
In aetérnum * mi-se-ricórdi- a éjus, et usque in genera-ti- ó-nem et gene-ra-ti- ó-nem. *T.P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

3. Ant. 4. A*
Benedí-cam te * in ví-ta mé- a, et in nómine tú- o levábo mánus mé- as. *T.P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.


4. Ant. 5. A
Non pepercí-sti * ánimae tú-ae, propter angústi- as et tribu-lati- ónem géne- ris tú- i. *T. P.* Alle-lú- ia.


5. Ant. 3. a 2


E u o u a e. R Ecordáre * Vírgo Má-ter Dé- i,



dum sté-te-ris in conspéctu Dómi-ni, ut loquá-ris pro nó-



bis bó-na. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

Capitulum. *Is. 55, 1.*

OMnes sitiéntes, veníte ad aquas : et qui non habétis argéntum, properáte, émite et comédite : veníte, émite absque argénto, et absque ulla commutatióne vinum et lac.

Hymnus. Ave máris stélla.


℣. Ora pro nóbis, Mediátrix nóstra potentíssima. *T. P.* Allelúia.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Chrísti. *T. P.* Allelúia.

A Magnif. Ant. 7. a


S A-lus nóstra * in mánu tú-a est : réspice nos



tantum, et laéti servi- émus Ré-gi Dómino. *T. P.* Alle-



lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 7. a. — *Oratio.* Dómine Jesu Christe. 4.

Concordat cum originali approbato.
In fidem, etc.
Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis, die 4 Aprilis 1922.
PHILIPPUS DI FAVA Subs.

IMPRIMATUR. — Tornaci, die 8 Aprilis 1922.
V. CANTINEAU, Vic. Gen.

Imprimé par la Société Saint Jean l'Évangéliste, DESCLÉE & CIE. — Tournai (Belgique).
2265.


FERIA V. POST OCTAVAM SANCTISSIMI CORPORIS CHRISTI.

IN FESTO EUCHARISTICI CORDIS JESU.


Duplex majus.

IN I. VESPERIS.


Omnia ut in II. Vesperis, 8, praeter .

Hymn. 4.



C OR dúl-ce Jé-su, quis tú- um In nos amó-rem flám-




me- um, Quis dí-cat inde spléndida Ená-ta nó-bis múne-




ra? 2. Enárret haec Apóstolus, Cui ter be- á-to cónti-git




Super ma-gístri péctore Coenántis acqui- éscere. 3. Optá-



ta, Jé-sus dí-xe-rat, Illúcet hó-ra, víctimam Qua sponte




me, pro sóntibus Ví-tam da-tú-rus, ímmo-lem. 4. Amplé-ctar





ultro víncu-la, Flagélla, sérta spíne- a, Clávos, et íma

N° 2555.




℣. De bóno thesáuro Córdis súi prófert bónum, allelúia.
℟. Implens cíbo et laetítia córda nóstra, allelúia.





Oratio. Dómine Jesu Christe. 4.

AD MISSAM.





Oratio.

DOmine Jesu Christe, qui divítias amóris tui erga hómines effúndens Eucharístiae Sacraméntum condidísti : da nobis, quaésumus; ut amantíssimum Cor tuum dilígere, et tanto Sacraménto digne semper uti valeámus : Qui vivis.


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Ephesios. *Ephes. 3, 8-19.*


FRatres : Mihi ómnium sanctórum mínimo data est grátia haec, in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi, et illumináre omnes, quae sit dispensátio sacraménti abscónditi a saéculis in Deo, qui ómnia creávit; ut innotéscat principátibus et potestátibus caeléstibus per ecclésiam, multifórmis sapiéntia Dei, secúndum praefinitiónem saeculórum, quam fecit in Christo Jesu Dómino nostro : in quo habémus fidúciam, et accéssum in confidéntia per fidem ejus. Propter quod peto ne deficiátis in tribulatiónibus meis pro vobis; quae est glória vestra. Hujus rei grátia flécto génua mea ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi, ex quo omnis patérnitas in caelis et in terra nominátur, ut det vobis secúndum divítias glóriae suae, virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiórem hóminem, Christum habitáre per fidem in córdibus vestris : in caritáte radicáti et fundáti, ut possítis comprehéndere cum ómnibus sanctis, quae sit latitúdo, et longitúdo, et sublímitas, et profúndum : scire étiam supereminéntem sciéntiae caritátem Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.






Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*







ubertá- te dómus tú- ae :




et torrénte vo-luptá- tis tú- ae




po-tá-bis é- os.



℣. Quóni- am apud te est fons ví- tae :




et in lúmi- ne tú- o vidé- bi-




mus * lúmen.

Tempore Paschali, Allelúia. ℣. Quid bónum. *ut supra ; deinde .*


1.




ALle- lú- ia. *




℣. Jú- sti epu- lén-




tur, et exsúl- tent in conspé- ctu Dé- i.



Pará- sti in dulcédi-ne tú-




a * páupe-ri, Dé- us.




✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 22, 15-20.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Desidério desiderávi hoc pascha manducáre vobíscum, ántequam pátiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducábo illud, donec impleátur in regno Dei. Et accépto cálice, grátias egit, et dixit : Accípite et divídite inter vos. Dico enim vobis quod non bibam de generatióne vitis, donec regnum Dei véniat. Et accépto pane, grátias egit, et fregit, et dedit eis, dicens : Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur : hoc fácite in meam commemoratiónem. Simíliter et cálicem, postquam cœnávit, dicens : Hic est calix novum testaméntum in sánguine meo, qui pro vobis fundétur. Credo.


Offert. 1.




QUam má-gna * multi- tú-do dulcédi-



nis tú- ae, Dó-mi- ne, quam abscondí-sti timén-



ti- bus te. ✠ Alle-



lú- ia. *Post Septuag. :* †

Secreta.

TUére nos, Dómine, tua tibi holocáusta offeréntes : ad quae ut fervéntius corda nostra præparéntur, flammis adúre tuæ divínae caritátis : Qui vivis.

Comm. 3.

ECce égo * vobís-cum sum ómnibus di-é-bus, usque ad consumma-ti-ó- nem saé-cu-li, dí-cit † Dómi- nus. Alle- lú- ia.

Post Septuages. : † Dómi- nus.

Postcommunio.

DIvínis donis Cordis tui satiáti : quaésumus, Dómine Jesu, ut in tui semper amóre permanére et usque in finem créscere mereámur : Qui vivis.

IN II. VESPERIS.

Psalmi ut in Festo Corporis Christi.

1. Ant. 4. A*

DEsidé-ri-o * de-side-rá-vi hoc páscha manducáre vobíscum, ántequam pá-ti- ar. E u o u a e. *ou* E u o u a e.

2. Ant. 8. G

VEní-te, * comé-di-te pánem mé- um, et bí-bi-te ví-num quod míscu-i vó-bis. E u o u a e.

3. Ant. 7. c

CAro mé- a * ve-re est cí- bus, et sánguis mé-us ve-re est pó-tus. E u o u a e.

4. Ant. 6. F

O quam bónus * et su-á-vis est, Dómine, spí-ri-tus tú- us, alle-lú- ia. E u o u a e.

5. Ant. 3. a


LAetá-bor * super pópu-lo mé- o cum bene é- is fé-ce-ro in tó-to córde mé- o et in tó-ta ánima mé- a. E u o u a e.

Capitulum. *Ephes. 3. 8-19.*


FRatres : Mihi ómnium sanctórum mínimo data est grátia hæc, † in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi, * et illumináre omnes, quae sit dispensátio sacraménti abscónditi a saéculis in Déo, qui ómnia creávit.

Hymn. 8.


INsidens nóstris peramánter á-ris, Chrístus immén-sis ópibus redúndat : Hósque thesáu-ros ávet in redém-ptas Fúndere géntes. 2. O inexháustum pé-lagus bonórum




Némi-ni cláusum, reflu-úmque la-te! Hinc tí-bi vé- ras, hó-




mo, nec cadúcas Cóllige gázas. 3. Huc vé-ni, quísquis pi- e-




tá- te férves Quíque fervó-rem cúpis aucti-ó-rem ; Flám-




me- um Jé- su tí-bi Cor novéllos Ingeret ígnes. 4. Huc




véni, frí-gens et í-ners amá-tor ; Ara te, Chrísti la-ti-tántis




áula, Cóget impén-sis stúdi- is Amántem Rursus amáre.




5. Huc véni tandem veni- ámque súpplex Pósce, peccátor :




lácrimas ci- ébit Uberes Jé- sus, quíbus átra térgas Crí-



mina vítae. 6. Sint tí-bi júges, Trí- as álma, grá-tes Exsu-les




quae nos ré- fi-cis supérno Fércu-lo, do- nec sá-ti- et perén-




nis Coéna be-á-tos. Amen.

℣. Cáritas Chrísti úrget nos, allelúia.
℟. Ad redamándum Cor súum, allelúia.

Ad Magnif. Ant. 8. G*



Ecce égo * vobíscum sum ómnibus di- é-bus,



usque ad consumma-ti- ónem saécu-li, dí-cit Dóminus,



alle-lú- ia. E u o u a e. *vel* E u o u a e.

Oratio. Dómine Jesu Christe. 4.

Imprimatur. — Tornaci, die 1 Februarii 1924.
V. Cantineau, Vic. Capit.

Imprimé par la Société Saint Jean l'Évangéliste, Desclée & Cie. — Tournai (Belgique).
2263.

OFFICES PROPRES

à tous les Diocèses de France.

3 JANVIER.

S. Geneviève, Vierge.

Double.

Oraison.

Effúnde super nos, Dómine, spíritum agnitiónis et dilectiónis tuae, quo beátam ancíllam tuam Genovéfam implevísti : † ut sédula ejus imitatióne * tibi sincére obsequéntes, fide et ópere placeámus. Per Dóminum.

Secrète.

Offeréntibus tibi, Dómine, preces et múnera in honóre sanctae Vírginis tuae Genovéfae : da nobis ejus exémplo perseveráre in innocéntia vitae, in humilitáte poeniténtiae, in mansuetúdine patiéntiae. Per Dóminum.

Postcommunion.

Prosint nobis, quaésumus Dómine, ad salútem mentis et córporis sacraménta quæ súmpsimus : ut sicut in beáta Vírgine Genovéfa te mirábilem praedicámus; sic per ipsíus suffrágia tuae sumámus beneficéntiae largitátem. Per Dóminum nostrum.

---

30 MAI.

S. JEANNE D'ARC, VIERGE.

Double de II. Classe.

La solennité de cette Fête est fixée au II. Dimanche de Mai.

Office et Messe comme au Paroissien, 1517. On fait mémoire du Dimanche occurrent. A la Messe : Credo. Préface du Dimanche selon le Temps; à la fin on lit l'Evangile du Dimanche.

---


3 JUIN.

S. Clotilde Reine, Veuve.


Double.

AUX I. VÊPRES.


Ant. 1. f



Tu hono-ri-ficénti- a * pópu-li nóstri, qui- a fe-císti



vi-rí-li-ter, et confortá-tum est cor tú- um. *T. P.* Alle-lú- ia.




E u o u a e.


℣. Timébunt réges térrae glóriam túam, Dómine. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Et pópulus qui creábitur laudábit Dóminum. (*T. P.* Allelúia.)

AUX II. VÊPRES.


Ant. 3. a



C Onfirmávit ómnes * húmi-les pópu-li sú-i, et lé-



gem exqui-sí- vit, sáncta glo-ri-ficá- vit, et multipli-cávit



vá-sa sanctó-rum. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

℣. Anima méa Dómino vívet. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Et sémen méum sérviet ípsi. (*T. P.* Allelúia.)

Oraison.

Respice, quaésumus Dómine, ad Francórum benígnus gentem : † et quibus per devótam sanctae Clotíldis instántiam donum fídei contulísti ; * per ejus intercessiónem, tríbue sincérum christiánae pietátis afféctum. Per Dóminum.

Secrète et Postcommunion de la Messe Cognóvi. 1067.

19 JUILLET.

S. Vincent de Paul, Confesseur. *Double maj.*


Comme au Paroissien, 1377.

9 AOÛT.


S. Jean-Marie Vianney, Confesseur. *Double maj.*

AUX I. VÊPRES.


Ant. 3. a



S Usci-tá-bo mí-hi * sacerdótem fi-dé- lem, qui juxta



cor mé- um et ánimam mé-am fá-ci- et, et aedi-fi-cábo




é-i dómum fidé-lem. E u o u a e.


℣. Amávit éum Dóminus et ornávit éum. ℟. Stólam glóriae índuit éum.

AUX II. VÊPRES.

Ant. 8. G



M Ulti cre-dénti-um * veni-ébant confi-téntes et



annunti-ántes áctus sú- os. E u o u a e.

℣. Jústum dedúxit Dóminus per vías réctas.
℟. Et osténdit ílli régnum Déi.

Oraison.

Omnípotens et misé́ricors Deus, qui sanctum Joánnem Maríam pastoráli stúdio et jugi oratiónis ac paeniténtiae ardóre mirábilem effecísti : † da quaésumus ; ut ejus exémplo et intercessióne, * ánimas fratrum lucrári Christo, et cum eis aetérnam glóriam cónsequi valeámus. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Secrète.

Super hanc illibátam hóstiam, omnípotens sempitérne Deus, descéndat invisíbilis plenitúdo Spíritus sancti ; et praesta, ut intercedénte beáto Joánne María, casto córpore et mundo corde ad tantum semper mystérium accedámus. Per Dóminum nostrum.

Postcommunion.

Angelórum dape refécti, te Dómine, deprecámur ; ut sicut in fortitúdine hujus panis beátus Joánnes María advérsa ómnia invícta constántia tolerávit ; ita, nos, ejus méritis et imitatióne de virtúte in virtútem eúntes ad te felíciter perducámur. Per Dóminum.

13 AOÛT.

S. Radegonde Reine, Veuve. *Double.*

Oraison.

Deus, cujus ope beáta Radegúndis aulae delícias vitae monásticae austeritáte commutávit : † da nobis, ejus collucéntibus exémplis et suffragántibus méritis, * terréna non sápere, sed amáre caeléstia. Per Dñum.

Secrète et Postcommunion de la Messe Cognóvi. 1067.

25 AOÛT.

S. Louis, Roi de France, Conf. *Double maj.*

Comme au Paroissien, 1421.

1 OCTOBRE.

S. Rémi, Evêque et Confesseur. *Double maj.*

Oraison.

DA, quaésumus omnípotens Deus : † ut beáti Remígii Confessóris tui atque Pontíficis venerânda solémnitas, * et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum nostrum.

Secrète et Postcommunion de la Messe Státuit. 1010.

---

5 NOVEMBRE.

Fête des Saintes Reliques. *Double maj.*

Aux I. Vêpres. *Ant.* Istórum est enim. 982.
℣. Laetámini in Dómino, et exsultáte jústi.
℟. Et gloriámini ómnes récti córde.
Aux II. Vêpres. *Ant.* Gáudent in caélis. 988.
℣. Exsultábunt sáncti in glória. ℟. Laetabúntur in cubílibus súis.

Oraison.

AUge in nobis, Dómine, resurrectiónis fidem, qui in Sanctórum tuórum relíquis mirabília operáris :† et fac nos immortális glóriae partícipes, * cujus in eórum cinéribus pígnora venerámur. Per Dóminum.

Secrète.

IMplorámus, Dómine, cleméntiam tuam : ut Sanctórum tuórum, quorum relíquias venerámur, suffragántibus méritis, hóstia, quam offérimus, nostrórum sit expiátio delictórum. Per Dóminum nostrum.

Postcommunion.

MUltíplica super nos, quaésumus Dómine, per haec sancta, quae súmpsimus, misericórdiam tuam; ut sicut in tuórum solemnitáte sanctórum, quorum relíquias cólimus, pia devotióne laetámur; ita eórum perpétua societáte, te largiénte, fruámur. Per Dóminum.

---

6 NOVEMBRE.

DÉDICACE DE TOUTES LES ÉGLISES CONSACRÉES DE FRANCE en dehors des Cathédrales.

Double de I. Classe avec Octave.

Office et Messe comme au Commun de la Dédicace d'une église, 1069.

---

11 NOVEMBRE.

S. Martin, Evêque et Conf. *Double maj.*

Comme au Paroissien, 1503.

IMPRIMATUR.
Tornaci, die 8 Decembris 1922.
V. CANTINEAU, Vic. Gen.

Imprimé par la Société S. Jean l'Évangéliste, DESCLÉE & CIE. — Tournai (Belgique).
2267.